BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
B
18
NAPOLI

XXI.
B.
18.

XXI
B
18

Digitized by Google

Digitized by Google

BARTHOL. CÆPOLLÆ
VERONENSIS
LIBELLUS
CAUTELARUM,
tàm in ſcholâ, quàm in foro
apprimè utilis,
juxta
Exemplar Patavinum
de anno
CIↃ CCCC XC.
cum
Summariis ac indice triplici,
&
Præfatione
JOANNIS FICHARDI, JC^ti.
de recto veroque
CAUTELARUM
USU.
Procurante
G. v. Stöffen. D.

ARGENTORATI,
Impenſis GEORG. ANDREÆ DOLHOPFFII, &
JOH. EBERHARDI ZETZNERI.
Anno M. DC. LXV.

VIRIS- JUVENIBUS

Nobiliſſimis atq; Conſultiſſimis

DN. HERMANNO
von Spreckelſen/
&
DN. ERNESTO
Erlenkamp/

Hamburgenſibus,

J. U. Licentiatis ſolenniter promotis,

Fautoribus & Amicis pl. colendis.

S. P. D.

Gerardus von Stöffen, D.

ETſi non ita pridem, cùm in celeberrimâ Argentoratenſium Univerſitate, luculento omnium applauſu, meritos Honores capeſſeritis; inter feſtas gratulantium voces mihi quoque rudi barbito licuit accinere; tamen non vereor idem nunc augurium repetere, eâdemque operâ hoc, quicquid eſt, Cæpollianæ induſtriæ ſtudiis veſtris conſecrare;

 ut

ut tot inſignium in me collatorum hactenus beneficiorum quoddam quaſi publicum devoti animi exſtet teſtimonium. Priùs enim extrema omnia ſubeam, quàm ut gratam eorum memoriam patiar intercidere. Ipſi quidem probè noveritis, quantum *Capolla* hic noſter illorum præſertim faveat conatibus, qui aliquando operam foro navare expetunt; at, cùm longè faciliùs, alienos carpere quàm imitari labores, non defuturos reor, qui fortè *Cautelas* haſce cum blattis & tineis rixare, quàm denuò in lucem protrudi mallent. Enimverò absque *Spectatiſſimi & Humaniſſimi Dn. Bibliopolæ* curâ fuiſſet, parabilem hanc opellam à me identidem flagitantis, per me diutiùs illæ potuiſſent latere; non, quòd cupidæ LL. juventuti tantum invideam theſaurum, ſed ne laureolam in muſtaceo, quod ajunt, viderer quæſiviſſe. Ita enim animum induxi, nihil æquè ad conſcientiæ tranquillitatem conducere, quàm functionum moleſtias nequaquam ambire, ſi quieto eſſe liceat; ſin res aliter ferat, iis pro virili minimùm parcere. Neque huius me conſilii, ſpero, pœnitebit unquam. Secutus autem ſum vetuſtiſſimum exemplar, ſub finem ſeculi XV. Paduæ impreſſum, & ipſi Autori utcunque allegando approbatum. Nam Lugdunenſe & Francofordanum non ſolùm numero & ordine Cautelarum ab eo diſcrepant; verùm etiam plurimis hiatibus & mendis ſcatent; quæ omnia exinde feliciter reſtitutum iri, nullus dubito. Neque

tamen

tamen inficias eo, nonnullâ horum ope ſanata eſſe, quæ medicam manum videbantur anhelare. Et quia neceſſum erat, ob frequentiorem illorum uſum ſeriem uſitatam minùs negligi; hinc eandem vulgari & minori charactere ſeorſim ſingulis curavi addendam. Fortaſſis ſatiùs foret, ex aliis Cautelarum Magiſtris, *Ioh. de Deo, Nepote de Monte Albano, Baldo, Ioh. de Arnono, Iohan. Dilecto Durante, M. Antonio Blanco, Thom. Ferrato, P. Cornel. Brederodio, Raimund. Fichardo, &c.* loca parallela & ſelectiora quædam ſubnotâſſe; ſed portatilem hanc formam injunxit Bibliopola, neq; in molem quadantenùs excreſcere voluit. Quin & ſupervacanei operis videri poſſet, aliorum acceſſione quaſi lucem fœnerari velle *Capollæ*, qui omnium judicio in hoc docendi genere habeatur Coryphæus. Sunt quibus ſcabroſus ſtylus diſplicet; at ille pro ingenio ſeculi ſatis terſus eſt. Angeli quidem Politiani & maximè Hermolai Barbari minimè barbari coævus fuit & amicus; in ſcholis tamen JCtorum enutritus, qui majorē ſemper rerum, quàm verborum curam habuerunt. Sæpiſſimè enim dum corticem ſequimur, ſenſum verborum amittimus. At iteratæ aliquoties eædem Cautelæ incogitantiam Autoris, opus imperfectum minuſque exaſciatum fortè coarguant. Sanè veniam is merebitur, ſi æquâ lance rem perpendamus. Nam cùm ſolitus eſſet in explicatione Decretalium & ff. eas Auditoribus pro re natâ publicè proponere. *vid. Cautel.* XXIX. LXIII. LXXIV. CXV. CXXXIII. CLIII. CCLXXII. CCXCVIII. CCCVI. hinc factum puto, ut,

dum ipſe vi methodi quasdam repeteret, à diſcipulis denuò ſcriberentur, & diverſimodè quoq; numerarentur. Quod ſi ex mente Auguſtiſſimi Imp. noſtri, multò utilius eſt, pauca idonea effugere, quàm multis inutilibus homines prægravari; non alienum erit, interdum inutilia quædam boni conſulere, ſi ſexcentis aliis utilitatibus compenſentur. Sed annon *Cautelæ* noſtræ vulgò malè audiunt, quaſi Rabularum ſint miniſteria & propugnandis malignantium calumniis inſerviant? Minimè verò. Abundè iſtum errorem refellit inclytæ Reip. Francofurtanæ Syndicus quondam celebratiſſimus, *Iohannes Fichardus*, de patriâ & jurisprudentiâ optimè meritus, Magni illius Zaſii, qui Germanorũ primus accuratiorem juris diſciplinam cives ſuos docuit, non degener diſcipulus, cujus elegans ſcriptum in hunc finem Editioni quoq; noſtræ appoſitum eſt. Certè ipſe Autor toties earum abuſum deteſtatur, quoties legitimũ uſum ſeriò inculcat; *vid. Cautel.* XXIV. XLVII. LII. XCV. CLXXX. &c. *in Indic. III.* Nam & aliàs bonũ JCtum nunquam non boni viri officio defungi vult, qui ad forum conſcientiæ maximè attendat; aliis ferat legem, quam ipſe patiatur; charitatem proximi non labiis tenus, ſed opere ipſo exprimat, *vid. paſſim in Tr. de Simulat. Contract.* Eſto autem. Sint una atque altera cautela, quæ vitio non careant. Caveri iſtas, non imitari oportet. Ferè namque idem librorum, quod agrorum fatum eſt, quorum vix ullus adeò ſalutaris, quin ſpicum ferat nequam. Cæterùm *Veronenſis* noſter, cùm è

ſchola

ſcholâ P. Caſtrenſis prodiiſſet, quem propterea ſæpiùs Dominum & Præceptorem laudat; inter Advocatos patriæ allectus fidem & ſolertiam omnibus approbavit. Poſtmodū vocatus Paduam, ut jus doceret, ſpem de ſe conceptam decollare paſſus non eſt, obſtrepente licet Alexandro Tartagnio Imolenſi. Plurimis namq; editis ſcriptis ſelectiarū Materiarum, quas nemo antè ex profeſſo tractârat, ut ipſe fatetur *in pr. Tract. de Servit.* ingentem nominis gloriam eſt conſecutus. Sunt autem illa: *Tract. de Servitut. urb. & ruſt. de Simulat. Cōtractib. de Cautel. de Cognit. libb. juris Pontificij. de Recognit. feudi, de Interpretat. juris. de Imp. militū eligendo: Commentarii ad tit. ff. de ædil. edict. ad tit. de uſucap. pro emptor. pro donat. pro ſuo. pro legat. pro derelict. ad tit. de appellat. ad tit. de V. S. Repetitio ad l. ſi fugitivi. cum Auth. Sed novo jure. C. de ſerv. fugit. Conſilia Criminalia & Civilia, &c.* Neq; exiguā ei auctoritatem conciliavit honorifica illa Legatio, quam Sereniſs. Reip. Venetorum nomine ad Comitia Ratisbonenſia cum laude ſubivit, petitū ſuppetias contra Turcos, qui devictâ tùm Conſtantinopoli formidoloſiores ipſis imminebant. O tandem à machina nos clementiſſimè reſpiciat Deus & iſtorum furorem longè lateq; coërceat! Veſtras quoq;, Amici honoratiſſimi, actiones & conſilia benignè ſecundet, ut peractis ex animi ſententiâ peregrinationibus ſalvi & incolumes redeatis in Patriam, ibiq; fructum ſtudiorum capiatis longè uberrimum ſuaviſſimumque. Hoc voti meī caput eſt: B. V.

Dab. Lugduni ann. N. C. CIↃ IↃCLXIV. ipſis Idib. Auguſti.

De
recto veroque
CAUTELARUM USU
& earundem utilitate,
ad
Pios integrosq́ Advocatos Pragmaticos
Cauſarumq́ Forenſium Patronos
JOANNIS FICHARDI
Francofurtenſis JCti
PRÆFATIO.

NOn ſum neſcius, Optimi Viri, Cautelarum nomen vulgò malè audire, adeò, ut propemodùm in Proverbium abierit, ſi paulò vafriùs aut verſutiùs aliquid dictum factumvé fuerit, illud *Cautelam Capollæ* (quòd is omnium primus Cautelarum, paſſim juris interpretum voluminibus inſertarum obſervator & collector fuerit) per jocum ut vocitent. Verùm id ego partim inſcitiæ linguæ Latinæ ac ignoratione rei ipſius (Cautelæ quid ſint) partim etiam abuſu earundem eveniſſe arbitror. Nam ad ipſum *Bartholomæum Capollam* quod attinet, equidem illum ſuo quondam ſeculo & inter celeberrimos Italiæ Iuris Profeſſores habitum & cultiore quoque eruditione præditum (quod eius libri, qui extant non pauci, luculenter teſtantur) tùm etiam integræ vitæ conſcientiæque fuiſſe ſatis conſtat. Quam enim cautelam paulò nequiorem ille tradit, de quâ Lectorem non ſimul admoneat, ut eâ non tàm utatur, quàm ab eâ, ſi forſitan alius quiſpiam tali velit uti, ſibi cavendum eſſe ſciat? Quàm crebrò item pieq; in Reſponſis ſive Conſiliis ſuis Cauſarum Criminalium inculcat, in illis non ſolùm à judicando, verùm etiam reſpondendo libenter abſtinere nos debere? Non eſt igitur, quòd ipſum Cæpollam Leguleium aut Rabulam

Rabulam aliquem forenſem, ex quo præter decipulas atque verſutias diſci nihil poſſit, quiſquam arbitretur. Porrò *Cautelæ* vocabulum quod attinet, etſi veteres ICtos Romanos illos rariùs eo & aliâ plerumque ſignificatione, quàm poſtea fieri conſuevit, nempè pro *Cautione*, uſos fuiſſe videamus; tamen cùm à verbo *cavere*, (quod cùm alia plura, tùm etiam tàm ſibi, quàm aliis proſpicere conſulereque ſignificat) derivatum ſit; poſteriores omnes hoc ultimo potiſſimùm ſenſu (ad differentiam opinor alterius *cautionis*) illud uſurpârunt. Imò *cavendi* verbum jam olim quoque apud Romanos proprium ferè ICtorum fuit, eò quòd illi Conſultoribus rationem formulasque præſcribere ſolerent, juxta quas cautè providéque contraherent, paciſcerentur, teſtamenta conderent, actionesque ſuas in judiciis inſtituerent: ita, ut idcircò Antonius ICtos *Cautores formularum* apud Ciceronem *lib.* 1. *de Orator.* vocarit. Quapropter idem Cicero *lib. Offic.* 2. de Iuriſprudentia loquens ita ſcribit: *In Iure cavere, conſilio juvare, atq; hoc ſcientiæ genere prodeſſe quàm plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet & ad gratiam.* Et ad Trebatium *in præfat. Topicor. Etenim cùm tu mihi meisq; ſæpe caviſſes, veritus ſum, &c.* Et rurſus ad eundem in Epiſtolis: *Tu, qui cæteris cavere didiciſti, in Britanniâ ne ab Eſſedario decipiaris, caveto.* Plautus etiam in Epidico: *Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.* Itaque apud Ciceronem *lib.* 1. *de Orator.* rurſum Antonius ICtum hiſce verbis definit; *Si quæreretur,* inquit, *quisnam IureConſultus verè nominaretur? eum dicerem, qui Legum & Conſuetudinis eius, quâ privati in Civitate uterentur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus eſſet.* Vult igitur Cicero ſub Antonii perſonâ, ICtum non tantùm facultate de jure reſpondendi (quod ſuperiori noſtroque ſeculo conſulere Clientibus dicitur) & cauſas agendi (quod Advocatorum Cauſidicorumque nunc munus eſt & officium) ſed etiam peritiâ cavendi Conſultoribus ſuis, tùm ut cautiùs res ſuas agant, tùm ne

impoſturis eorum, quibuscum contrahunt aut negotia habent, circumveniantur atque lædantur, inſtructum eſſe. Hinc facilè colligi poteſt, in quem finem & uſum *Cautiones* ſive *Cautela* illæ jam olim à Prudentibus excogitatæ, ac etiamnum deſtinandæ ſint atque uſurpandæ. Nec tamen interim diſſimulare poſſum, bonam earum Cautelarum, quæ hactenus ſunt à diverſis Auctoribus collectæ & editæ, partem eiuſmodi eſſe, ut in fraudem potius Legum, quàm ad eaſdem ſtabiliendas concinnatæ videantur; nonnullas etiam manifeſtè frivolas & inhoneſtas eſſe, ut non injuriâ prorſus expungi prætermittique potuerint. Verùm cùm incivile ſit atque temerarium, in alieno opere autoritatem ſibi uſurpare, corrigendi, addendi, adimendi, numeroſque conſuetos immutandi pro arbitrio, hoc in præſenti editione nos quoque committere noluimus: maximè cùm Lectori ſemper liberum ſit judicium, libera quoque facultas utendi, quibus velit, aut non utendi: licitum denique bona à malis ſecernere; quæ improba invenerit, repudiare, &, quæ bona probaque ſunt, retinere; id quod ipſi quoque Cautores paſſim admonent. Quanquam ut hoc etiam dicam, tales aliquando caſus uſuvenire poſſunt, ut eiuſmodi verſutis Cautelis vel contra Iudicum iniquitatem vel adverſariorum potentiam, (quod *Capolla* ſcribit) aut alias probabiles ob rationes in causâ alioquin juſtâ, non ſolùm honeſtè citraque peccatum uti liceat, verùm etiam neceſſe ſit, de quâ re pluribus agit *Fr. Purpurat. in l. edita. n.* 19. *C. de edend.* Quin imò veteres quoque ICtos (Romanos illos dico) eiuſmodi aliquoties tradere Cautiones videmus, quæ & ipſæ ſubdolum quiddam fucatumque redolere videantur. Quale eſt illud apud Pomponium *in l. ſi fundi uſusfr. ff. de jur. dot.* ubi cùm cuidam uſusfructus, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine à domino proprietatis datus, poſtea verò divortium ſubſecutum eſſet, difficultasque circa reddendum jus ſuum mulieri exiſteret idcircò, quod uſusfructus ille à fructuario cedi non poſſet, niſi domino
pro-

proprietatis, &, ſi extraneo cederetur, ad eum nihil tranſiret, ſed ad dominum proprietatis reverteretur; refert ipſe Pomponius, quoſdam remedii loco (id eſt, quod nunc *Cautelam* vocamus) putaſſe introducendum, ut maritus vel locet mulieri hunc uſumfructum, vel uno numo vendat, ita, ut penes ipſum jus remaneat, perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat. Sic Ulpianus ſtatu-liberi domino remedium (nam & ipſe hoc verbo utitur) monſtrat *in l. ſtatu-liberos. §. idem Servius probat. ff. de ſtatu-lib.* Sic Marcellus *in l. ſi quis duos. ff. de ſolut.* centum debitorem, numerando decem, iiſdem ſæpiùs retrò redditis & rurſum acceptis, volente creditore, liberari docet. Unde *Paul. Caſtrenſ. in eâ. l. ſi quis duos.* Cautelam, certè tamen non laudabilem, tradit pro excuſando Notario de falſo, qui inſtrumentum de majore ſummâ, cùm minor eſſet ſoluta, ſed eadem ſæpiùs renumerata, confeciſſet. Et ſimilia plura paſſim in jure noſtro reperire licet. Sed & hac ætate celeberrimos quosque diverſarum nationum Iuris-Conſultos non ſolùm cautelas non rejicere & aſpernari, ſed etiamnum opportunis locis, alias quidem in Prælectionibus, alias in Reſponſis, alias in Tractatibus, ut vocant, tradere videmus, ut vel inde ſatis appareat, non tàm illarum uſum, quàm abuſum à juris & rerum peritis improbari. Denique ut maximè in hac Cautelarum farragine intermixtæ non paucæ reperiantur, quæ fraudulentæ cenſeri queant; non tamen idcircò ſimul univerſæ, multò minùs earundem etiam Collectores (qui ſaltem nos eiuſmodi obſervationum labore moleſtiaque ſublevârunt, & non minus etiam utilia multa tradiderunt) malè audire damnarique merentur: cum injuſtas pariter noſſe, non ſolum nihil officiat, verum etiam, ut melius evitari propulſarique poſſint, cognitæ illæ proſint. Certè quidem Iurisprudentia non tantum juſti, ſed injuſti quoque, ut definit Imp. Iuſtinianus, eſt notitia: & Iure-Conſulti officium, æquum ab iniquo ſeparare, licitumq; ab illicito (quod Ulpianus dicit) ſecernere. Quin etiam

D. Pau-

D. Paulus Apoſtolus omnia nos vult probare, &, quæ bona ſunt, retinere. Dionyſius quoque celeberrimus ille Alexandriæ Epiſcopus, cum etiam Hæreticorum libros legeret, quidam verò ex Compresbyteris ab eâ lectione, ne videlicet inde pollueretur, illum dehortaretur (ut refert *Euſebius in Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 7. cap. 6.*) viſione à Deo oſtensâ & voce divinitùs ad eum delatâ, in hæc verba: *Lege omnia, quæcunq; in manus tuas venerint, quia probare ſingula & diſcernere potes*, in ſuo inſtituto confirmatus fuit. Conſideratis igitur hiſce ſingulis probeque perpenſis ſpero quidem, ſeveros illos Cautelarum Cenſores paulò mitiores & æquiores futuros nec alienos ampliùs labores, qui ſi non laudem aliquam aut gratiam, certè nec obtrectationem merentur, Theonino dente arroſuros eſſe. Hæc habui, quæ in hanc Cautelarum farraginem eiusque recentiorem editionem, rogatu maximè Typographi, paucis præfarer; vos autem, ut eadem rectè feliciterque utamini, Deum Opt. Max. oro. Benè valete!

Index I.

INDEX I.
CAUTELARUM
ſumma capita continens.

A.

Actor.

PRo Actore, ut extrajudicialiter reum interpellet. *cautel.*121.

Advocatus.

Quando Advocatus poſſit ſalvâ conſcientiâ cauſam protelare. 110. 111.

Pro Advocato, qui prohibitus eſt pro alio intervenire. 206.241.

- ſi Cliens noluit reſpondere. 244.

Alienatio. vid. *Dos. Feud.*

Ne rem alienare liceat. 58.

Ut res litigioſa poſſit alienari. 246.

Ut valeat alienatio prohibita. 275.

Appellatio.

Pro Iudice à quo, ne partes ab eo poſſint appellare. 50.

- ut cohibeat frivolè appellantem. 73.

Pro appellato, ſi appellans intra decem dies non appellaverit. 88. 231.

Pro appellante, ſi judex non admittat exceptionem. 112. 113. 114. & 204.

- ſi judex ſui copiam non faciat. 115.
- ſi appellatio prohibita ſit. 117. 232.

Ne bis appellari poſſit. 248.

Ut valeat ſtatutum, quod impedit appellationem. 63.

Ut liceat ab executione ſententiæ appellare. 71. 72.

Utilius eſſe appellari, quàm ſententiam dici nullam. 253.

Arbitrium. vid. *Compromiſſ.*

Pro reo, qui in arbitrum compromiſit. 93. 136.

Si ſententia arbitri ſit evidenter iniqua. 130.

Aſſeſſores

Aſſeſſores. vid. *Conſil.*

Aſſeſſores ſive Conſiliarii Magiſtratuum ne ſui mentionem faciant in ſententiâ. 61.

Pro Aſſeſſoribus, ſi Magiſtratus ſententiam ferat iniquam. 278.

B.

Bannitus. vid. *Excommun.*

Si prohibitum ſit, in favorem banniti aliquid proponere. 313.

C.

Cambium.

Ut mercator teneatur literis Cambii. 24.

Carcer.

Ut quis effugiat pœnam carceris. 16.

Pro Magiſtratu, ut pro incarceratis recipiant fidejuſſores judicatum ſolvi. 135.

Ceſſio.

Pro ceſſionario, ne cedens poſſit agere contra debitorem. 245.

Chirographum. vid. *Obligatio.*

Pro authoritate chirographi. 230.

Citatio.

Quomodo citari debeant ii, quorum intereſt. 268.

Collatio bonorum.

Ne frater teneatur conferre, quod à patre præ aliis accepit. 242.

Compenſatio.

Ut valeat compenſatio de liquido ad non liquidum. 120.

Competentiæ beneficium. vid. *Filius.*

Compromiſſum. vid. *Arbitrium.*

Quid in compromiſſis obſervandum. 33.

Ut valeat compromiſſum abſque reductione ad arbitrium boni viri. 257. 258. 259. & 260.

De Compromiſſo generali. 283.

Condemna-

Condemnatus.

Ut juſtè condemnatus liberetur. 2. 3.

Ut ſententia condemnatoria differatur. 15.

Bona publicata condemnatorum ut validè impetrentur. 160.

Conductor.

Ut teneatur conductor de caſu fortuito. 76.

Confeßio. vid. *Debitor.*

Ne is, qui poſitionibus non reſpondet, habeatur pro confeſſo. 88.

Ne confeſſio poſſit revocari. 213.

Ut probetur confeſſio debitoris privatim facta. 293.

Conjugium. vid. *Nupt.*

Donatio conjugum ut valeat. 155.

Ne mulier videatur emere pecuniâ mariti. 199.

De ſtatuto, quod vetat mulieres aſportare de domo mariti. 221.

Conſilium. vid. *Aſſeſſor.*

Qui damnum dat conſilio, quomodo teneatur. 62.

Contractus. vid. *Obligat.*

Ut contractus tantò validior ſit. 233.

De ſimulatis contractibus, 308.

Contumacia. vid. *Procurator.*

D.

Debitor. vid. *Solut.*

It à debitore confeſſio extorqueatur. 24.

It debitor videatur integrum ſolviſſe, licet minus ſolverit. 26.

Ie debitori debitoris competat beneficium excuſſionis. 56.

It quis bona debitoris à tertio ſine metu excuſſionis repetat. 57.

t fraudentur creditores. 305.

e filius teneatur ex ſtatuto ad æs alienum patris. 310.

o creditore, qui plures in ſolidum habet obligatos. 324.

Delegatio.

Delegatio.

Ut invitus creditor admittat delegationem. 204.

Delictum. vid. *Supplic. Malefic. Mutilat.*

Ne quis criminaliter puniatur. 8.

Ne judex ex officio poſſit inquirere. 49.

Ne liberi ex delicto patris priventur ſucceſſione. 80.

Pro accuſato, ut abſens defendatur. 151.

Diffamatio. vid. *Injur.*

De uſu L. Diffamari. 152.

Dilatio. vid. *Termin.*

Ne dilatio probatoria officiat non impedito. 29.

Dolus.

Quando neque actio neque exceptio de dolo locum habeat, etſi dolus commiſſus. 149. 212.

Domus.

Ut quis invitus domo extrahatur. 79.

Donatio.

Donatio conjugum ut valeat. 155.

Ut valeat donatio, aliàs nulla. 224.

Ne valeat donatio jurata. 225.

Dos.

Ut filius poſſit bona dotalia & materna à patre conſequi. 159.

Pro eo, qui emit fundum dotalem. 179.

Alienatio dotis ut valeat. 226.

Ne valeat alienatio dotis, etiamſi acceſſerit juramentum uxoris. 186. 222.

E.

Eccleſia. vid. *Monachi.*

Pro Eccleſiâ, cujus Prælatus in judicio non admittitur. 193.

Quomodo impediatur executio Epiſcopi teſtamentaria. 272.

Pro eo, qui Eccleſiæ mutuò dat. 279.

Electio.

Electio.

Pro Electoribus, ut conſtituto tempore præſtò ſint. 116.
Ut quis ſeipſum poſſit eligere. 133.
Ut electio ſit nulla. 269.
Ut electio impediatur. 279.

Emphyteuſis. vid. *Feudum,*

An Emphyteuta poſſit purgare moram? 183.

Emtio.

Ne emtor rei furtivæ amittat pretium. 25.
Ut valeat emtio rei litigioſæ. 60.
Pro venditore, ut reſervet ſibi jura. 129.
Pro venditore, ſi integrum non recipiat pretium. 173.
Pro eo, qui ab executoribus teſtamentariis emit. 190.
Pro muliere, ne videatur emere pecuniâ mariti. 199.
Ut quis emat ab invito. 271.
Pro eo, qui emit rem à non domino. 274.
Pro emptore rei alienæ, ut ne amittat pretium. 323.

Evictio.

Pro emtore, ut ſecurus ſit de evictione. 134.
De fraude emtorum in ſubornandis evictoribus. 182.
Si res in ſolutum data evincatur. 195.
Pro emtore, qui vult agere ad duplum pro evictione. 229.

Exceptio. vid. *Iud.*

Si judex exceptionem non admittat, quomodo appellandum. 204.

Excommunicatio. vid. *Bannit.*

De utilitate & effectu excommunicationis; & an ab eâ liceat appellare? 117.
Pro bannito, qui juxta ſtatutum reſtitui nequit. 128.

Excuſſio. vid. *Debitor.*

)?()?(*Executio.*

Executio. vid. *Condemnat.*

Ne ſententia, quæ tranſiit in rem judicatam, executioni mandetur. 23.

Exemptio. vid. *Privilegium.*

Exhæredatio.

Pro exhæredato, ut poſſit ex bonis paternis quid conſequi. 312.

F.

Falſi crimen.

Ne quis teneatur de falſo, quando falſis inſtrumentis vel teſtibus fuit uſus. 81. 82.

Feudum.

Ut feudi vel emphyteuſis alienatio cum conſenſu Domini valeat. 38. 39.

Ne vaſallus ob alienationem ſine conſenſu Domini factam feudum amittat. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.

Pro dominis feudi, ne ipſi ſententiâ ſuâ feudo privent vaſallos. 131.

Ut ſecundò inveſtitus præferatur primo. 178.

Fideicommiſſum.

Pro fideicommiſſario, ut ſibi legitimè curet hæreditatem reſtitui. 153. 154.

Pro eo, qui emit fideicommiſſum. 188.

Pro hærede, qui gravatus eſt fideicommiſſo. 255.

Fidejuſſor.

Pro fidejuſſore conductoris, ut quædam excipiat in obligatione. 174.

An fidejuſſor incarcerati etiam teneatur pœnâ contumaciæ? 175.

Ne fidejuſſoribus exceptio ordinis proſit. 185.

Filiusfam.

Filiusfamil. vid. *Legitim. Legitimat. Teſtament.*

Dos.

Ut habeat beneficium competentiæ. 27.
Ne privetur ſucceſſione ob delictum patris. 80.
An in dubio quis præſumatur filiusfam. 164.
Pro filiofamil. ut poſſit teſtari. 196.
Pro filiâ, quæ per ſtatutum excluditur à ſucceſſione paternâ. 219. 223.
Ne filius teneatur ex ſtatuto ad æs alienum patris. 310.
Ut liberi teneantur ex mutuo à patre contracto. 311.

Furtum. vid. *Emtio.*

H.

Hæreditas. vid. *Succeſſ.*

Pro eo, cui alterius ſuggeſtione adempta hæreditas vel legatum. 62.
An hæreditatis petitio detur contra titulo poſſidentem. 181.
Pro eo, qui repudiat hæreditatem. 209.
Ut acquiratur hæreditas poſt 30. annos. 218.
Si pupillo hæreditas deferatur, qui non habeat tutorem. 220.
Ut quis adire poſſit hæreditatem ex duplici teſtamento. 227.
Ne filia ſuccedat in hæreditate paternâ. 235.
Ut pactum de hæreditate viventis valeat. 256.
Pro hæredibus contra Monachos. 263.
Ut hæres eò facilius adeat hæreditatem. 266. 267.
Pro hærede, ne ſtatim teneatur creditoribus hæreditariis. 287.
Pro eo, qui ab hærede emit, ne conveniri poſſit à creditoribus hæreditariis. 288.
Pro hærede qui repudiare vult aditam hæreditatem. 292.

Hæreſis.

Pro hæreſeos ſuſpectis, ne pertinaciter opiniones ſuas defendant. 205.240.

Homicidium.

Ne homicida teneatur pœnâ ordinariâ. 12. 13.
Qui lethaliter vulneravit, ne teneatur de occiſo. 20.
Mandans homicidium ut excuſetur. 65.

I.

Infamia.

Ut evitetur ex ſententiâ famosâ. 28.
" ex tranſactione. 243.

Injuria.

Ne is, qui injuriam fecit, accuſetur criminaliter. 55.
Pro eo, qui injuriâ affectus eſt & criminaliter egit. 59.

Inſtantia.

Ne peremtâ inſtantiâ neceſſum ſit, omnes terminos repetere. 77.
Pro eo, qui verſatur in judicio, quando tacere debeat, quando non. 291.

Inſtrumenta.

Ut inſtrumentum etiam peregrè fidem faciat. 83.
Ne amiſſio inſtrumenti probari poſſit juramento. 197.
Pro Notariis, qui inſtrumenta conficere volunt. 247.
" quando inſtrumentis renunciatio beneficij inſeritur. 251.
An credatur Notario, qui certiorationem à ſe factam ſcripſit. 252.
Si Notarius inſtrumentum formare non poſſit nolitvè. 296.

Interrogatoria.

Ut rectè formentur. 70.107.

Inven-

Inventarium.

Ne hæres, qui inventarium non confecit, ultra vires hæreditatis teneatur. 82.
Ut inventarium tutoris etiam ſufficiat pro pupillo hærede. 289.

Iudex. vid. *Delict. Magiſtrat.*

Si judex delegatus habeatur pro ſuſpecto. 145.
Pro eo, qui cupit excludere exceptionem declinatoriam judicis. 166.

Iuramentum. vid. *Dos. Donat.*

Ne quis licentiam impetret agendi contra juramentum. 141.
Ut probatio admittatur contra juramentum. 144.
Ne amiſſio inſtrumenti juramento probari poſſit. 197.
Si juratum fuerit de probando per inſtrumentum. 321.

L.

Legatum. vid. *Hæreditas.*

Quando ſit caducum vel quaſi. 87.
Tutiùs legatum relinqui in codicillis, quàm in teſtamento. 124. 215.
Ut hæres obligatus ſit præſtare legatum, etiamſi non ſit munitum 7. vel 5. teſtibus. 176.
Pro hærede ne ſolvat legata in teſtamento. 270.
Pro iis, qui volunt Monacho relinquere. 318.
Ut valeat legatum rebelli relictum. 168.

Legitima.

Ut filius à legitimâ excludatur. 36. 37.

Legitimatio.

Ut filii legitimati tantùm pro parte ſuccedant. 158.
Pro legitimatione liberorum. 286.
Pro agnatis, qui impugnant legitimationem liberorum. 316.

De legitimatione, quæ fit per nominationem filii. 317.

Libellus.

Quomodo contra libellum obſcurum ſit excipiendum. 146.

Ne libellus ineptus mutetur. 147. 210. 249.

Lis.

Litigioſa res ut emi poſſit. 60. 246.

Quando proſit, litem quamprimùm conteſtari. 250.

Pro eo, qui metuit futuram litem, quando ſibi deficiunt probationes. 307.

Luſus.

Ne damnum ſentiat, qui in ludo perdidit. 84.

M.

Magiſtratus. vid. *Aſſeſſores. Iudex.*

Pro Officialibus Magiſtratuum, ne teneantur, ſi modum exceſſerint. 277.

Ut judex nobis vel invitus faveat. 207.

Pro judice, qui vult condemnare contumacem. 239.

Si major pars delegatorum nobis minùs faveat. 261.

Contra judicem moroſum & negligentem. 299. 300.

Quando judex ex officio innocentem poſſit abſolvere. 322.

Maleficium. vid. *Delict.*

De probatione maleficii, quod noctu commiſſum. 294.

Mandatum.

Pro eo, qui mandato domini delinquit. 66.

Pro mandante aliquem occidi. 325.

Mercator.

Ut mercator teneatur literis cambii. 24.

Metus.

Pro eo, qui matrimonium metu contraxit. 192.

" qui metuit torturam. 304.

" futuram litem. 307.

De

De probatione metus. 208.

Minor. vid. *Papill. Tutel. Reſtit.*

Mola.

Pro reſtauratione molarum. 198.298.

Monachi.

De Monachorum avaritiâ. 262.
De iis, qui Monacho volunt legare. 318.

Mutilatio.

Ne juxta ſtatutum delinquens mutiletur. 14.

Mutuum.

Pro mutuante, qui quantitatem probare nequit. 275.
Pro eo, qui Eccleſiæ mutuo dat. 279.
Ut liberi teneantur ex mutuo à patre contracto. 311.

N.

Nuptiæ. vid. *Conjug.*

Pro eo, qui ambit uxorem divitem. 90.
Vt inter conjuges pacta inæqualia ſubſiſtant. 91.
Pro eo, qui matrimonium metu contraxit. 192.
Quando matrimonium ſit præſumtum. 280.
Vt pœna ſecundarum nuptiarum evitetur. 302.303.

O.

Obligatio. vid. *Chirogr. Contract. Debitor. Promiſſ.*

Ne quis nudis chirographis confidat. 126.

P.

Pignus.

Vt pignus fiat creditoris. 47.
Vt creditor potiùs intentet interdictum Salvianum, quã hypothecariam. 118.
ut præferatur etiam anteriorem hypothecam habentibus. 170.171.172.

Pro creditore, cui domus pignori obligata, 201.
= qui vult vendere pignus. 264.
Vt valeat pactum legis commiſſoriæ in pignoribus. 309.

Pœna. vid. *Supplic.*

Ne delinquens graviori pœnâ afficiatur. 19.

Poſitiones. vid. *Confeſſio.*

Poſſeſſio.

Pro obtinendâ poſſeſſione 137. 138. 211. 254.
Pro judice, ſi neuter ex poſſeſſoribus velit agere. 139.
Vt probetur poſſeſſio. 140.
Ne quis agat petitorio, cui competit poſſeſſorium. 142.
Pro eo, qui vult petere Bonorum poſſeſſionem. 234.
= qui agit interdicto Uti poſſidetis. 265.

Prægnans.

Prægnantem non eſſe capitaliter puniendam. 10.

Præſcriptio.

Vt præſcriptionis tempus prorogetur. 35.
Vt valeat præſcriptio cum malâ fide. 74.
Ne exceptio præſcriptionis decennalis obſit ex ſtatuto. 94.
Ne præſcriptio locum habeat. 109.
Pro præſcribente, qui non habet titulum. 150.

Privilegia.

Ne facilè revocentur. 75.
Conceſſio vel privilegium immunitatis ut valeat. 85.
Vt privilegia exemtionum quàm pleniſſima ſint. 92.
Vt impetratio bonorum confiſcatorum ſit valida. 160.
Renunciatio beneficiorum quomodo facienda. 251. 252.
Vt valeat reſcriptum Principis contra rem judicatam. 285.

Probatio. vid. *Confeſſ. Iuram. Maleſic.*

Probatio contra jusjurandum. 144.
De probatione metus. 200.
Ne quis elapſo termino audiatur. 217.

Vt co-

Vt copia fidem faciat. 228.
Pro autoritate chirographi. 230.
Pro eo, qui metuit futuram litem, quando ſibi deficiunt probationes. 307.
Si ſtatutum velit, probationes fieri per inſtrumenta. 319. 320.

Procurator. vid. *Homicid.*

Ne dominus poſſit ratum habere, quod falſus procurator egit. 30.
Vt judicium cum procuratoribus, tutoribus, &c. habitum, eludi planè nequeat. 32.
Quando contumacia procuratoris noceat domino. 86.
Pro accuſato, ut abſens defendatur. 151.
Ne lite per procuratorem conteſtata ipſe dominus poſtea cauſam agat. 165.
Pro Procuratore, qui prohibitus eſt pro alio intervenire. 206.241.

Promiſſio. vid. *Obligat.*

Pro eo, qui ex turpi causâ aliquid promiſit. 306.

Publicatio bonorum.

Vt bonorum publicatorum impetratio valida ſit. 160.

Pupillus. vid. *Tutel.*

Si pupillus, cui defertur hæreditas, non habeat tutorē. 220.
Vt inventarium tutoris etiam ſufficiat pro pupillo hærede. 289.

R.

Ratum. vid. *Procurat.*

Reſcriptum Princ. vid. *Privileg.*

Res judicata. vid. *Execut. Sentent.*

Vt valeat reſcriptum Pr. contra rem judicatam. 285.

Reſtitutio in integrum.

Pro minore, ut probet læſionem. 21.
Ne Legati petant reſtitutionem, quaſi Reip. causâ abfuerint. 187.

)?( )?(5 S. Sen-

S.

Sententia.

Ne ſententia tranſeat in rem judicatam. 208.

Servitus.

Ne facilè amittatur. 238.

Simulatio.

Vt in contractibus ſimulatio excludatur. 34.
Pro eo, qui excipit de ſimulatione. 148.
De ſimulatis contractibus. 308.

Societas.

Pro ſocio, qui in rem communem ſumtus neceſſarios fecit. 122.
„ ut exprimat, rem communi pecuniâ emtam. 176.

Solutio. vid. *Debit.*

Pro eo, qui ſolvit nemine præſente, ſi ei deferatur juramentum. 89.
Ne creditor temerè admittat ſolutionem pro reſiduo. 167
„ aut rem in ſolutum recipiat. 169.
Pro debitore, qui ſolutionẽ particularẽ cupit admitti. 301.
Pro debitore, qui ſecretò ſolvit, & iterum convenitur. 184.

Spolium.

Pro ſpoliato, ut ante omnia reſtituatur. 119.

Spurii. vid. *Legitimat.*

Vt ſpuriis vel illegitimè natis aliquid à parentibus relinqui poſſit. 64.

Statuta. vid. *Filiusfam.*

Vt valeant contra jus commune. 63.
Si ſtatuta ſint iniqua. 290.
De ſtatuto, quod prohibet ſuſpenſionem vel abrogationem. 314. 315.
„ quod jubet probationẽ fieri per inſtrumenta. 319. 320

Stuprum.

Vt pœna ſtupri evitetur. 69.

Subſtitutio.

Vt à patre ſubſtitutus pupillo matri ne præferatur. 161.

Digitized by Google

Succeſsio. vid. *Hæredit. Fil.*

Pro cognatis Principum, etiam remotiſſimis. 131.

Pro filiâ, quæ excluditur à ſucceſſione ab inteſtato per ſtatutum. 219. 223.

Ne filia ſuccedat in hæreditate paternâ. 235.

Supplicium. vid. *Pœna.*

Ne filius ultimo ſupplicio afficiatur. 1.

Vt executio ſententiæ capitalis differatur. 3. 4. 5. 6. 7. 11.

Ne quis à judice ſeculari puniatur. 9.

T.

Tacere.

Quando tacens habeatur pro conſentiente. 123.

" in judicio ſufficiat tacere, quando non. 291.

Terminus. vid. *Dilat.*

Ne quis elapſo termino audiatur. 217.

Teſtamentum. vid. *Hæred.*

Pro teſtatore, ut teſtamentum eò meliùs probetur. 125.

Pro cœco teſtatore, & ne teſtium quis ante ſubſcriptionem diſcedat. 127.

Vt filiusfamil. poſſit teſtari. 156. 157. 196.

Ad infirmandũ teſtamentũ ſi fortè revocari nequeat. 162.

Ne ultima voluntas ſit revocabilis. 163.

Pro eo, qui ab executorib. teſtamẽtariis aliquid emit. 190.

Quomodo impediatur executio Epiſcopi in teſtamento. 272.

Pro eo, qui producit teſtamentum cum clauſula codicillari. 281.

Teſtis.

Ne teſtis cum effectu produci poſſit. 17. 18.

" ne reſpondeat, cui velit favere jus. 108.

De proteſtatione contra perſonas & dicta teſtium. 143.

Pro examinatione teſtis infirmi. 194.

Interdum ſatiùs eſſe, unum quàm plures teſtes produxiſſe. 202.

Ne

Ne teſtes examinentur ad perpetuam rei memoriam. 203
Poſt publicatas atteſtationes, ut alii teſtes examinentur. 216.
Vt teſtimonium inutile reddatur utile. 236.
De teſtibus domeſticis & conſanguineis. 282.

Tortura.

Pro eo, qui metuit torturam. 304.

Transactio.

Vt valeat in rebus judicatis. 67. 68.
Vt in delictis tranſigens evitet infamiam. 243.
De transactione generali. 283.

Tutela. vid. *Procurat.*

Ne invitus ad tutelam compellatur. 31.
Pro tutore contractum nomine pupilli celebraturo. 48.
Pro eo, qui cum tutore contrahit. 189.
Pro tutore, qui reddit rationes. 191.
Vt tutor poſsit eſſe autor in rem ſuam. 237.
Pro tutoribus, ut abſolvantur plenisſimè poſt redditas rationes. 284.

V.

Vindicatio rei.

Pro eo, qui vult agere rei vindicatione ſeu Publicianâ. 180.

Vulnus.

Qui lethaliter vulneravit, ne tenetur de occiſo. 20.

X.

Xenodochium.

Pro eo, qui vult ædificare Xenodochium. 274.

BAR-

BARTHOLOMAEI VERONENSIS,

vulgariter nuncupati

CÆPOLLÆ,

U. J .D. Advocati Conſiſtorialis, Paduæ legentis,

CAUTELAE UTILISSIMAE feliciter incipiunt.

CAUTELA I. (1.)

Ne filius ultimo ſupplicio afficiatur.

Summa.

1. *Si pater delinquentem exhibeat, mitigari pœnam.*
2. *Exemplum in filio Principis Palatini.*
3. *Imp. vult videre textum.*

NOtandum ſingulariter, quòd, ſi filius commiſit aliquod crimen, putà læſæ Majeſtatis, & pater ipſe offerat ſive exhibeat eum judici; filius non debet mori, nec eſt ita puniendus, ſicut ſi fuiſſet accuſatus & ductus per alium, ut eſt text. notabilis *in l. milites agris. §. deſertorem. ff. de re milit.* ſecundum Salice. *in l. propter inſidias. C. qui accuſare non poſ.* Et per illum text. *Raynerius* oſtendit, ſe fuiſſe conſultum de facto in 1.

civitate Forlivij. Et ita reſpondit. Quæſtio ibi erat talis: Filius interfecerat unum, ex quo veniebat decapitandus, & pater propria auctoritate cepit filium & duxit ad judicium: Utrum ſit decapitandus? Concluſit, quòd non, per illum text. Et adde tu ſimilem text, *in l. qui cum uno. §. qui filium. cod. tit. de re milita.* Et in civitate Forlivii *Paul. de caſtro* ita quo-
2. que conſuluit. Cum quidam mercator veniret de Alemania, interrogavit eum de quibusdam dubiis, inter quæ erat iſtud: Quidam filius cuiuſdam Comitis Palatini commiſerat crimen læſæ Maieſtatis; pater propria auctoritate præſentavit eum Imperatori: dubitabatur, nunquid eſſet decapitandus? & conſuluit dominus *Paulus*, quod non. & movebatur auctoritate *Rayne. & Salice.* Et quando ille mercator rediit, dixit, quòd Imperator viſo conſilio voluit ipſe-
3. met videre textum: quo viſo eum liberavit à pœnâ mortis & relegavit per decennium. Ita dicit *Paul. in d. l. propter inſidias. C. qui accuſare non poſſunt.* Quod ſingulariter tene menti: ſcilicet ſi pater videt filium commiſiſſe delictum capitale, & ſperat judicem velle ſequi jura; quòd ipſemet pater eum offerat judici vel ſuperiori. Tamen iſta cautela eſt periculoſa in crimine læſæ Maieſtatis; licet Imperator prædictus obſervaverit. Eſt tamen utilis, ſi occurreret caſus, ſicut fuit *Paul. & Rayne.* quod nota.

II. (2.)

Ut juſtè condemnatus liberetur.

Summa.

1. *Cardinalium privilegium, ut obvios maleficos à morte liberent;*
2. *Si mitram capitibus eorum imponant.*

Cautela liberandi aliquem à morte juſtè condemna-

emnatum eſt, ut, quando ducitur ad juſtitiam vel ad atibulum, procuretur, ut ducatur per viam, vbi transum facit aliquis Cardinalis. Nam ſi obviam fiat iquis Cardinalis ducto ad mortem, ipſe reus conemnatus liberabitur. Habent enim Cardinales ex onſuetudine & privilegio, ut ſemper poſſint ad morm condemnatos, eis obviando, liberare. Ita vult nobiliter *Bal. in l. addictos. C. de appellat.* quem ſequir *Paul. de caſtro ibi.* qui dicit, quòd iſtud fit, ponendo pellum ſuum ſupra corpus vel caput eius, qui ducir ad mortem, & dicit, quod ita de facto ſervatur. Ideo tu debes eſſe cautus, quando aliquis condenatus eſſet ad mortem, ut procures, quod aliquis ardinalis ei obviam veniat & ſuper eius caput caellum eius imponat, quia hoc modo à morte libeitur. Sed dominus juſtitiæ ſi vult evitare, debet eſcautus, ne duci faciat condemnatum per loca, ubi bviari poſſit Cardinali: quod nota.

III. (2.)

Vt executio ſententiæ capitalis differatur.

Summa.

1. *Ob inſigne artificium nemo ſine Principis juſſu morte afficiendus;*
2. *Niſi metus ſit ſeditionis.*

Propter maximam & perfectam peritiam uniis artis, vel reſpectu roboris corporis poteſt differri xecutio alicuius, qui ducitur ad mortem. *l. ad beſtias. ff. de pœnis.* unde formo tibi iſtam quæſtionem. ententia eſt lata contra quendam artificem vel contra aliquem, qui eſſet alicuius fortitudinis, ſeu qui 1. ſſet multum utilis civitati & judex vult mandare ſen-

tentiam executioni: ſcis etiam, quòd ab executione ſententiæ non poteſt appellari, nec debet executio differri. *ff. de appell. l. ab executore.* & *l. ab executione C. quorum appell. non recipi.* Iſto caſu propter ſuam artem vel fortitudinem egregiam poterit popul⁹ ſuſpendere ſententiæ executionē. Nam unus de populo poterit ire ad judicem & ſibi dicere: *ille eſt ſapientiſſimus & egregius in arte ſua, quo omnis civitas valdè indiget, non interficias ipſum:* tunc judex debet ſuſpendere executionem, donec Principem vel ſuperiorem conſulat. *text. eſt in d. l. ad beſtias.* Ita tenuit *Ludov. de Roma in ſuis ſingularibus.* 471. *quod incipit. Tu Senenſ.* Et pro hoc vide, quod notat *Nicol. de Neapoli. in l. hos accuſare. §. penult. ff. de accuſat.* & eſt caſus notabilis *in leg. pen. ff. ad. l. Cornel. de ſicar.* Quæ omnia vera intelligo, niſi fortè tumultus
2. aliter ſedari non poſſit, niſi condemnatus interficiatur. Quia tunc non obſtat, quod ſit in dignitate vel magni artificii, vel magnæ fortitudinis; tamen poterit inconſulto Principe interfici. & hoc per textum. *in d. l. penult. ff. ad. l. Cor. de ſica. in fin.* Item intelligo prædicta vera, niſi condemnatus eſſet latro manifeſtus vel ſeductor præruptus, quia tunc poteſt fieri executio mortis, & poſtea ad Principem conſuli. per. *l. ſi filio exhæredato. §. 3.* & *in §. hi autem omnes. in fin. ff. de injuſt. rup. teſt. &c.*

IV. (2.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Si condemnatus gravioris delicti accuſatur, prioris executio differtur.*

Pro condemnatis cautela eſt, ut eorum executio differatur: videlicet, quod accuſentur de graviori cri-
1. mine ſive delicto, ex quo venit durior pœna imponenda

nenda vt eſt caſus *in l. 1. §. fin. ff. Nil inno. ap. pen.* & hoc tenent *Bart.* per illum text. *in l. 2. §. fin. ff. de cuſto. re. Et LudoVi. in notabilib.* 441. *in ſingulari, quod incipit Suſæpe unam cautelam.*

V. (2.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Obligatus ad reddendas rationes ante redditionem morte non debet affici.*
2. *Lex non tollitur per deſuetudinem, ſed per uſum contrarium.*

Si vis differre mortem alicuius ad mortem condemnati; cautela eſt, quod tu dicas, *quod ipſe tenetur tibi reddere rationem alicujus apotheca Vel mercantia Vel alterius debiti.* Quia hoc caſu debet differri executio, donec reddiderit rationes. Caſus eſt ad literam in *l. 1. C. de bon. proſcript.* & *ibi* hoc notat *Angelus*, qui dicit, quòd illa lex decidit, quòd volens differre executionem condemnati ad mortem, & ut eius gratiam conſequatur à ſuperiore, debet habere iſtam cautelam: Videlicet proteſtari Præſidi, quòd non exequatur, eò, quia condemnatus eſt ſibi obligatus ad reddendam ſibi rationem, niſi primo eidem reddiderit, & petat ſibi ſuper hoc terminum aſſignari. Dicit tamen, quòd hoc de conſuetudine non ſervant judices, licet de jure ita ſit. Et pro hoc facit text. *in l. ſerVo legato. §. penult. ff. de leg.* 1. Et ita etiam tenet *LudoVic. in l. Pomponius ſcribit. in principio. ff. fami. hercis.* Et credo, ubi non eſſet ſervatum contrarium, 2. quia hoc non fuiſſet petitum, quod etiam hodie de jure debet ſemper ſervari. quia regulariter lex non tollitur per deſuetudinem ſed per contrarium uſum; ut habetur per Cynum & Dd. *in l. fin. C. de jure do-*

ti. & per *Gloſ.* & *Dd. in proœmio Inſtitu. in* §. 1. & de hoc etiam vide per Dominum meum in *l. ſi cognati. C. de negot. geſt.*

VI. (2.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Per appellationem executio ſententiæ differtur.*
2. *Si judex non deferat appellationi, condemnatus impunè poteſt liberari;*
3. *Niſi ſit latro manifeſtus &c.*

Potes etiam adhibere aliam cautelam, ut exe-
1. cutio differatur: Videlicet, quòd à ſententiâ contra eum latâ appelletur; quod de jure regulariter fieri poteſt; ut nota. *in l.* & *in maioribus. C. de appell.* & *in l. non tantum. ff. eodem tit.* & *cap. de appellationibus. extra de appella.* Nam ſi condemnatus ducitur ad locum juſtitiæ poſt appellationem; tunc non modò duci non poterit (quia officium judicis conquieſcit, quando appellatur à definitivâ & eius manus ſunt
2. immediatè ligatæ) ſed etiam poterit eximi de manibus familiæ per quoſcunque appellantes, ſine pœna & licitè. Ita ſingulariter dicit Angelus in *l. addictos C de appellat.* & Imol. *in cap. ſi quando. in Gloſſ. in Verbo Exiſtere, extra de offic. dele.* Et idem tenet Angelus de Aretio *Inſtit. de actio. in* §. *panalès. in Ver. Adde quod eximens captum:* quod intelligitur verum,
3. niſi condemnatus latro eſſet manifeſtus vel ſeductione, aut factione cruenta condemnatus, ut probatur in *l. ſi quis filio exheredato.* §. *hi autem omnes. ff. de injuſt. rup. teſtam.* Nam ille textus loquitur etiam quando fuit appellatum. Facit quod notat *Innocent.*

& *Dd.*

 Dd. *in cap.* 1. *extra de conſtit.* & idem notat *Bal.*
n l. addictos de Epiſcop. audi.

VII. (2.)
Ejusdem argumenti.
Summa.

1. *Principis mandatum in ſeveriori pœna intra 30. dies non mandandum executioni.*
2. *Pontificis duriori reſcripto an ſit parendum?*

Notandus eſt alius caſus, in quo poteſt & debet cite executio differri; quando videlicet Princeps vel 1.
iperior mandat quem puniri ſeveriori pœna, quàm t eius conſuetudo, Nam tunc non debet fieri in-ontinenti executio: ſed debet differri per triginta ies, ut eſt caſus *in l. ſi vindicari. C. de pœnis.* Per uem text. dicit *ibi Angelus*, quod non eſt parendum ſcripto Principis in ferendo ſententiam, nec in exe-utione pœnarum, cùm reſcriptum duriorem pœ-am contineat. Sit ergò cautus aſſeſſor, ut non fa-at trucidari in curru decapitandum ad bulle&trinum Domini vel Regis civitatis: Immò debet reſiſtere o-nni honeſto modo & duriciam hanc differre per tem-us prædictum triginta dierum. Nam ſi poſt exequi-ur, non peccat. Et pro iſtâ dilatione vide text. *in c.* 2.
quando. de reſcriptis. & vide Gl. *in Auth. de mandat. rinc. in §. denique. in verbo Nunciandum. colla.* 3. uæ dicit: Nota contra miſeros Prælatos, qui timent eras Domini Papæ, ut non audeant reclamare; uod facere non debent, & vide *Gl. in verbo Noſcatur l fin. in c.* 1. *de conſtit. l.* 6. *& gl. fin. in c.* 2. *extra fil. presbyt.* & adde quod notat *Ange. in Auth. certus determinat. ſit numerus cleric. coll.* 1. & or: *in l.* 4. *§. ſed ſi quis judice. ff. fin. regund. &c.*

VIII. (2.)

Ne delinquens puniatur criminaliter.

Summa.

1. *Furioſus neq; de delicto ante furorem commiſſo tenetur.*

Eſt & alia cautela; ne ille, qui interfecit hominem vel aliud delictum commiſit, decapitetur vel moriatur: quòd fingat ſe furioſum vel amentem.
1. Quia tunc non poterit puniri criminaliter, etiam de delicto commiſſo ante furorem, ut notat *Salic. & Ia. de Aluar. in c. 1. in tit. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, in uſi. feud.* Et propterea dicitur, ſtultitiam ſimulare loco & tempore ſumma prudentia eſt. Quod jure procedit, niſi apparuerit de fictione furoris; ut eſt text. *in l. obſervare. ff. de curat. furios. & in l. divus. de offic. Præſid.* Et vide, quod dicam in ſequenti.

IX. (2.)

Ne quis à judice ſeculari puniatur.

Summa.

1. *Delinquens ſi demum tempore executionis reperiatur* Clericus, *à judice ſeculari puniri nequit.*
2. *Contrarium præjudicium.*

Si quis commiſerit aliquod maleficium & vult evadere judicium ſeculare, cautela eſt, quod efficiatur
1. Clericus. Quia, ſi quis lite pendente ſit laicus & etjam tempore condemnationis, ſi tamen tempore executionis reperiatur Clericus, judex ſecularis non poterit facere executionem, cùm ſit in effectu res ſacra.

Et

ita dicebat *Io. de Deo in ſuis caVillationibus.* Et no-
t *Ioan. An. & Doct. in c.* I. *de obligat. ad ratiocin.*
:d Io. An. ibi tenet contrarium; videlicet, quod ſi
iis laicus deliquerit & poſtea effectus eſt clericus;
›terit per judicem laicum puniri, & ita fuit ſerva-
m Bononiæ, in uno, qui veniebat decapitandus pro- 2.
er ſua delicta, qui volebat ſe facere fratrem & mor-
m evitare, & nihilominus fuit decapitatus. Ita di-
t Dominus *Zabarellus in cap. perpendimus. extra de*
ntent. excomm. de quâ quæſtione vide plenius per
irt. & Doct. in l. fin. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. &
:r eundem *Bart. in leg.* I. *ff. de pœn.* & *in leg.* I. *C.*
ſer. ex facto ſuo. & *in l. Officialis. de Epiſcop. &*
:ri. & per *Ange. in l. denunciaſſe. §. quaritur. in fin.*
de adult. & per *Dyn. & Nico. de Neapoli in l. i-*
m Vlpianus. ff. de excut. tuto. & per *Cyn. in Auth.*
uſa qua ſit cum mo. C. de Epiſc. & cleri. Et per *Io.*
n. & But. & omnes Doctores plenè in *d. cap.* I. *de*
ligat. ad ratio. & per *Zaba. in d. c. perpendimus.*
Repetitione ſua.

X. (2.)

Prægnantem non eſſe capitaliter puniendam.

Summa.

1. *Ampliatio regulæ.*
2. *Quid, ſi natus infans nutricem non reperiat?*

Non debet fieri executio pœnæ capitalis contra mu-
:erem prægnantem; nec etiam debet torqueri, textus I.
t *in l. pregnantis. ff. de pœnis. & in l. Imperator. de*
a. ho. & notat Gl. *in l. negat lex. ff. de mor. inſe.* Et
em habet locum in ancilla ſecundum *Gl. & Doct.*
d. l. Imperator, quia eſt eadem ratio, ne partus per-

 eat.

eat. Idem ſi debeat pati mutilationem membri ſecundum *Bar. in d. l. Imperator.* Idem ſi deberet deportari vel confinari, ſi partus ex hoc detrimentum pateretur ſecundum *Guil. de Cun. & Bar. in d. l. Im-*
2. *perator. in fine.* Sed eſt dubium, quid ſi pariat & non reperiatur, qui puerum valeat nutrire? Dic; quòd ſi non reperiatur propter defectum pecuniæ, quia non eſt, qui velit ſoluere nutrici; & nutrix non reperitur gratis; tunc debet ſolui nutrici de publico, ne executio differatur. *arg. l. 1. C. quib. ex cauſ. ſerv. & l. lex Corn. ff. ad Syllan.* quòd ſi non reperitur nutrix aliqua propter defectum perſonæ, tunc debet ſervari mater ad nutriendum, donec nutrix reperiatur, quia eadem ratio eſt in conſervando partũ jam natum, quæ erat in conſervando, quando erat in ventre. *arg. l. ſed & ſi is. §. an autem. ff. de Carbo.* Et ita tenet *Oldra.* qui dicit, quod ita fuit ſervatum Paduæ ſecundum *Bar.* qui ita notat in *d. l. prægnantis. ff. de pœnis.*

XI. (2.)

Vt executio ſententiæ capitalis differatur.

Summa.

1. *Decuriones Civitatis ſine juſſu Principis ad mortem damnari nequeunt.*
2. *Idem in primoribus Civitatum.*

Decuriones civitatis non poſſunt damnari ad
1. mortem, niſi prius Præſes vel Prætor reſcribat Principi vel ſuperiori, ut eſt textus in *l. Divi fratres. §. 1. de pœnis* ubi eſt text. & ita dixit *Mart. Laudonſ. in ſuis quæſtionibus de Offic. in quæſtione, qua incipit: Decuriones.* Sed tu adde ſimilem textum in *l. 2. §. 1. ff. de bon. eor. qui ſibi mor. conſc. & in l. 1. §. ſimili modo.*
Quando

?uando appell. & in l. ſi quis filio exhæredato. §. eius.
e injuſt. teſtam. & in l. qui cadem. ff. ad legem Cornel.
e ſica. niſi aliter tumultus ſedari non poſſet in popu-
), ut dicitur in d. l. qui cadem. & notat Gl. in dicto §.
'mili modo. Et hodie decuriones dicuntur Conſili-
rii civitatis, ut eſt Gl. in rubric. de Decu. lib. 10. &
'l. in l. ſed ex dolo. §. 1. verſ. decurionum. ff. de do-
. Et notat Bartol. in l. 1. ff. de aſſ. ff. Et illud, quod di-
tum eſt de Decurionibus ſive Conſiliariis, etiam pro-
edit in Principibus civitatis, ut eſt textus in d. l. di- 2.
i fratres. in §. finali. ubi pulchrè in hæc verba ſcribi-
ır: *Si quis ex principibus alicujus civitatis latro-
inium fecerit aliudve facinus & capitalem pœnam
ieru. ſſe videatur, vinctos eos cuſtodias & mihi ſcri-
as & addas, quod quisque commiſerit.* Ex his nota
ıuſam, per quam poteris differre executionem ali-
ujus condemnati, qui ſit Conſiliarius ſive de Princi-
alibus alicujus civitatis; ad quod adde, quod dictum
ſt ſuprà.

XII. (2.)

Ne homicida teneatur pœnâ ordinariâ.

Summa.

1. *An in caſu homicidÿ ſimpliciter ſtandum verbis ſtatuti?*
2. *Exempla homicidiorum non doloſorum.*

Si ſtatutum dicat, *quòd homicida decapitetur*,
k aliquis per culpam ſine dolo interfecit hominem : 1.
Aſſeſſores ignorantes conſueverunt dicere, quòd non
debemus diſtinguere, ſed ſtare ſimpliciter verbis ſta-
uti. Quia non inſpicitur animus ſed factum. *l. 1. §.
diVus. ff. ad legem Cornel. de ſica. Bald.* notabiliter
enet contrarium *in l. data opera. Qui accuſa. non
oſſunt.* Aliàs ſequeretur, quod de homicidio caſuali
quis

quis deberet decapitari, quod eſt contra omnem æquitatem. Et ita pluries conſului & à morte aliquos defendi. Tene menti. Nam quidam noctis tempo-
2. re potiùs ex laſcivia, quàm ex dolo projecit quendam lapidem & percuſſit quendam, qui mortuus eſt. Conſului *quòd deberet mitiùs & minùs puniri*, ſcilicet pecunialiter, vel fortè datâ gratiâ banno pro aliquo tempore. Iſta ſunt notabilia verba *Pauli de caſtro in l. 1. C. Ubi ſena. vel cl.ar.* Et adde tu, quòd idem tenet Glo. quando delictum eſt commiſſum per laſciviam *in l. & ſi ſeverior. in verbo Certis C. de his qui notant. infam.* Et ibi *Bal.* hoc etiam tenet. Pone aliud exemplum de illo, qui currebat cum equo & interfecit aliquem; quod non debeat ad mortem condemnari. Et vide, quod dicam in ſequenti.

XIII. (2.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Homicida non aliter pœnâ capitis afficiendus, niſi dolo vel ex propoſito deliquerit.*
2. *In pœnis pecuniariis non præcisè requiritur dolus.*
3. *Statutum, quod, niſi quis intra certum tempus mulctam ſolverit, capitaliter punit, quomodo intelligendum?*
4. *Uſus allegationum in judiciis.*

Si ſtatutum imponit pœnam perſonalem pro
1. homicidio, putà quòd *occidens occidatur*: dicas, quòd, niſi occidat dolosè & ex propoſito, non habet locum pœna ſtatuti vel jus commune; ſed debet aliter & mitiùs puniri. Et pro hoc allego, quod notat. *Bar. in l. quicunque C. de ſerv. fugit.* ubi dicitur, quòd ubicunq;

:unque de pœnâ capitali vel corporali loqnimur, ointelligitur dolus. *de in lit. jurand. l.* 1. *& in l. in ſtonibus. & Inſtit. de ſuſpect. tutor. §. ſuſpectus.* Se- s in pecuniariis pœnis *ut C. de noxal. act. l. ſi ſervi.* 2.
idem in effectu tenet *Salicetus in l. penultima. C. legem Cornel. de ſica.* Et idem tenet *Paulus de ca- o in l.* 1. *C. ubi ſenat. vel clar.* ut dixi in præcedenti utelâ. Ad hæc vide, quod notat *Baldus in l. non bium. in* 6. *column. in principio, verſi Eodem mo- ſi ſtatutum dicat. C. de legibus.* Et vide *Salicetum l.* 2. *C. de noxal.* Et vide *Angelum de Aretio inſtit. jure natur. gentium & civi. §. jus autem civile in column. verſi. Et prædicta inducuntur ad multas æſtiones.* Et vide *Paulum de caſtro in l.* 1. *in fin. ff legi.* qui dicit, quod idem; ſi diceretur in ſtatuto, 3.
òd quis condemnetur ad pœnam pecuniariam, quam ion ſolverit infra menſem, decapitetur, ſi non com- ſerit doloſè, non debet decapitari, licet non ſolue- . Et ſigna hoc perpetuò & tene menti, quia igno- ates judices maleficiorum ſervant ſtatuta ad lite- m, ut jacent, ſive commiſerit doloſè ſive non. Nam teris evadere multos propter auctoritatem *Bal.* qui 4.
ec dicit *in l. data opera. C. qui accuſare non poſſunt.* ia aſſeſſores & judices, niſi viderint auctoritatem iptam, neſciunt à verbis ſtatuti recedere. Et iſtud eas, ut etiam dixi in præcedenti cautela, licet do- inus *Anthonius de Roſellis in cap. cognoſcentes. de iſt.* dicat ibi contra caſum ab aliis in contrarium al- gatum; ſed non dicit verum: quia *text.* non probat.

XIV. (2.)

Ne juxta ſtatutum delinquens muti- letur.

Summa.

1. *Pœnam in pueris & ſenibus eſſe mitigandam.*

Si

Si per ſtatutum pœna manus vel membri imponatur; & judex habet punire puerum vel ſenem: poteſt diſpenſare. Non tamen cogitur, nec poterit appellari. Ita dicit *Bal. in l. quicumque. C. de ſer. fugit. arg. l. qui poſtumos, in ratione illius literæ ff. ad Syl-*
1. *lan.* quod nota, ut ſcias evadere puerum vel ſenem ab amputatione membri: pro quo vide textum *in l. auxilium. §. in delictis ibi. niſi quatenus interdum miſeratio ad mediocrem pœnam judicem perduxit.* Et ibi in *Gl. in verbo Miſeratio. ff. de mino.* & vide *Gl. ordi. in l. quid ergo. in §. pœna gravior, in verbo Honoraſſem. in principio. ibi: Sed in ipſa ſententia poteſt minuere ratione forte ſenectutis vel juventutis. ff. de his, qui notant. infam.* Et ibi hoc notatur per *Bar. & Doct. &c.*

XV. (2.)

Vt differatur ſententia condemnatoria.

Summa.

1. *Si accuſator & teſtes falſi convincantur, accuſatus condemnari nequit.*
2. *In dubio quomodo ſententia ferenda.*
3. *Teſtes ſupernumerarij ſi accuſentur, non differtur ſententia.*
4. *Idem, ſi conſtet de calumniâ accuſantis.*

Ad hoc, ut differatur ſententia condemnatoria
1. contra inquiſitum vel accuſatum; Cautela eſt, quod accuſentur teſtes & perducens eos de falſo. Quia, ſi teſtis convinceretur de falſo, planum eſt, quòd inquiſitus vel accuſatus non commiſit illud delictum, ut in *l. 1. C. qui accuſare non poſſunt.* Sed, ut refert *Salic. in l. ſi docueris. C. de fal.* plures *Bononienſ.* conſuluerũt, quòd etiam ex ſola accuſatione teſtium differri debeat condemnatoria; quia, ſi eſſet ſententia lata

per

per falſos teſtes, retractaretur. *C. ſi ex falſis inſtru. l.* . Cautiùs tamen eſt, utrumque accuſare, ſcilicet teſtes & producentem. Et ſi verba ſtatuti ita eſſent ſtricta, quòd differri non poſſet ſententia condemnatoria: conſuluerunt dicti *Doctor. Bonon.* quòd judex condemnet ſub conditione, ſi non apparuerit teſtes falſum dixiſſe *arg. eorum, quæ notantur in l. judex. C. de ſentent. & interlo. omn. judi.* Quæ omnia ſingulariter nota ad impediendam ſententiam condemnatoriam vel ejus executionem: ſed *Bal. in l.* 1. *C. de quæſtio. per Gl.* ibid. limitat notabiliter, hoc eſſe verum, ſi accuſarentur teſtes neceſſarii ad probationem, ſecus ſi alii, qui ſunt ultra numerum illorum, qui probaverunt. Quia propter accuſationem aliorum non retardaretur proceſſus neque civilis neque criminalis; ut notat Domin. *Ange. de Aretio in ſuo tractatu maleficiorum in Gl. in verbo Comparent dicti in inquiſiti crimine defenſionis. in quinta columna. in verſ. quid ſi dicat teſtis.* Et de hoc ultimo vide textum cum Gl. & ibi notat. *in l.* 1. *fin. ff. quemadmodum teſta. ap.* Et prædicta procedunt, niſi conſtaret de calumniâ accuſantis, videlicet, quod id faceret animo differendi ſententiam vel executionem: ut notatur in dictis juribus.

2. 3. 4.

XVI. (3)

Vt quis effugiat pœnam carceris.

Summa.

1. *Pœna corporali affectus carcere detineri non debet.*
2. *ſi fiat ad inſtantiam creditoris.*
3. *& à judice criminalium.*
4. *neq; ex calliditate debitoris.*

Nota utilem & pulchram cautelam: ſi aliquis eſt in

eſt in carcere condemnatus in magna quantitate, quam non poteſt ſoluere, ad hoc, ut ibi non moriatur: facias per judicem tibi gratum ſibi inferri ali-
1. quam pœnam corporalem. Et ſi velis eidem conſervare famam, fac quòd ei non imponatur aliqua pœna vituperoſa, ſed facias eum cum fune aut aliter torqueri ſecretè in palatio & ſecretè facias de hoc fieri publicum inſtrumentum; videlicet, quod tortura ſive pœna fuerit illata ad iſtum finem, ut luat in corpus, ex quo condemnationem pecuniariam ſoluere non poteſt. Et erit liberatus. Iſtam cautelam & practicam ponit *Ange. de Aretio inſtit. de Act. §. pœnales. Ver. oppono. ex Gl.* pro qua allegat *l. ſed ſi Vni. §. conſervus. ff. de injuriis & l. quod ſi minor. §. ſed ſervus. C. ſi ex noxal. cauſa agatur.* & Doct. *in l. quicunque. C. de ſer. fugiti.* licet in contrarium ſit *Gl.*
2. 14. *quæſt. 6. §. 3.* Et adverte, dum dixi ſuprà *facias per judicem &c.* Quia judex ex ſeipſo, debitore non exiſtente ſolvendo, videtur, quòd non poſſit caſtigare, ſed ita demum, ſi debitor hoc petat: ut videtur probari *in l. finali. ff. de in jus Vocand. ib. ex querela patroni. &*
3. *ibi per Doct.* Unde hæc cautela non videtur ſufficiens, niſi fieret ad inſtantiam creditoris: in hoc tamen vos cogitabitis. Item adverte, quia dicta caſtigatio non debet fieri à judice civili, qui condemnavit eum in pecunia, ſed à judice habente cognitionem in criminalibus; ut eſt textus *in d. l. fin. ibi: à Præfecto urb. ff. de in jus Vocand. ſecundum Angelum & Doct.* ibi. Item prædicta cautela eſt vera,
4. niſi appareat, quòd incarceratus hoc procuraſſet, vel quod in fraudem fieret, ut evitaret majorem pœnam. Quia tūc nihil prodeſſet, ut dicit *Angelus in l. ſi ſervus plurium. §. ſed ſi quis auctoritate. ff. de leg.* 1. Et hoc, niſi caſtigatio fuiſſet impoſita ad inſtantiam creditoris, quia tunc ceſſaret omnis ſuſpicio fraudis. Quæ omnia benè nota, ut ſcias adjuvare amicum tuum incarceratum, qui non poteſt exire: quia non habet, unde ſolvat, ne moriatur in carceribus. XVII.

XVII. (4.)

Ne teſtis cum effectu produci poſſit.

Summa.

1. *Pœna talionis in accuſatore vix obtinet.*
2. *Teſtis calumnioſè accuſatus poteſt teſtificari.*

Si vis impedire, quod verus teſtis non deponat contra te, facias eum accuſari de aliquo crimine publico. Quia tunc non poterit ampliùs teſtificari contra te, *l. teſtium ff. de teſtibus.* Et ſi dicas, *ſi aliquis accuſat & non probat, punietur pœna talionis*, ut *l. finali. C. de accuſ.* Reſpondeo, quod ſtatuta terrarum tollunt iſtum timorem, maximè Paduæ. Quia non eſt pœna niſi trium librarum, quem accuſare & non probare. Ita notabiliter dixit *Rayne. de Forliuio in d. l. teſtium*, & vide circa hæc Bal. *in Authen. ſi quis dicat. C. d. teſtibus.* Sed tu dic, quòd contra iſtam malitiam eſt remedium, quòd, ſi poteſt cõſtare per aliquas conjecturas, quòd teſtis fuerit accuſatus calumnioſè, tunc benè poſſet deponere; & valeret ejus dictum, ut probatur per textum in *l. athleta. §. amplius. ff. de excuſat. tu.* Et ibi hoc notat Bal. Et vide *Io. de platea in l. de excuſ. tut. in §. is qui ſtatum. in principio.* Facit ad prædicta, quod notat. per *Bart. & Doct. in l. poſt perfectam. C. de evic.* Et quod dixi in præcedenti cautela, & quod dicetur in ſequenti.

(Margin numbers: 1. beside "*& non probat…*"; 2. beside "*eſt remedium…*")

XVIII. (4.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Teſti inimico non creditur.*
2. *Qui adverſario probationes ſubtrahit, cauſa cadit.*

Si aliquis non habet niſi unum teſtem contra
te, ſecundum aliquos potes adhibere vel fieri facere
hanc malitiam. Videlicet, quod tu des ei unam
alapam: poſtea cùm ille teſtis producitur contra te,
1. oppones, *quod eſt tuus inimicus.* Sed contra iſtam
malitiam habet remedium. Nam inimicitia interveniens
facto ejus, contra quem producitur teſtis, non
repellit ipſum teſtem omninò. Sed hoc judici committitur.
Ita vidiſtis textum *in cap. veniens extra de
teſtib.* Et ita dicit *Barth. in l. 1. §. cum quis. in fin. ff.
de quaſtlo.* Facit ad hoc optimè. *l. 2. in fin. ff. ſi quis
caut. & l. penultima. in fin. C. de poſtul.* Ad quod
2. vide, quod dixi in præcedenti cautela. Immo plus
videtur, quod ille, qui uſus eſt dictâ malitiâ in contrahendo
inimicitiam cum teſte meo, ipſum percutiendo,
debet perdere cauſam. Quia ſubtrahit mihi jura
mea & probationes meas, ut notat *Cyn. in l. providendum.
in fin. C. de poſtulando.* Et notat *Ange. in l. ſatis
aperte. C. de falſis*, & videtur de hoc eſſe *Gl. in cap.
cum cauſam. & in verbo. compelles. extra de teſti.* &
ibi per *Anthon. de But. in penultima column. in principio.*
ubi dicit, *quod ſi aliquis ſubtrahit mihi probationes
vel teſtes cum juramento vel ut hac de cauſa inimicitias
contrahendo, cauſam perdit.* De hoc ulterius
vide textum. & ibi *Doct. in cap. intimavit. & in cap.
conſtitutus. extra de teſtib.* & quod notat *Barth. in l.
falſam. in fin. C. ſi ex fal. inſtrum. & in l. quod in
fraudem. §. quotiens. ff. de jure fiſc. & in l. 1. §. ſed &
conſtitutio. ff. de calumniator.*

XIX. (5.)

Ne delinquens graviori pœnâ afficiatur.

Summa.

1. *Præventio pœnæ mitioris liberat à graviori.*
2. *modò ne ipſe reus præventionem procuret.*

Quan-

Quando quis deliquit, quòd in pluribus legibus el pœnis diverſis poteſt puniri: Cautela eſt, ut ipſe abeat judicem amicum, qui inquirat mitiori lege, l quòd accuſetur coram illa curia vel judice, ubi im- 1.
nitur mitior pœna pro ſuo delicto. Nam tunc nullâ iâ poterit puniri, ut probatur in *l. qui de crimine. C. accuſ.* Et ita notabiliter dicit Angelus in *d. l. qui de imine. in Gl. in verbo: plurima, in lecturâ, quam fe- Peruſij. & in d. l. Senatus.* Et idem tenet *Salic.* iem omnino vide, in *d. l. qui de crimine. in 6. co- mn.* Et ex prædictis capit reus conſilium. Hæc nen cautela non poſſet patrocinari delinquenti, ſi e delinquens procuraſſet ſe accuſari vel inquiri 2.
ntra eum in curiâ, in qua mitior veniret pœna pro licto imponenda, ad hoc ut majorem pœnam evi- et. Nam tunc talis præventio minoris curiæ ni- operabitur. Idem, ſi quis procuret accuſari, ut n inquiratur. ita dixit Dominus *Angelus in l. ſi ius plurium. in §. pen. ſi quis antede. leg.* 1. qui dicit, òd hoc vidit fieri ſæpenumero: ad quòd adde, òd dictum eſt in præcedenti cautela, &c.

XX. (5.)

Qui lethaliter vulneravit, ne teneatur de occiſo.

Summa.

1. *Si lethaliter vulneratus ab altero occidatur, an prior teneatur de occiſo?*
2. *Res pernicioſi exempli non eſt attendenda.*
3. *De jure Canonico etiam priorem teneri.*
4. *Advocatum pro malo conſilio eſſe ſuſpendendum.*
5. *Priorem jure civili non teneri de occiſo;*

6. ſ *ſi quodammodò incertum ſit, an vulnus lethale;*

7. ſ *teneri autem, ſi vulnus planè mortiferum.*

Quidam tradunt mirabilem cautelam ſeu modum evadendi primum delinquentem, qui aliquem letaliter ſeu mortiferè vulneravit: ſcilicet, ut procuret,
1. quòd occidatur maturiùs ab alio. & ſic excuſabitur primus vulnerans etiam mortaliter. Quod intellige, ut non teneatur de occiſo: ſed benè tenebitur de vulnere. Et ad hoc allegant textum in *l. Item Mela. §. Celſus. in l. huic ſcripturæ. §. fin. Ad legem Aquil.*
2. Sed dicit Dominus *Florianus in d. §. Celſus* quòd iſte modus eſt *pernicioſi exempli*, & dicit, quòd *tale conſilium non eſt attendendum:* quin imò non proſit, quando certum eſſet, primum vulnus eſſe mortale. Tunc enim quantumcunque mors ſequitur, traheretur ad tempus vulneris, tanquam habens ad illud neceſſariam conſequentiam. *ff. de damno infec. l. damni. §. Sabini.* Et videtur hoc probari per caſum. *l. ita vulneratus. ff. Ad l. Aquil.* Ita tenet etiam idem *Florianus in d. l. ita*
3. *vulneratus in principio* plus dicens. Idem *Gl. in d. §. Celſus.* quòd eo caſu, quo primus non tenetur de occiſo, intelligitur de jure civili, ſed de jure Canonico ſecùs; quia primus ſemper tenetur, quoad hoc ut pœnitentiam agat, per *Gl. in cap. ſignificaſti. qua incipit. Eandem diſtinctionem. de homicid.* Et adverte ad id, quòd dixi per. *l. ita vulneratus*, quòd cautela eſt, *ut vulnerans aliquem letaliter excuſetur, quòd faciat, quòd amicus eum occidat maturiùs, quia ipſe excuſa-*
4. *bitur pœna homicidij:* quòd *Baldus* dicit in *d. l. ita vulneratus.* per illum textum, quod hæc *cautela non prodeſſet, quando primum vulnus fuiſſet mortale.* Et ſubdit *Bal.* quod pro *tali conſilio debet Advocatus ſuſpendi.* Facit ad hæc, quòd dicit Gl. de Advocato, inſtru-

ſtruente clientulum, ne debeat reſpondere poſitio-
ibus. *in cap. 2. de confeſ. lib. 6.* Et tu benè adverte, 5.
uia hæc diſtinctio non videtur eſſe bona, quia vide-
ır eſſe expreſsè contra textum *in d. §. Celſus. ibi: mortiferè vulneret.* & contra textum. in *d. l. huic ſcripturæ §. fin. ibi: vulneratus mortiferè.* Ex quibus
:xtibus plenè videtur apparere, quòd licet primum
ulnus eſſet mortale, ſi alius pòſt in totum exanimet,
uòd primus non tenetur de occiſo, ſed de vulnerato,
cet vulnus fuiſſet mortale. Et ſic videtur contra
al. & Flor. Sed tu diſtinguendo dicas. Aut pri- 6.
ıus vulneravit mortiferè, non tamen eſt certum,
uòd ex illo vulnere moriatur vel non, ſed eſt dubi-
m, quia apparent fortè ratione loci, vulneris vel
ualitatis inſtrumenti vel alterius ſigna, quòd de ſui
ıtura vulnus debebat eſſe mortale, & tamen hoc cla-
ſſimè non conſtabat, quòd omni modo debebat
ıori: quia quandocunque etiam vulneratus mortife-
in loco periculoſo propter bonam naturam vel cu-
odiam vel propter optimos Medicos quis liberatur,
t eſt caſus de hoc *in l. 1. §. fin. in fin. ad Syll.* ibi: dum
icitur, *erat mortiferè vulneratus.* & tamen ſuper-
ixit, quia liberatus fuit. quem textum benè nota ad
oc. Et iſto caſu loquitur *d. §. Celſus. & d. §. fin.*
t primò vulnerans non teneatur de occiſo, ſed de
ulnere, ſi ab alio fuit poſtea in totum exanimatus.
t ita ſentit *Gl.* nota *in d. §. fin. in l. huic ſcripturæ.* 7.
ut primus ita vulneravit letiferè ſeu mortiferè, quòd
ıanifeſtiſſimè conſtabat vulneratum fuiſſe mortu-
m ex dicto primo vulnere, ut, quia tempore primi
ulneris vix ſpirabat, vel ita erat percuſſus, quòd quia
Iedici hoc affirmativè probabant, quòd nullo modo
x dicto vulnere cum tota arte Galeni potuiſſet
vadere. Et tunc iſto caſu loquitur. *d. l. ita vulneratus.* videlicet, quòd primus vulnerans teneatur
de occiſo. quod nota.

XXI. (6.)

Pro minore, qui læſus cupit in integrum reſtitui.

Summa.

1. *Minorem tranſactionis pœnitere poteſt.*
2. *ſed condemnatus habet reſtitutionem in integrum, in quantum ex neglectâ transactione eſt læſus.*

Quando quis litigat vel litigare vult cum minore & petere ab ipſo aliquid, Cautela eſt, quòd Advocatus minoris vel ejus tutor aut curator quærat tractatum concordiæ vel transactionis, & curet, quòd a-
1. ctor velit concordiam vel transactionem facere & aliquid ſibi remittere de eo, de quo potuiſſet fortè condemnari dictus minor. Exemplum: Si minor potuiſſet condemnari in centum, veriſimiliter offerat unus ex parte minoris minus, de quo veriſimiliter actor non ſit contentus, & deducat actorem ad minorem ſummam, in quantum poteſt: & poſtea dicat Advocatus minoris, *nolo ſtare dictæ concordiæ vel tranſactioni; quia nimium petis: ſi aliquid debes habere, convenias pupillum vel minorem.* Unde ſi minor habebit ſententiam pro ſe, benè erit; ſi autem habebit contra ſe, tunc poterit pro minore peti reſtitutio in integrum usq; ad illam ſummam, in quâ fuerat
2. actor contentus per transactionem. Nam in hoc fuit læſus minor; quia non ſtetit dictæ transactioni, cùm intererat ut ei ſtaret, ne condemnetur in plus. Unde ſi in plus fuit condemnatus, poterit petere reſtitutionem in integrum, cùm in dicta cauſa habeatur pro tranſacto; ut eſt textus notabilis in *d. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mino.* & ibi hoc ſentit *Br.* & etiam *Bal.* clariùs. Quod ſingulariter nota tu Advo-

te minoris, quia propter hoc poteris ſemper rele-
re ipſum minorem in eo, in quo veniet conde-
nandus de jure. Et ſic etiam tu Advocate actoris
ntra minorem ſis benè cautus, quòd nunquam
rmittas actorem pervenire ad aliquam transactio-
m, niſi ſis certus, quòd minor vel ejus tutor aut cu-
or velit ſtare contentus de dicta transactione, ali-
de facili pars tua, ſcilicet actor, deciperetur dictâ
itelâ.

XXII. (7.)

e hæres, qui inventarium non confe-cit, ultra vires hæreditatis teneatur.

Summa.

1. ***Hæres inventarium non conficiens tenetur ad omnia debita.***
2. ***Fallit, ſi debitores confiteantur, bona defuncti non ſufficere.***

Hæres ſi non conficit inventarium, hodie tene-
ad omnia legata & etiam ad omnia debita, etiam 1.
a vires hæreditatis. *ut l. fin. C. de jure delib. & ibi
n de materia,* quia lex præſumit, quòd hæres ſub-
rit de bonis hæreditatis, ut in *Auct. de hæred. &
id. §. ſanximus.* Quę pręſumptio eſt juris & de ju-
quæ non recipit probationem in contrarium, niſi
confeſſionem partis, ut nota. *in Auct. ſed jam ne-
. C. de dona. ante nupti.* & per *Gl. in corpore, unde
itur* & per *Gl. in l. in contractibus. §. 1. C. de non
n. pecun.* ſecundum *Bal. in l. filium quem haben-
C famil. hercisſ.* Et ideo, ſi legatarii confiteren-
quòd bona non ſufficiebant ad legata, vel credi-
es confiterentur, quòd bona non ſufficiebant ad- 2.
endum debita, & quòd hæres nihil ſubtraxit, ſeq;

ſolùm fundarent in hoc, quòd inventarium non fuit confectum; deberent ſuccumbere. Caveant ergo, quomodo reſpondeant vel confiteantur, legatarii vel creditores. Etiam Advocatus ſive procurator hæredis ſit cautus in extorquendo dictam confeſſionem. Quia facit hoc modo clientulum ſuum abſolui. Iſta ſingulariter notat *Paul. de caſtro. in l. in ratione. §. quòd vulgò. in fin. ff. ad l. Falc.* quod nota perpetuò, ut ſcias adjuvare amicum hæredem, qui non conficit inventarium vel, ſi confecit, de jure non confecit; ut non teneatur ultra vires hæreditatis. Et vide, quòd dicam in ſequenti.

XXIII. (8.)

Ne ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, executioni mandetur.

Summa.

1. *Qui ſententiam injuſtam confitetur, non habet ex eâ actionem:*
2. *Quo caſu vincens cenſurâ Eccleſiaſticâ cogi poteſt, ut victum liberet.*
3. *Præſumtio juris non eſt contra confitentem.*
4. *Confeſſio in matrimonialibus non tollit præſumtionem juris.*
5. *Confeſſio unius non præjudicat tertio.*

Si ſententia lata eſt iniqua & injuſta; cautela eſt, quòd victus procuret, quòd vincens confiteatur, ſententiam latam eſſe iniquam & injuſtam. Nam hoc
1. caſu vincens non poterit habere executionem vel actionem ex illa ſententiâ. Ita notat *Innocent. in c. quia pleriq;. de immun. Eccle.* & ſecundum *Flori. in l. cum putarem. in princ. ult. column. ff. famil. hercſ.* ubi dicit, *quòd ſi victor confiteatur ſententiam injuſtam*

um, vel ſibi nihil deberi, non habebit petitionem; & em tenet *Bal. in l. ſi quis inſtituatur hæres. §. ſi ſub nditione. ff. de hæred. inſtit.* Et idem tenet ipſe *Bal. Auct. ad hæc. in penult. column. verſ. Item dubitar de eo, qui iniquè eſt abſolutus. C. de uſur.* In præ-ctis habetur, quòd in hoc caſu poteſt cogi vincens 2.
nſurâ Eccleſiaſticâ per Epiſcopum, quòd præſtet li-rationem & quod vincenti imponat perpetuum ſi-ntium. Et dicunt moderni in *d. cap. quia plerięq.* uòd, licet condemnatus de jure ſolvere teneatur, ta-en ſponte ſoluere non tenetur; & ſic retinendo n peccat. Quòd benè eſt notandum pro cautela orum, qui injuſte fuerunt condemnati, ut procu-nt, quòd adverſarius confiteatur, ſententiam pro ſe iſſe injuſtè latam; ut quoſdam audivi dicere. Facit, iod dictum eſt in præcedenti, Adde, quòd eandem 3.
utelam ponit *Anthonius de But. in cap. is qui fi-m. in 3. column. de ſponſa.* ubi dicit, *quod eſt ſingu-re dictum Innocent. in d. cap. quia plerięq.* ubi dicit, *od, licet lex fingat ſeu præſumat ſententiam juſtam, quòd tranſiverit in rem judicatam; Si tamen par-s confiteantur ſententiam injuſtam, ſtatur confeſſio-, & oritur præſumptio juris & de jure.* Quia in ibus poſſunt ſibi partes præjudicare; ſi autem ſu-us in materiâ, in quâ non poſſunt ſibi præjudicare, 4.
jualis cauſa matrimonialis, *ut in cap. ſuper eo. de eo, i cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.*) Tunc confeſ-non tollit præſumtionem juris, & de jure, quia ateria obviat. Et ideo, ſi poſt copulam mulier con-eretur contrarium, non ſtaretur confeſſioni: Im-ò matrimonium judicaretur. Et ſubdit, quod ita unt ibi Doctores. De quo mirabatur *Petrus de Pe-s.* hoc non cogitans. Item eandem cautelam po-*Ludovicus* de Roma *in Repetitione l. admonendi. fin. verſ. 8. de jurejurand.* Ubi dicit, *quòd ſi, poſt-am ſententia eſt lata & etiam tranſivit in rem ju-atam, pars, in cujus favorem fertur, profitetur, eam* 5.

eſſe injuſtè latam vel ſe injuſtè obtinuiſſe, quòd tunc retractabitur, & nunquam merebitur executionem. Et allegat ſingulariter dictum *Innocentium in d. cap. quia plerique. de immun. Eccl.* Quod tamen ſingulariter limitat, ut habeat locum, in quantum eſſet lata in favorem ejus ita confitentis. Nam in quantum non eſſet lata in ſui præjudicium, tunc per ſuam confeſſionem, ex qua detegeretur injuſtitia, non retractaretur; ſed deberet executioni mandari. Et de hoc dic eſſe caſum in *l. ſi ſervus plurium. §. 1. de leg. 1.*

XXIV. (9.)

Vt mercator teneatur literis cambij & à debitore confeſſio extorqueatur.

Summa.

1. *Si pater vel dominus contractibus filij vel ſervi non contradicat, obligatur;*
2. *ſicuti mercator, recipiendo literas cambij absq; proteſtatione.*
3. *Exceptio, niſi id faciat ob rationes dati & accepti.*
4. *Qui literas de debito monentes acceptat, videtur confiteri.*
5. *Cautelis non abutendum.*

Pone, quòd filius vel ſervus contrahat cum aliquo, vel acceperit pecuniam mutuò, & dicit, ſe hoc facere de mandato patris vel domini: & tamen hoc
1. non erat verum. Poſtea dictus filius vel ſervus ſcribit ad patrem vel dominum, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, ut ſolvat dictam pecuniam creditori. Si pater vel dominus recipiat dictas literas & non contradicat; videtur tacitè conſentire, adeò quòd mandati vel juſſu tenebitur; ut eſt caſus in *l. ſi filius-*

filiusfam. leg. 2. *ff. ad macedo.* & ibi hoc notat. *per* *ct.* & maximè per *Paul. de caſtro*, qui dicit ibi per i text. *ex eo, quòd mercator recipit literas, puta cam-* 2.
, & eis lectis reponit inter alias, puta in filo, & non tradicit, videtur acceptaſſe prædictas literas & ſe igaſſe ad id, quod in literis continetur. Quod no- u Scholaris perpetuò, quando habes literas cam- , ut eas præſentes campſori, & habeas tecum ali- os teſtes, qui poſſint deponere & probare, quòd mmularius acceptavit literas, & non contradixit à ncipio. Nam ſi poſtea eum pœniteret, non poſſet uſare ſoluere id, quod in literis continetur. Hoc ta- n limitat verum, niſi in talibus literis contineretur 3.
cuius rationis de datis & receptis, ut fieri ſolet, & imo loco poneretur reſiduum. Nam hoc caſu, li- literis viſis eas retineat, non tamen videtur ſe ob- ire, immo potiùs videtur eas retinere, ut eas videat, ibi relata ſint vera. Et hoc per text. *in l. ſi ſervus.* s *cum ſervus. ff. de condit. & demo. & per d. l. ſi fi-* r. Dixit Dominus *Matthæus de Mattheſillanis* Bo- nienſis. *in ſuis Notabilibus in* 28. *notabili* poſſe no- mirabilem cautelam extorquendi confeſſionem 4.
erſarii tui. videlicet, quòd mittas ſibi literas, in bus dicas, *quod rogas ipſum, quod tibi reddat cen- n, ad quæ tibi tenetur ex cauſa depoſiti vel mutui vel ili:* vel dicas; *quod tu emas ab eo domum ſuam centum ducatis*, unde ipſe, recipiendo ſimpliciter as, non proteſtando aliud in oppoſitum, videtur ri debitũ & conſentire venditioni *per d. l. ſi filius.* *er Clement.* 2. *de* procurato. Et hanc doctrinam po- *Bart.* ſecundum eum. *in l. quo enim. §.* 1. *ff. rem hab. & in l. qui tabernam. §. idem quæſiit. ff. de* *t*, & videtur eſſe textus iuncta *Gl. in l. Publia. in fin.* 5.
epoſit. & ibi Bart. Et ut ſcias hoc practicare, di- ſe *cautela eſt; quod teſtibus quibusdam præſenti- præſententur literæ per nuncium, qui habeant copi- literarũ & tantùm ſtent, quoad literæ aperientur.*

Conſulo

Conſulo tamen dicit ipſe, & benè, *quòd hac cautela non utaris ad malum & valebit tibi mille aureos, ſi ſcias eam practicare.*

XXV. (10.)

Ne emtor rei furtivæ aut vi raptæ amittat pretium.

Summa.

1. *Qui rem vitioſam emit nomine domini, de precio ſecurus eſt;*
2. *ſicuti & ille, qui emit à latrunculis vel ab hoſtibus.*

Si quis emit rem furtivam, cogitur eam reſtituere domino, etiam pretio ſibi non reſtituto à domino. *l. incivilem rem. quæ eſt. l. 2. C. de fur. cum ſimil.*

1. Cautela eſt, quod quis poteſt emere ſecurè furtivam, ita quod non teneatur reſtituere domino, niſi ſibi prius reſtituto pretio, quod ſoluit, quando eam emit. Videlicet, ut, quando emit rem furtivam vel raptam vel alienam, proteſtetur, *quod eam emit nomine ejus, cujus eſt, & paratus eſt ei reſtituere, reſtituto ſibi prius pretio & intereſſe à domino* ſecundum *Hoſtienſ. in ſumma, de pœn. & remiſſ. §. fin. verſ. Quid ſi emit rem depradat.* Et tu, quando emis aliquam rem, de qua dubitas, ſi eſt furtiva vel vi rapta vel aliena, facias prædictam proteſtationem & de ea facias fieri publicum inſtrumentum vel in inſtrumento emptionis eam aſ-
2. ſcribi facias in principio, quod nota. Adverte tamen, quod, quando quis emit rem furtivam vel vi raptam à latrunculis vel hoſtibus, tunc pretium, quod ſoluit, recuperare poteſt à domino; ut eſt caſus in *l. mulier in opus. ff. de captiv.* Quæ omnia benè nota pro limitatione & declaratione. *d. l. incivilem* & ut ſis ſecurus, quando tu emis aliquam rem mobilem & dubitas, quod ſit furtiva vel vi rapta.

XXVI.

XXVI. (11.)

·o debitore, ut videatur totum ſolviſſe, cùm revera parùm ſolverit.

Summa.

1. *An, qui eadem centum decies numerat creditori, videatur ſolviſſe mille?*
2. *Quare præſtet, in d. caſu diverſos adhibere Notarios?*

Si aliquis habeat ſolvere magnam quantitatem cuniæ & eam non habet integraliter; & vellet conere inſtrumentum de tota reali ſolutione; quia pars ſunt in concordia; cautela eſt, quod, ſi verbi gra- ı debes mille & non habes niſi centum: quod tu ımeres decies illa centum tuo creditori. Nam quan- 1.
› prima vice centum numeraſti; eadem creditor ›ſtea tibi reſtituat, & tùm illa iterum ſolvas cretori: & ſic de ſingulis usque ad decies; ut probaır per text. in *in l. ſi quis duos. §. 1. de ſoluti. & ibi r Doct.* Et ita notat *Paul. de Caſtro. in l. Mævius. duorum. in fin. ff. de leg. 2.* Qui ſubdit, quod dubium at in hoc, quod Notarius nollet conficere inſtru- 2.
ıentum, ne de falſo redargueretur; ſed non poteſt dargui, ſi teneatur modus prædictus. Et poteſt ſiead tollendum omne dubium, quòd tot adhibeanır Notarii, quot ſunt ſolutiones; & quòd unus Norius neſciat de alio. Et maximè in hoc ſecundo poſt eſſe major expenſa propter inſtrumenta plura: quia cundum primum modum unum inſtrumentum ıfficeret; ſed ſecundus modus tutior eſt.

XXVII. (14.)

Vt filius contrahens habeat beneficium competentiæ.

Summa.

Summa.

1. *Filius poſt contractum emancipatus non tenetur in ſolidum.*
2. *Ejus regulæ exceptiones.*
3. *Quomodo Imp. Romæ coronandus Præfecti urbi debita diſpungat.*

Scis, quòd filiusfamilias obligatur ex quolibet contractu, excepto mutuo, in tantum quod poteſt conveniri & incarcerari, ſi non ſoluat; ut habetur. *l.* 3. *§. ſed*
1. *utrum. ff. de minori.* Sed cautela eſt, ne ipſe poſſit incarcerari, & ne teneatur inſolidum, ſed ſolùm in tantum, quantum facere poteſt; Videlicet, quòd à patre emancipetur. Nam filiusfam. qui priùs in ſolidum tenebatur, nunc per emancipationem non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, ut eſt text. notabilis *in l. 2. ff. quod cum eo & in l. ſi ex alio. C. eod. tit.* & ibi hoc notat *Bal.* & idem notat *Ioh. de Plat. Inſtit.*
2. *de Act. §. ſunt præterea. ad fin.* Sed hoc fallit, quando filius eſſet debitor ex delicto; ut eſt text. *jus l. ſi ex parte. §. quisquis. ff. quod cum eo.* & notat *Gl. in d. l.* 2. Fallit & ſecundò, quando poſt multos annos conveniretur, ut eſt text. notabil. *in d. l. ſed ſi ex parte. §. ult.* quod perpetuò tene menti. Fallit tertiò, quando filiusfam. contraxiſſet multa debita & poſtea incontinenti fecit ſe emancipare & contraxit dicta debita in fraudem. Nam tunc emancipatio ſequens ipſum non juvabit & pro hoc allego text. *l.* 1. *in §.* 1. &
3. quod ibi ſingulariter notat *Bar. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe juſ. fuer.* ubi dicit, *quod de conſuetudine eſt, quod quando Imperator recepit coronam Romæ, quòd liberet Præfectum urbis ab omnibus debitis ſuis; & ſi Præfectus ſciens de adventu Imperatoris contraxit multa debita, quod Imperator tunc non tenetur liberare illum ab illis.* Item ad hoc allego text. *in l. omnia. §. cum ita legatur.*

ur. alias incipit. *l. cum ita legatur. ff. de leg. 2. & l. con. a legem & quod ibi notat. per Doct. ff. de legib.*

XXVIII. (12.)

Vt evitetur infamia ex ſententia famoſa.

Summa.

1. *Qui per procuratorem litigat, non fit infamis.*
2. *Si demum condemnatum infamia ſequitur, ſufficit ante ſententiam actori ſatisfactum eſſe;*
3. *quod ſi ex ipſo crimine oriatur infamia, præſtat, ut tertius aliquis pro delinquente ſolvat.*

Regulariter ille, qui convenitur & condemnatur a- one famoſa vel ex crimine, ex quo ſequitur infamia infamis. *ut. l. athletas. §. calumniator. cum ſequen. ff. his, qui not. infa.* & habetur. *l. infamem. ff. de publ. d.* Sed cautela eſt, quòd non efficiatur infamis: 1. idelicet, quòd ipſe non litiget per ſe, ſed per procu- torem. Quia tunc, licet ipſe condemnetur, & e- s procurator procuratorio nomine juxta. *l. 1. C. de tent. & interlo. om. jud.* tamen hoc caſu nec do- inis nec procurator efficeretur infamis; ut probatur *text. & Gl. in l. furti. §. alieno. ff. de his, qui no- nt. infam.* & ibi hoc notat *Bart. & Doct.* & notatur *d. l. infamem.* Alia cautela eſt, quòd reus ſolvat, 2. tequam lis conteſtetur: ut notat *Barth.* qui dicit, od ſufficit ſoluere ante condemnationem. Alia itela eſt tutior, quòd ſoluat tertius ſine mandato 3. rei, ut notat *Angel.* notabiliter in *l. non poterit. ff. furtis.* etiamſi ſit convictus, ut eſt caſus in *c. teſtimo- um. extra de teſti.* Aliquando quis non efficitur infa- s ex ſolo crimine; ſed demum ſecuta ſententia, ut

eſt

eſt caſus in *d. §. calumniator*. Et ideò, ubi ex ſolo crimine non infertur infamia, niſi per condemnationem; ſufficit, quod ſoluat ante litis conteſtationem vel ante ſententiam. Et ita ſervatur communiter in illis, qui habent condemnari in harengo. Quia ſi ſoluunt ante condemnationem & antequàm ſenten-
3. tia legatur in harengo; non efficiuntur infames. Sed ſi ex ſolo crimine, quando de eo confeſſus eſt vel convictus, ſequeretur infamia. ut in *d. c. teſtimonium*. non eſſet bona cautela; quod ipſe reus ſolueret ante litis conteſta. vel ante ſententiam; quia per ſolutionem videretur crimen confiteri. *l. ad ſolutionem. C. de re jud. & ff. de his, qui not. infam. l. quoniam*. Et ideo hoc caſu eſt neceſſaria tertia cautela, ſcilicet quòd alius ſoluat pro eo ſine ſuo mandato, quod nota & tene menti.

XXIX. (13.)

Ne dilatio probatoria officiat non-impedito.

Summa.

1. *Dilatio ſecunda non datur ſine cauſæ cognitione.*
2. *quod ſecus eſt in petitâ prorogatione primæ dilationis.*

Quia ſumus in *c. ultra tertiam. de teſtib.* in quo
1. Doct. ponunt, quòd ſecunda dilatio non eſt danda ſine cauſæ cognitione: cautela eſt, quæ huic materiæ convenit; quando quis in prima dilatione nihil probavit ſeu non ſufficienter nec fuit impeditus; & ſic non habet aliquam cauſam juſtam petendi ſecundam dilationem: quod, ante quàm dilabatur prima dilatio; petat ejus prorogationem. Nam eam prorogando non fit nova dilatio ſed eadem. *ut. l. ſed ſi manen-*

manente. in princ. ff. de damn. infec. poterit con- 2.
di ſine aliqua cauſæ cognitione, ut notat *Ange.* no-
bil. in *l. fin. ff. de fer.* & Spec. *in tit. de teſtib. §.*
nc dicamus. Verſ. & hac ſunt in argumentum. Et
em notat *Bal.* in *l. poteſt. in fin. C. quomodo &*
andojudex. Et idem *Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. de*
lat. qui dicit, *quod iſta eſt bona cautela & quod Vi-*
ſemel Bononiæ dominum Proſperum facere magnum
ſum de iſto dicto. tamen non allegabat niſi *Ange-*
m: & vos habetis mille ultra Angelum. Spec. Bal.
Dd. quod nota.

XXX. (15.)

le dominus poſſit ratum habere, quod falſus procurator egit.

Summa.

1. *Proteſtatio adverſarij, ſe non aliter litigaturum, quàm in quantum procurator ſit idoneus, excludit ratihabitionem.*

Licet regulariter geſta per procuratorem, qui
n habet mandatum vel non ſufficiens, poſſint per
ninum ratificari, ita quod valeant. *l. licet. ff. de ju-*
tamen cautela eſt, quod non poſſint ratificari:
lelicet, quod adverſarius à principio proteſtetur,
d non intendit cum ipſo litigare, niſi ſi & in quan- 1.
habeat legitimum & ſufficiens mandatum. Nam
caſu, ſi non habeat mandatum ſufficiens vel nul-
habeat; ratihabitio domini ſuperveniens nihil
rabitur; ut eſt caſus ſecundum unum intellectum
inter quos, §. alieno. ff. de damn. infec. ſecundum
loV. de Roma in quodam ſuo Singulari, quod incipit:
ero nunquid geſta per filium procuratorem. in fin.
a tenet Angel. *in d. §. alieno.* & Bal. *ibi in apoſtil-*
Et ita allegavi optimè aliàs & obtinui in civitate
onenſ.

XXXI. (16.)

Ne invitus ad tutelam compellatur.

Summa.

1. *Qui non reperit fidejuſſores, à tutelâ excuſatur.*

Ne quis cogatur invitè ſuſcipere tutelam, etiam ſi non habeat aliquam excuſationem: Cautela eſt, quod faciat aut procuret, quòd non reperiatur aliquis, qui velit fidejubere pro eo pro dicta adminiſtratione.
1. Nam iſto caſu excuſabitur à tutelâ. Quia ille, qui non reperit fidejuſſorem, regulariter excuſatur à tutela. ut *l. ſi quis inter. §. imperator. ff. de excuſat. tuto.* & ita notat Bal. *in l. 1. in fin. C. quod cum eo.* Adverte tamen; quia ſi detegeretur, quòd hoc procuraſſet, non excuſaretur.

XXXII. (17.)

Vt judicium, cum procuratoribus, tutoribus &c. habitum, eludi planè nequeat.

Summa.

1. *Si judicis ſententia perſonas procuratorum legitimet, judicium revocari nequit.*

Nota cautelam; ut ſi velis, quòd judicium cum procuratore vel tutore vel curatore vel Syndico vel aliis hujusmodi perſonis firmum ſit; oppone quicquid poteſt contra eos ab initio; & fac quod judex
1. pronunciet *illas perſonas admittendas non obſtantibus exceptionibus oppoſitis contra eas:* & ſic poſtmodum non revocabitur judicium, ne agens cum eis videaris judicis auctoritate circumveniri. Hæc cautela probatur. *C. de his, qui ven. ata. in l. 1. in fin. & C. quæ*

ad

ad bon. poſ. admit. poſ. l. liberorum. Sententia etiam talis facit jus inter partes. *extra de judic.* c. *cum inter.* Tene menti: iſta ſunt verba Specula. *in tit. de except. in ſecunda parte ſpecul.* §. *nunc videndum. verſ. antepenult. qui incipit, in ſumma nota.*

XXXIII. (18)

Quid in compromiſſis obſervandum.

Summa.

1. *Agere & Peragere quomodo differant.*
2. *Lis Bononienſium & Mutinenſium circa compromiſſum.*
3. *Agere quis dicitur litem conteſtando.*

Verbum *agere* verificatur per litis conteſtationem. *l. amplius non petitum. ff. rem rat. haber.* ſed verbum *peragere* requirit deciſionem, ut probatur *in l. quinquaginta. ff. de excuſat. tu.* Et ideo dicit ibi *Nicol. de Neapoli* ſecundum *Guidon. de Suza.* quod facit ad quæſtionem. Bononienſes habebant quæſtionē cum Mutinenſibus: quia viciſſim una pars petebat ab alia viginti milla florenorum. Factū fuit compromiſſum inter eos. Guido de Suza, qui tūc erat Mutinæ, fecit poni in inſtrumento, *quod ſi Mutinenſ. cauſas ſuas infra tres menſes non agerent, caderent a cauſa, & ſi Bononienſes cauſas infra tres menſes non peragerent.* Poſt ipſos tres menſes *Guido* oponebat, quod non poterant de cætero Bononienſes petere, quia cauſas non egerant infra tres menſes, quod debebant facere propter verbum *peragerent* poſitum in inſtrumento. *arg. l. quinquaginta. & l. 2. ff. de adult.* E contra Bononienſes volebant opponere Mutinenſibus, *quod i... non poterant agere.* Ad quod ipſe reſpondit, *quod ...io eorum erat ſalva, quia agere quis dicitur litem ...teſtando. ut. d. l. amplius non petitum.* Et ita obtinuit

1 (margin, beside "...bum peragere"); 2 (margin, beside "Guido de Suza"); 3 (margin, beside "Ad quod ipſe reſpondit")

nuit contra *Odofredum*. Et teneas cordi; quia quando facies aliquod concordium, uti potes iſta cautela. Ita dicit *Dominus Nicol. de Neapoli in d. l. quinquaginta de excuſat. tuto. & Guido de Suza. in d. l. 2. ff. de adult.*

XXXIV. (19.)

Vt excludatur in contractibus exceptio ſimulationis.

Summa.

1. *Si contractus in ſcriptis fiat, ſimulatio per teſtes probari nequit.*
2. *& quando in ſcriptis celebrari dicatur, remiſſivè.*

Si contractus venditionis vel alius celebretur ſi-
1. ne ſcriptura: ſimulatio poteſt probari per teſtes; Sed ſi in ſcriptis ſit celebratus contractus, non poteſt probari per teſtes: ita not. *Bart.* notabiliter in *l. generaliter. & ibi per Doct. C. de non numerata pecunia.* Et ideo cautela eſt, ut venditio vel contractus fiat in ſcriptis, ut de dicta ſimulatione facile conſtare non poſſit. Hoc non dico, ut utaris in mala parte, ſed, quando eſſent novi vel veri contractus, & dubitaretur, ne aliquando poſſit opponi de ſimulatione; tunc facias,
2. quòd contractus celebretur in ſcriptis. Quando autem dicatur contractus celebratus in ſcriptis, habetur per text. *Gl. Cyn. & Doct. in l. contractus. C. de fid. inſtrum.* Et pro iſta cautela vide, quod plenè dixi *in tractatu meo ſimulatorum contractuum.*

XXXV. (20.)

Vt prorogetur tempus præſcriptionis.

Summa.

1. Iura-

1. *Iuramentum debitoris facit, ut actio perpetuetur;*

2. *& creditor habeat paratam executionem.*

Si ex forma ſtatuti vel juris communis debito vel 1.
actioni debitæ præſcribam aliquo brevi tempore vel
etiam 10. vel 20. annorũ; cautela eſt, quod debitũ vel
actio perpetuetur usque ad 30. annos, hoc modo:
Videlicet, quòd creditor faciat opponere juramẽtum
per debitorem, qui confiteatur per ſuum juramẽtum,
ſe eſſe ſuum debitorem in tanta quantitate. Et hoc
caſu perpetuabitur. Ita dicit *Bart. Ange. & Doct. in l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de jurejur.*
per illum textum. Item illud juramentum aliud et- 2.
jam operabitur. Videlicet, quòd tale inſtrumentum
poterit executioni mandari, & ſic habebit executionem
paratam. ut not. *Bart. in l. 2. in fin. ff. eod. tit.*
qui ſubdit *quod miratur, quod conſuetudo hoc non ſervat.* Et vide circa hoc *Mattheum de Matheſillanis in* 11. *ſuo Notabili*, ubi idem tenet.

XXXVI. (21.)

Vt filius excludatur à legitimâ.

Summa.

1. *Si pater vendat bona ſua poſt mortem, illa ante legitimam ſunt detrahenda;*

2. *niſi appareat de ſimulatione.*

Pater ſi vult excludere filium à legitima ſua &
ſibi retinere bona, donec vivat; Cautela eſt, quod 1.
vendat alicui bona ſua & permittat ea tradere poſt
mortem, ſcilicet vendentis. Nam tale debitum,
quod habet effectum poſt mortem promiſſoris, cenſetur
æs alienum; *ut l. hæreditarium. ff. de bon. auct.*

judic. poſ. & ideò erit detrahendum, antequam legitima filii. *ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. §. 4.* Si tamen apparet de fraude, filius poteſt reſcindere venditionem pro ſua legitima, de quo per *Bart. in d. l.*
2. *hæreditarium*, & ita dicit *Ioh. de Pla. inſtitut. de inutil. ſtipul. §. item quis. ad fin.* ubi ſubdit, an ſufficiat, quòd pater confiteatur ſe precium recepiſſe: & videtur quòd non quoad præjudicium filii, niſi appareat de reali receptione. arg. *Authentic. ſed jam neceſſe. cum ibi notatis. C. de donat. ante nupt. arg. per id, quod notat Bart. in l. per diverſas. C. mandat.* ubi dicit, *quod quando in ceſſione non apparet de reali ceſſione, ſed cedens ſolùm confitetur ſolutum, ceſſio præſumitur ſimulata.* Facit quod not. *in l. poſt contractum. ff. de dol.*

XXXVII. (21.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Difficile eſt, liberos privare legitimâ.*
2. *An filius gravetur, ſi pater relinquat extraneo uſumfr. omnium bonorum?*

Difficile eſt privare filium legitima ſine cauſa,
1. vel ponere aliquam dilationem in eâ. *l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſt. & §. cauſas. in Auth, ut cum de ap. cog. collat.* 8. tamen cautela eſt, quòd pater inſtituat filium hæredem in omnibus bonis, & quòd alii relinquat uſufructum omniũ bonorum. Nam valebit talis uſufructus, & filius non poterit dicere, ſe gravatum in legitima; ut eſt *Gl. notabiliſſima in Auth. de trien. & ſemiſ. in §. prohibemus.* Quæ etiam ponit *in fine ſui* unam aliam cautelam privandi filium legitimâ, quando habet ſolos ſervos in hæreditate & e-
2. os manumittit. Et iſta cautela eſt vera, quando nuda proprietas, à legitima filii ſupra, tantum valet, quan-

quantum uſufructus ſine legitima; ſed ſi minus valeret, tunc filius impugnare poſſet tale legatum; quia non poteſt in ſua legitima gravari. *ut d. l. quoniam in prioribus.* Et ita tenet *Ang. in d. §. prohibemus*; ad quod adde *Bar. in dict. l. hæreditarium. de bon. auth. jud. poſ.* & quod dixi in præcedenti.

XXXVIII. (22.)

Vt feudi vel emphyteuſis alienatio valeat, facta cum conſenſu Domini.

Summa.

1. *Alienatio feudi & emphyteuſis quomodo cum conſenſu domini fieri debeat,*
2. *ita ut alienans teneatur de evictione.*

Conſilium ſive cautela; quando Vaſallus ſive Emphyteota Eccleſiæ vult vendere vel alienare illud, quod recognoſcit à Prælato Eccleſiæ, prima eſt, ut 1. vendat vel alienet cum conſenſu Prælati & totius Capituli, & vendat ea lege, quâ ipſe habet, & æquali perſonæ; ut *in cap. 2. de lege Conradi. in tit. de uſib. feud.* hoc acto in contractu antè & pòſt, quod emptor vel acquiſitor debeat illud ab Eccleſiâ recognoſcere & ſibi ſervire pro eo, & venditor ſive alienans debet refutare. *arg. cap. 1. §. 1. in tit. qualiter olim feudum poterat alienari.* Et ſecundum hoc emptor vel acquiſitor erit ſucceſſor; & venditor vel alie- 2. nans tenebitur de evictione, & Eccleſia non erit læſa ſecundum *Iac. de Beluis in tit. de his qui feud. dar. poſ. in princ.* ut refert *Iac. de Alvarottis in cap. 1. in §. fin. qui incipit, denique. in 4. column. ante fin. in verſ. quare ex prædictis quæſtion. in tit. quæ fuit prima cauſa amit. benefic. in uſib. feud.* Cui adde, quod dicam in ſequenti.

XXXIX. (22.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Vaſallus poteſt refutare feudum eâ lege, ut Dominus inveſtiat emtorem.*
2. *Quo caſu & venditor tenetur de evictione.*

Secundum conſilium eſt (& hoc in uſu magis
1. frequentatur) quod Vaſallus vel Emphyteota, qui vult vendere, non vendat, ſed refutet feudum Prælato, ut ipſe inveſtiat eum, qui empturus eſt Prælato conſentiente: Et tunc poſt refutationem Vaſalli Prælatus ipſe inveſtiet eum, qui empturus eſt: & ipſe recognoſcere debet feudum ab Eccleſia & fidelitatem facere. Et ſi timet evinci inveſtitus, caſum evictio-
2. nis ſtipulari poteſt à Vaſallo, qui vendidit, de indemnitate ſua, prout fuerunt concordes. Et iſtud conſilium cum præcedenti poteſt trahi etiam ad Vaſallos laicorum & ſecularium perſonarum. Ita dicit *Iac. de Belui. in d. tit. de his, qui feud. dare poſ. in princ. & Iac. de Alvarot. in cap. 1. §. deniq; in fin. 4. columin. verſ. Secundum conſilium eſt in tit. Quæ fuit prima cauſa amit. benef. in uſi. feud.*

XL. (22.)

Ne Vaſallus ob alienationem ſine conſenſu domini factam feudum amittat.

Summa.

1. *Si Vaſallus alienet ſalvo jure Domini, an amittat feudum?*
2. *Diſtinguit Bl.*
3. *Quid ſi Vaſallus addat: Nec aliàs nec alio modo?* 4. *Aff.*

4. *Aff. Bl. ſi accedat traditio.*
5. *Formula: Salvo jure Domini & Reſervato conſenſu Domini, ſunt Synonyma.*

Conſilium vel cautela, quando Vaſallus vel Emphyteota vult vendere vel alienare feudum vel emphyteuſin irrequiſito domino. Primum conſilium 1.
eſt, quòd Vaſallus vel Emphyteota vendat vel alienet ſalvo jure domini vel Eccleſiæ: & quòd in inſtrumento dicatur *ſalvo jure domini vel Eccleſiæ*, aliàs caderet à jure ſuo. Ita in effectu vult *Bal. in cap. 1. §. donare. in ult. columm. in tit. qualiter olim feud. poſ. alien.* & vide *Bald. in tit. de pace Conſtantiæ in §. libellare. in 25. columm. & in l. fin. C. de juro emphyt. & Iac. de Avarotis in cap. 1. in princ. in penult. columm. in fin. de prohib. feud. alien. per Fredericum.* Sed idem 2.
Bald. in cap. 1. §. fin. in 3. columm. verſ. Sed pone pater. ita dicit. in tit. quæ fuit prima cauſa am. be. dicit, quod, licet ſit dictum *ſalvo jure domini*; tamen ſi proceſſum ſit ad traditionem ſub illa forma, quòd illa verba non relevant. Quia cum non ſit denunciatum domino, clàm fieri videtur, & per conſequens dominus contemni. Item in præjudicialibus non juvat proteſtatio. Quid ſi adiciat iſta verba: *nec alias nec alio modo?* Quia tunc nihil videtur actum, fortè 3.
non perderet feudum vel emphyteuſin. Nam conſtat, quòd non intendit alienare, niſi poſſit cum hoc ſalvo & non aliter; juxta nota. *in ſimili in l. ſi quidem C. de except. & ff. famil. herciſ. l. item Labeo. §. 1. & arg. ff. de manumiſ. teſt. l. ſi quis locuples.* Et licet iſta cautela verborum videatur bona; tamen *Bald. in l. unica in 16. quæſtione. C. de his, quæ pœna nom. adij.* videtur contrarium dicere, ubi dicit, quod licet Va- 4.
ſallus dicat, *vendo & trado reſervato conſenſu domini, & aliter non* poteſtetur, non relevat: quia in ipſo facto requiritur licentia; & quia traditio eſt facti, & ſic

 factum

factum contrarium proteſtationi. Unde quando eſt
de facto cogitatum, non excuſat delictum. *l. jubemus.*
C. de ſacroſanct. Eccle. unde non valet alienatio. Et
5. quamvis *Bald. in d. l. unica. non dicat: ſalvo jure do-*
mini, ſed, *reſervato conſenſu domini*; tamen in effe-
ctu iſta verba in idem incidunt. Et vide de hoc
Cardinalem extra de feud. in cap. 2. & Iac de Alva. in
cap. 1. in pen. column. in princ. Quæ fuit prima cau-
ſa amitt. benef. Unde ex prædictis patet, quod prædi-
cta conſilia non videntur eſſe tuta &c.

XLI. (22.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Si Vaſallus alienet, Salvo honore Domini, an feudo privandus?*
2. *Proteſtatio facto contraria nihil operatur.*

Alii ponunt aliud conſilium: Videlicet, quod Va-
1. ſallus vendat vel alienet *ſalvo honore Domini* per ea,
quæ dicta ſunt ſuprà; dum dicitur *ſalvo jure Domini:*
tamen contrarium eſt verum; Videlicet quòd illa ver-
ba non relevent: Quoniam propter iſtam alienationẽ
Vaſallus feudo privetur, ut ſingulariter determinat
Hoſti. ut refert *Bart. in c. eam te. de jurejur.* Et idem
tenet *Ludov. de Roma in* 394. *Singulari, quod incipit.*
2. *Tu habes quòd Vaſallus*; quaſi dicat, quòd ideo eſt,
quia proteſtatio contraria facto non relevat prote-
ſtantem *ut in cap. ſollicitudinem. extra. de ap. & in c.*
cum M. Ferrar. extra. de conſt. & in l. cum in plures. §.
locator horrei. ff. loca. & plenè probatur *in l. non ſolum.*
§. morte. ff. de nov. oper. nun. Requiritur enim con-
ſenſus domini in alienatione feudi, primò ut recogno-
ſcat ſuperiorem, & ne ſibi præjudicetur. *ut in cap. 1. de*
alien. feud. facit text. *in l. ſi debitor. §. 1. quibus mod.*
pign. vel hypot. ſol.

XLII.

XLII. (22.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *An Vaſallus, ſi alienet, in quantum de jure poteſt & non aliter; feudo privetur?*
2. *Aff. Si traditio rei accedat, difficulter recuperandæ.*

Datur etiam per alios aliud conſilium: Videlicet, quòd alienatio vel venditio fiat ſub iſta conditione: *Vendo vel alieno ſibi, ſi & in quantum de jure poſſum & non aliter.* Qui caſu licet ſequatur traditio, tamen 1. Vaſallus alienans non cadit à feudo ſecundum *Iac. Ardiſoni. de Bruylo, Veronenſ. in ſua Summa. Quib. mod. feud. amit. ſub Rubr. ſi vendat ſub conditione. arg. ff. de acquir. poſ. l. ſi me in vacuam. poſt princ. & l. qui abſenti. §. 1. ff. de vi armat. l. cum fundus. C. de Epiſc. audient.* quòd eſt verum ſecundum *Bald. in cap. 1. §. hos quoq; in penult. columna. in tit. de ſucceſſ. feud.* niſi quando captio domini poſſet intervenire per 2. corporalem traditionē, puta caſtri, quia vix dominus poſſet recuperare, Quia dolus eſſet in traditione, qui debet purgari per amiſſionem feudi. *ff. de dolo l. eleganter.* & ita dicit ibi ſe conſuluiſſe. Et ita tenet etiam *Iac. de Alva. in princ. cap. 1. in penult. columna. circa princ. verſ. quaro, quid ſi Vaſallus vendat? in tit. de prohib. feud. alien. per Fre. in uſib. feud.*

XLIII. (22.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Vaſallus non amittit feudum, ſi vendat cum conditione: Si Domino placuerit.*

Datur

Datur ulteriùs aliud conſilium; Videlicet, ut ven-
1. dat ſub conditione, ſi *Domino placuerit*. per *l. ſi quis locuples. in fin. ff. de manu. teſtam. & ff. qui & à quibus l. 5. in princ.* Ita dicit præfatus Dominus *Iac. Ardiſoni. de Bruylo in Summa ſua in d. tit. quib. mod. feud. amit. in rubricella, ſi vendidit ſub conditione* quem ſequitur *Bald. in cap. 1. §. aquè in penult. column. in tit. de ſucceſſ. feud. & Iac. de Alvaro. in c. 1. in princ. in penult. column. in tit. de prohib. feud alien. per Fred.*

XLIV. (22.)

Ejuſdem Argumenti.

Summa.

1. *Venditio feudi, ſi non revocaverit Dominus &c. Vaſallo minimè nocet.*

1. *Bart.* etiam dat aliud conſilium ſive cautelam; ſcilicet, ut dicatur in inſtrumento; *vendo vel alieno tibi, ſi non revocaverit Dominus, aliàs ſit inemptum*; ita dicit *Bart. in d. l. ſi quis locuples. ff. de manum. teſtam.*

XLV. (22.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *An Vaſallus licitè fructuum perceptionem poſſit vendere?*
2. *An fructus vendens vel ad* 100. *annos videatur alienare?*
3. *Quid? ſi Vaſallus vendat perceptionem decimarum?*

Poſſet

Poſſet etiam dari aliud conſilium; Videlicet quod Emphyteota vel Vaſallus vendat fructus, id eſt, per- 1.
ceptionem fructuum, per ſe vel ſuos hæredes. Quo caſu videtur, quòd non cadat à jure ſuo: quia concedit vel vendit ipſam perceptionem fructuum, quæ eſt quid facti; non autem ſuum jus vendit, ſed utile vel aliud; ut probatur *in l. neceſſarium. §. frumenta. Gl. in verſ. tuum ſit. hoc eſt perceptionem fructuum. ff. de peri. & commod. re; ven. & per text. cum Gl.* & *in l. arboris. §. uſufructarius. ff. de uſufruct.* per id, quod notat *Bart. in l. idem. §. qui maximas. ff. de public. & in l. Aquilius Regulus. ad fin. ff. de dona.* Et hoc videtur tenere *Archidiac. in 89. di- 2.
ſtinct. can. judicatum. in princ.* & iſtud videtur tenere *Bart. in l. codicillis. §. inſtitut. de leg. 2.* ubi dicit, *quòd vendens fructus domus pro 100 annis non videtur alienare*: de quo ibi vide. Sed adverte. Quia iſtud conſilium non videtur bonum, quando venderentur fructus pro longo tempore, ſed ſolùm, quando venderentur ad modicum tempus; quia tunc non eſſet alienatio, ſecundum *Bald. in l. voluntas, verſ. ſed quid ſi Vaſallus. C. de fideicom.* Item iſtud conſilium licet 3.
videatur tutum, ſaltem quando pro modico tempore venduntur; tamen non credo, quod ſit tutum, ſi eſſet vaſallus pro aliqua decima. Quia, cùm in laico non poſſet cadere decima nec jus decimandi, ſed ſolùm quædam facultas percipiendi fructus jure decimali, juxta ea, quæ habentur in *c. cauſam. de præſcript. & cap. hac. ad & c. quamvis. extra de decim. & 16. quæſt. 7. can. 1.* Unde hoc caſu ſi Vaſallus venderet perceptionem fructuum, tamen venderet totum illud, quod habet in re decimali ſive in decima. Quia nihil habet, niſi ipſam perceptionem. Et ſic perinde eſt ac ſi venderet omne jus, quod habet. Cogita tamen ſuper hoc.

XLVI.

XLVI. (22.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Alienatio feudi quibus clauſulis omnium ſit tutiſſima.*

Ex prædictis aliàs dedi aliud conſilium. Videlicet, quod omnia ſupradicta conſilia ſimul jungantur hoc
1. modo. Videlicet: *Vendo vel concedo fructus vel ipſam perceptionem fructuum*, quæ eſt facti, ut dixi in præcedenti conſilio, cum hoc, *ſi domino placuerit vel ſi dominus non revocaverit & ſic ſalvo & reſervato jure & honore & conſenſu domini, & ſi de jure poſſim & non aliter nec alio modo; ſi autē domino non placuerit vel ipſe non conſenſerit vel revocaverit, vel de jure non poſſum; res ſit inempta vel venditio ſeu alienatio ſit irrita & ipſo jure nulla.* Et ſic iſta cautela erit tutiſſima: & ideo eam nota.

XLVII. (23.)

Ut pignus fiat creditoris. v. infr. 309.

Summa.

1. *Lex commiſſoria in pignoribus non habet locum.*
2. *Exceptio eſt, ſi pacto adjiciatur quod pignus juſto pretio æſtimandum &c. in ſolutum detur.*

Debes ſcire, quòd creditor non poteſt opponere
1. in inſtrumento debiti hoc pactum: videlicet, *ſi non ſolvatur debitum ad certum tempus, quod pignus detur in ſolutum creditori pretio, quo ipſe creditor voluerit vel æſtimaverit*; ut in *tot. tit. C. de pac. pign. & l. commiſſoria*

miſſoria in pignoribus reſcindenda. Modo hoc caſu poteſt adhiberi una notabilis cautela pro uſurariis, ut faciant fieri contractum & apponatur pactum, *quòd debito ad tempus non ſoluto pignus eis detur in ſolutum iuſto precio, æſtimando arbitrio talis & talis, quos nunc eligimus in arbitratores & bonos viros;* quòd nota; quia laudabilis eſt cautela. Nam illi arbitratores erunt amici uſurarii illius & facient æſtimationem, prout ipſe uſurarius voluerit. Et hoc per text. *in l. ſi fundus. §. fin. ff. de pign.* & ita ibi hoc notat *Angel.* Hanc tamen cautelam *non pono, ut utaris ea ad malum; ſed ut ſcias cognoſcere, ſi alius velit uti malitia, ut evites.* 2.

XLVIII. (24.)

Pro tutore, contractum nomine pupilli celebraturo.

Summa.

1. *Quæ tutor cum conſilio coniunctorum nomine pupilli gerit, in iis ſecurus eſt.*

Ratione conſilii conjunctorum præſumitur à tutore abeſſe dolus vel culpa. *arg. l. etiam C. ſi tutor vel cura.* ſecundum *Bald. in l. Polla. C. de his, quibus ut indign.* Et ideo tutor ſit cautus, quando aliquid fecit pro pupillo, de quo dubitet, ne poſtea ipſe vel hæredes ipſius teneantur: faciat illud cum conſilio conjunctorum pupilli, & hoc faciat ſcribere in inſtrumento: quod ſingulariter tene menti tu, qui es tutor. 1.

XLIX. (25.)

Ne judex ex officio in crimine poſſit inquirere.

1. Iudex

Summa.

1. *Iudex in criminalibus poteſt procedere per inquiſitionem;*

2. *ita tamen, ut priùs moneat læſum, ſi fortè velit accuſare.*

1. Tu ſcis, quòd judex in cauſa criminali poteſt procedere per inquiſitionem; ut habetur in *cap. qualiter & quando de accuſ. & in l. 2. §. ſi publico & ibi per Bart. ff. de adult.* & pleniſſimè *per Angel. in Repetitione. l. ſi vacantia. C. bon. vacant. lib.* 11. Sed dubium eſt, nunquid eo caſu, quo judex poteſt de delicto inquirere, debeat citare perſonam offenſam, ad ſciendum, an velit accuſare, & ſibi ſtatuere terminum ad deliberandum? Et dicas, quòd ſic. Quia judex nunquam poteſt procedere ad inquiſitionem, niſi priùs
2. moneat offenſam perſonam vel aliam, cujus intereſt, ad ſciendum, an velit accuſare, ſtatuendo ſibi terminum ad deliberandum; ut eſt *Gl. in c. presbyter ſi à plebe. 2. q. 5.* de quo facit feſtum *Bald. in l. ſenatus. C. qui accuſ. non poſ.* Et eſt magna cautela ad impediendam inquiſitionem, motam per judicē, opponendo ſibi, *ut moneant perſonam offenſam ſeu aliam cujus intereſt, ad deliberand. ſtatuendo ſibi terminum, ſi velit accuſationem proſequi*; ita quòd ad tempus poſſit aliquid bonifacere. Et ita etiam tenet *Ludov. de Rom. in quodam ſuo Singulari, quod incipit. de doctrina inquiſitionis.*

L. (26.)

Pro Magiſtratu ad excludendam facultatem appellandi à ſe.

Summa.

1. *Si cauſa bis delegata ſit, & delegans de alterâ appellatione cognoverit, ab eo appellari amplius non poteſt.*

Cau-

Cautela, quòd aliqua cauſa non exeat de manibus domini Poteſtatis ad Dominium Venetorum, vel de manibus Epiſcopi ad Archiepiſcopum, eſt; quòd Epiſcopus vel Poteſtas deleget cauſas. Et ſi appelletur à ſententia lata per delegatum ad ipſum Epiſcopum, vel Poteſtatem delegantem; deleget iterum; quod poteſt. Quia cauſa appellationis poteſt delegari. *l. cum poſt ſententiam. C. de appell. & not. Gl. & ibi Angel. in l. eos. in princ. eod. tit.* Et ſi iterum appellet ad Epiſcopum vel Poteſtatem: tunc ipſe Epiſcopus vel Poteſtas poteſt cognoſcere; nec tertiò licet appellare. & ſic per iſtum modum delegando, lis vel cauſa non exibit de manibus Epiſcopi vel Poteſtatis. Et hoc tenet *Rapha. Fulgo. in l. eo caſu. C. de appell.*

LI. (27.)

Vt terminus reddendarum rationum debitori ne noceat.

Summa.

1. *Ad reddendas rationes ſub certo tempore & pœna aſtrictus, quomodo eam effugiat:*
2. *ut & is, qui ſimiliter ad ſolvendum obligatus eſt.*

Nota, quod ubi debitum non eſt liquidum, (exemplum in eo, qui eſt juſſus reddere rationem per judicem, vel per arbitrum, & ſub pœna, & infra certum tempus ſive terminum; & ſunt rationes intricatæ, ut mercatorum) quod non poterit condemnatus videre, an ſit debitor vel creditor; tunc ſufficit, quod condemnatus compareat, & dicat, *quod calculatis & viſis rationibus dico me eſſe debitorem in uno denario; & ecce illum; & ſi appareat, me plus debere, ecce fidejuſſorem pro reſiduo.* Et ſic debet deponere unum denarium, & præſtare fidejuſſorem

de reſiduo; & erit ſecurus. textus eſt ſingularis *in l. ſtatu lib. rationem. ff. de ſtat. lib.* ſecundum. *Angel.* qui ita not. *in l. 3. §. ait prætor. ff. de re judic.* qui allegat aliam legem ſociam *in l. ſervus ſi heredi. §. fin. ff. de ſtatu lib.* & vide omnino eundem *Angel. in l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pignor. in l. 2. C. debit. vend. pign. impe. non poſſ. & in l. 2. C. de uſufuct. legat. & Bal. in c. 1. §. 1. in princ. 4. column. in princ. de L. Corr. in*
2. *uſib. feud.* Et ex prædictis collige cautelam, quod ſi aliquis promiſit, vel eſt condemnatus alicui ſolvere illud, quod debet ad certum tempus ſub certa pœna, ſi debitum non eſt liquidum; dicat, ſe debitorem in uno nummo, & illum offerat in judicio deponere: & præſtet fidejuſſorem, qui ſe obliget de ſolvendo omne id, in quo apparebit ipſum eſſe debitorem; & petatur, quod eligantur arbitri vel calculatores: quo facto, etiamſi elabatur terminus ſolvendi, non incidit in pœnam, donec debitum non fuerit liquidum. Quod eſt notandum pro mercatoribus, negotiorum geſtoribus ſive factoribus.

LII. (27.)

Ne emtor in pœnam incurrat, ſi non ſolverit.

Summa.

1. *Si venditor de evictione ſatisdare nequit, emtor non tenetur pretium ſolvere.*
2. *Iuramentum calumniæ an remedium deriſorium?*

Aliquis emit unam rem, & promiſit ſolvere precium, vel ſimpliciter vel cum pœna, & non poteſt illud ſolvere: cautela eſt, quod excuſetur, ſi non ſolvit.
1. Nam ſi videt, quod venditor non ſit potens ad ſatisfaciendum, ſubmittat amicum ſuum, qui litem moveat;

eat, & petat, quod ſibi ſatisdetur. Nam ſi vendi-
or non ſatisdederit propter impotentiam, non tene-
)itur emtor ſolvere precium, ſecundum *Angel.* qui ita
ıot. *in l. 1. §. ſtipulatio duplæ. ff. de præt. ſtip.* qui
ubdit, quod *adverſus hanc fraudem eſt remedium
luplex.* Primum, quod emtor juret de calumnia,
*rg. gl. in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de
negot. geſt.* Et idem notat *Ioh. de Pla. Inſtit. de ſu-
bect. tutor. §. ſi verum. verſ. Sed quaro qualiter.* Sed
licit *Angel. in d. §. ſtipulatio duplæ.* quod iſtud re- 2.
nedium hodie eſt deriſorium, cum homines ſint
valde proni ad jurandum: ideò ſolum remedium eſt,
i venditor objicit de calumniâ, in examinatione ju-
licis, ut non audiat emptorem, ſi veriſimiliter ſu-
picatur litem per calumniam motam, *arg. l. ſi fide-
uſſor. cum gl. in verſ. ſederit,* quæ exponit, *ſc. in ani-
mo judicis. ff. qui ſatisd. cog.* Hanc tamen cautelam
locui, ut eâ non utaris ad malum.

LIII. (28.)

Ne apparitores judicis teneantur injuriarum.

Summa.

1. *Si probet Officialis, ſe feciſſe juſſu judicis, excuſatur.*
2. *Iudex non tenetur injuriarum poſt elapſum tempus ſui officij.*

Ductus ad carcerem, vel alium locum vitupe-
roſum per militem, vel alium Officialem Poteſtatis,
vel Rectoris, poteſt agere actione injuriarum contra
ductores, ut probatur *in l. injuriarum. §. ſi quis. ff.
de injur.* Et ideò ſit cautus Prætor vel Rector, ſi eſt 1.
oblatus libellus in actione injuriarum contra aliquē

de ſua familia, elapſo tempore ad dandum libellum contra ipſum, (de quo *in l. 1. C. ut omnes tàm civil. vel crim.*) ut faciat reum conventum articulare & probare, quod hoc fecit de mandato Rectoris, & etiã ipſe Rector hoc confiteatur, *quod hoc fieri fecerit pro officio exercendo.* Nam tunc familiaris non tenebitur, quia debuit juſſui Rectoris obedire, per *d. §. Si quis.* quod & nota. *in l. non videtur. §. qui juſſu. ff.*
2. *de reg. jur.* Nec etiam ipſe Rector tenebitur, ex quo eſt elapſum tempus ſyndicatus, licet aliàs ipſe teneretur. Et ſic uterque erit ſecurus; & ita in effectu voluit *Angel. in d. l. injuriarum. in d. §. ſi quis quod. ff. de injuriis.*

LIV. (29.)

Vt valeant geſta per minorem partem Collegij.

Summa.

1. *Qui per contumaciam abſunt, jus ſuffragij non habent;*
2. *Reliquis tamen illud accreſcit.*

In vocibus etiam habet locum jus electionis
1. morte, privatione & ſuſpenſione, & ideò qui nolunt congregari, eorum voces poſſunt ſuſpendi & privari; & ſic non erunt de numero electorum, ſi ſunt ex juſta cauſa ſuſpenſi, puta per contumaciam, *extr. de conſt. cap. ex literis. ff. de fideicom. lib. l. ſi legatario. §. 1.* Et ſic poteſt facere Rector ſcholarium, ſi duæ partes nolunt congregari, privet contumaces; & tunc vo-
2. ces eorum erunt penes alios; & poteſtas vocum non ex translatione, ſed ex jure accreſcendi: quia iſta eſt privatio, non translatio. Et ſic Rector facta Univerſitatis expediet. ita dicit *Salic. in l. unic. in ult. quæſt. C. quando non petent. part. petent. accreſc.*

LV

LV. (30.)

Ne is, qui injuriam intulit, accuſetur criminaliter.

Summa.

1. *Actio rei perſecutoria non tollit pœnalem.*
2. *„ pœnalis tamen civiliter inſtituta tollit criminalem.*

Tu debes ſcire, quod ubi pro eodem facto poteſt agi criminaliter & civiliter ad vindictam; ſi actum eſt in uno judicio, in alio nunquam agi poteſt: ſecus, ſi non ſit actum ad vindictam, ſed ad proſecu- 1.
tionem rei familiaris. Quia tunc executione factâ ex una via non tollitur alia, ut probatur *in l. quod ſenatus. ff. de injur. junct. l. 2. §. 1. ff. Vi bonor. rapt.* & notat *Angel. in d. l. quod ſenatus.* Et propter hoc tu ſumes cautelam, quando inter rixantes interventu amicorum facta eſt pax. Nam, ut non poſſit criminaliter accuſari injuriam inferens ex magnitudine & gravitate pœnæ, eſt ſolum remedium, quod producatur ſeu proponatur libellus civilis ad vindictam. 2.
Nam latâ ſententiâ ſuper eo, non poterit accuſari criminaliter, ut notat *Angel. in l. Prætor. §. ſi dicatur. ff. de injur.* quod eſt valde notandum. Melius faceret judex præveniendo in procedendo criminaliter ad vindictam publicam & per denunciationem, vel per inquiſitionem juxta notata *in c. qualiter & quando. extr. de accuſat.*

LVI. (31.)

Ne debitori debitoris competat beneficium excuſſionis.

Summa.

1. *Per ceßionem actionum ceſſat exceptio excußionis.*

2. *unde juvat, in obligatione primi debitoris eandem exprimi.*

Regulariter quis non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem, vel debitorem debitoris, niſi factâ excuſſione, ut in *Auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.* Sed cautela eſt, quod poſſit agi contra debitorem debitoris per creditorem etiam non factâ excuſſione, hoc
1. modo: Videlicet quod creditor idemque debitor mandet, & cedat ſuas actiones ſuo creditori. Nam tunc, ut procurator in rem ſuam, habebit exercitium directorũ; contra quas talis exceptio excuſſionis non factæ non poterit opponi. Et dicit *Cyn. in l. 3. in fin. C. quand. fiſc. vel priv.* quod ad eas mandandas poterit cogi per *l. ſi convenerit. 2. in pr. ff. de pign. act.*
2. Et ideò ſis cautus, quod in inſtrumento obligationis bonorum facias adjici, *quod ex tunc mandet & cedat tibi actiones contra ſuos debitores, faciens te procuratorem in rem tuam*, ut dicit notab. *Salic. in l. nomen. circ. fin. in penult. q. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* & dicam in ſequenti cautela.

LVII. (31.)

Vt quis bona debitoris à tertio ſine metu excußionis repetat.

Summa.

1. *Conſtituti poſſeſſorij effectus.*

2. *Ejus mentionem in obligationum inſtrumentis non negligendam.*

In cau-

In cautela præcedenti dictum eſt, quod regulariter requiritur excuſſio, & ibi dedi unam fallentiam cum una cautela, ſed nunc addo aliam. Videlicet, quòd debitor ſe conſtituat tenere & poſſidere nomine creditoris omnia bona ſua, juxta notat, *in l. quod in eo. in pr. ff. de acquir. poſſ. & l. ab emtione. ff. de pac.* vel ſe conſtituat poſſidere precario nomine creditoris, juxta *l. interdum. ff. de acquir. poſſ.* tunc ſi debitor alienet aliquam rem ſuam, poterit creditor agere contra poſſeſſorem, nullâ factâ excuſſione, non dico hypothecariâ, ſed condictione *ex l. fin. C. de acquir. poſſ.* & etiam non excuſſis aliis, ſi plures eſſent ad idem debitum obligati, ſecundum *Iac. de Butrig. in Auth. ſi debitor. C. de pign.* ubi hoc etiam ponunt Dd. & idem ſequitur *Angel. in d. l. fin. & in l. 2. §. ex hac actione. ff. vi bon. rapt. & Bal. in l. fin. & c. cum venissent. de cauſ. poſſ. & proprietat. & in Repertorio ſuarum concluſionum in verſ. excuſſio. & Floria. in d. Auth. hoc ſi debitor.* & *Angel. de Aret. Inſtit. de act. §. Item ſi quis in fraudem.* Et propterea ſis ſemper cautus, ut apponi facias in fine cuiuslibet inſtrumenti, ubi ponitur obligatio bonorum, ut addatur, *quæ bona dictus debitor, vel dictæ partes conſtituerunt, ſe tenere & poſſidere nomine creditoris usq; ad integram & plenam ſolutionem ſeu ſatisfactionem.* Quia hoc caſu non erit opus excuſſione. Et ita vidi ſæpiùs judicari in civitate Veronenſi.

1. (right margin, line 4); 2. (right margin, line 22)

LVIII. (32.)

Ne rem alienare liceat.

Summa.

1. *Pactum de non alienando valet;*
2. *& efficitq; ne poſſeſſio transferatur.*

Multi ſunt modi prohibendi alienationem alicuius rei, ita quod valeat & obſervetur prohibitio in

effectu. Et unum modum ſeu cautelam vidimus
1. ſupra; ſed nunc adde aliam. Videlicet, quod dicatur: *Relinquo, vel vendo, vel dono, vel concedo, vel relaxo tibi talem rem cum hoc pacto & conditione, quod tibi non liceat alienare, & ſi ad aliquem alienationis actum deveneris, tunc dominium ad me revertat, vel ad tertium, & in eo caſu, pro nunc pro ut ex tunc conſtituo meo nomine, vel nomine tertii poſſidere.*
2. Nam iſto caſu, non expectato, quod perfectè alienes; ſed cum incipies alienare, ſtatim redit ad me, vel tranſit ad tertium. Et ita tenet *Br. in l. qui abſentis. §.1. in fin. ff. de acquir. poſſ. & l. filia mulieris. §. Divi. ff. de leg.* 1. *& l. ſi ita quis. §. ea lege.* & ibi: *per Angel. Rapha. Imol. & Dd. ff. de verb. oblig.* & per *Angel. Inſt. de act. §. ſi quis in fraudem.* quod nota, quia parentes ſæpenumero prohibent filios alienare, ut ſcias, qualiter debeas concipere verba.

LIX. (33.)

Pro eo, qui injuriâ affectus eſt, & criminaliter egit.

Summa.

1. *Qui criminaliter injuriam perſequutus eſt, civiliter ad æſtimationem agere nequit.*
2. *nisi proteſtetur.*
3. *tamen ex L. Aquiliá damnum perſequi non impeditur.*

Sciunt omnes, quod, ſi alicui facta eſt injuria animo injuriandi, poteſt agere actione injuriarum injuriatus, ut habetur in *tot. tit. de injur. ff. & C. & Inſtit.* & maximè in *l. non convitii. per Cynum. &*
1. *Dd. C. de injur.* Sed iſta regula fallit, quando ille, cui injuria illata eſt, malefactorem accuſat, vel judicem

em inſtigat, vel ſollicitat, quod malefactor torquetur, vel condemnetur ad vindictam publicam. Quia nc, ſi fuerit punitus per judicem, non poteſt poſtea gere actione injuriarum pro injuria ſibi illata. quia o ipſo, quod fuit accuſatus, vel tortus, vel condennatus per judicem, ſatisfactum eſt injuriæ ſuæ, ſeundum ſuam voluntatem. Unde videtur, illam njuriam pro ſui emendatione remiſiſſe; ut eſt *text.* & ibi *Br. in l. ſed ſi unius. §. ſi cum ante judicem. ff. de injur.* & facit *l. interdum. §. qui furem. ff. de furt.*
Unde ſis ſemper cautus tu injuriatus, quod aut iſta 2.
non facias, aut ſi facias, proteſteris, *quod per hoc tu non vis tibi præjudicari, quin pro tuo intereſſe agere poſſis actione injuriarum. l. fin. ff. de injur.* Et iſtam cautelam tenet etiam *Angel. in tract. ſuo maleficiorum. in verſ. Nec non ad querelam. in penult. column.*
Sed adverte, licet injuriatus in caſu prædicto non poſ- 3.
ſit agere actione injuriarũ pro vindicta, tamen poteſt agere actione L. Aquiliæ, ad ſatisfactionem damnorũ, *l. ſervus meus. ff. de injur.* ſecundum *Angel. in d. l. ſed ſi unius. §. ſi cum ante judicem. ff. de injur.* quod benè nota, quia de hoc fui ſæpè interrogatus.

LX. (34.)

Vt valeat emtio rei litigioſæ.

Summa.

1. *Res litigioſa alienari non poteſt;*
2. *putà ab ipſis litigantibus, non autem ab aliis.*

Debes ſcire, quod litigioſa efficitur res per libelli porrectionem & litis conteſtationem; ita, quod 1.
ſolet dici, quod non poteſt vendi, vel aliter alienari pendente lite, donec durat res litigioſa, ut habetur in *tot. tit. de litigioſis. ff. & C.* ſed tamen non efficitur

res vitioſa. Quia tale litigium non obeſt, niſi litigantibus tantùm, & non extraneis, ut eſt *gl. no. in l. 1. in Verſ. Non poterant. ff. de litigioſ.* Unde, ſi inter te & me contendatur de dominio alicujus rei; duo tertii, non litigantes, poterunt ſuper illa re contrahere: nec eis obſtabit vitium litigioſi. Et ideò ſis cautus, quando vis emere rem litigioſam, ut non emas eam à litigante de dicta re, ſed à quodam tertio, ſecundum *Angel.* qui ita notat *in Auth. de litigio. in princ.* quod eſt notandum.

LXI. (35.)

Pro Aſſeſſoribus ſive Conſiliariis Magiſtratuum, ne patiantur in ſententiâ condemnatoriâ ſui mentionem fieri.

vid. infr. 278.

Summa.

1. *Ex injuſtâ ſententiâ non modò Magiſtratus, ſed & Aſſeſſor tenetur;*
2. *ſi modò de conſilio ejus lata ſit.*

Quando fit proceſſus per dominum Poteſtatem, & fertur ſententia & dicitur *ſub examine judicis maleficiorum.* (Sicut communiter fiunt inquiſitio-
1 nes, & ſententiæ, quæ hodie formantur per Rectores terrarum, dicuntur fieri ita, ſicut per judices ipſos) hinc ſi injuſtitia facta fuerit, ita tenebitur judex maleficiorum ſicut Rector. Ita notabiliter notat *Angel. in Auth. de litigio. §. tamen. ad fin.* & per hoc allegat *text. in §. quoniam verò. in Auth. ut nulli judici. ubi d. Angel.* dicit per illum text. *quòd, ſi Poteſtates terrarum ferunt ſententiam iniquam de conſilio judicum in curiâ, quod quâ pœnâ tenetur Poteſtas,*

tas, tenentur & omnes alii judices. Et ideò ſint 2.
cauti judices aut aſſeſſores judicis maleficiorum & conſiliarii, quod nunquam in actis patiantur ſcribi, quod ſententia de eorum conſilio vel deliberatione lata fuerit: aliàs poſſent conveniri tempore ſyndicatus, & eam pœnam ſuſtinere, quam Rector & Poteſtas; ut dicit *Angel. in d. §. quoniam verò.* Et ſis cautus, ut etiam proteſteris, *quod tu non conſentis*, ne tacendo videaris conſentire, juxta ea, quæ habentur in *c. nomine. de præſumption.* & per *Br. & Dd. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim.*

LXII. (36.)

Pro eo, cui ſuggeſtione alterius ademta hæreditas vel legatum.

Summa.

1. *Blandis verbis permiſſum eſt inducere teſtatorem.*
2. *ſ qui autem dolo malo id agit, tenetur.*

Licet cum blandis verbis ſit permiſſum, inducere aliquem ad inſtituendum ipſum heredem, *arg. l. fin. C. ſi quis aliqu. teſtar. prohib.* tamen ſi aliquis per 1.
ſuas ſuggeſtiones operatur, ut teſtator relictum mihi adimat, vel quoniam volebat relinquere, & non reliquit, ſicut de facto ſæpè contingit in agnatis, qui teſtatori perſuadent, ut bona ſua, quæ pauperibus diſtribuendo reliquerat, relinquat eisdem: tenentur tunc actione de dolo vel in factum ſubſidiaria illis, quibus ademptum eſt, vel eorum ſollicitudine non relictum. *ff. de dol. except. l. 1.* Hoc tene menti; quia eſt caſus quotidianus: ita dicit *Angel. in d. l. fin. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib.* Ex quo tu ſumas cautelam, 2.
quod, ſi aliquis te inſtituit heredem, vel aliquid tibi reliquit, & alius per ſuggeſtionem vel ſollicitudinem, vel

vel importunitatem ad adimendum tibi relictum vel legatum, & ſibi relinquendum induxit teſtatorem; quod per actionem doli vel ſubſidiariam in factum poteris petere ea, quæ tibi in teſtamento relicta fuerunt. Facit. *l. 1. & quod ibi notatur. C. de petit. bonor ſublat. lib.* 10. quod benè nota; quia vidi ſemel de facto practicari.

LXIII. (37.)

Vt valeat ſtatutum, quod impedit appellationem.

Summa.

1. *Regulariter non valere ſtatutum, ne liceat appellare ab inferiore.*
2. *Exceptio, ſi accedat pactum juratum.*
3. *An illud pactum fiat in fraudem Superioris?*

Vidiſtis *in c. Venientes. extr. de jurejur.* quòd civitas, quæ recognoſcit Superiorem, vel alius Prin-
1. ceps inferior non poſſit facere ſtatutum, quod à ſuis ſententiis non poſſit appellari ad Superiorem; & habetur per *Br. & Dd. in l. omnes populi. ff. de juſtit. & jur.* Sed nunquid poſſit adhiberi aliqua cautela, quod tale ſtatutum valeat & ſervetur præcisè? dicitur quod ſic, hoc modo: Videlicet quod omnes cives & Prin-
2. ceps inferior promittant & jurent ſtatutum ſervare, prout jacet, & renuncient appellationibus interpoſitis & interponendis in quacunque alia forma, præterquam in forma à ſtatuto conceſſa. *ut C. de temp. app. l. fin. in fin.* Nam per pactum poteſt renunciari appellationi, & cauſa & ſcriptura principalis de neceſſitate ſopit inſtantiam appellationum. *arg. ff. de ſuſpect. tutor. l. poſt finitum.* Et ſic per ſtatutum vallatum
3. poteſt fieri plus, quàm per ſtatutum ſimpliciter. Et ſi dicatur

dicatur, *iſtud pactum ſit in fraudem Superioris.* Reſpondetur, quod Superior non debet aſpernari, ſi partes invicem componant. *ut ff nov. oper. nunt. l.* 1. *§. & poſt operis.* Nam & poſſunt partes compromittere in arbitrum, & remittere appellationem. *ut l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.* & vide *gl. in cap. veniens. de jurejur.* nec propter hoc dicitur derogari Superiori. Et ita à ſimili dicendum eſt in propoſito ad hoc. *C. de pac. l. poſtquam. & l.* 3. *C. de fid. inſtr. & l. tale pactum. §. qui procuraverit. ff. de pac.* Et iſtam cautelam ponit in effectu. *Bl. in d. c. venientes.* quam benè nota, qui habes condere vel reformare ſtatuta in civitatibus vel locis, recognoſcentibus Superiorem.

LXIV. (38.)

Vt ſpuriis vel illegitimè natis à parentibus aliquid relinqui poſſit.

Summa.

1. *Sedes hujus materiæ per Dd. remiſſivè.*
2. *An ſpurius obtineat hæreditatem, ſi legitimi hæredes eam jurejurando recuſarint?*
3. *Aff. ſub diſtinctione.*
4. *An, ſi ſpurius ſit inſtitutus & fideicommiſſo gravatus, fiat hæres, ſi fideicommiſſarius repudiet?*
5. *Aff. ſi fiat in favorem ſpurij.*
6. *quod in dubio non præſumitur.*
7. *An ſpurius ſit hæres, ſi pater juret, ſe illi tantundem debere?*
8. *Quando bene-merita liberorum præſumantur.*

9. *Dicta*

9. *Dicta inſtitutio ſpurij valet, ſi benè-merita ſpeciatim & juratò explicentur.*
10. *An valeat inſtitutio cum conditione, ut ſpurius ſit adminiſtrator hæreditatis, neq; teneatur ad reddendas rationes &c.*
11. Neg. *Ne ſub prætextu liciti committatur illicitum.*
12. *An ſpurius acquirat hæreditatem, ſi fideicommiſſarius hæres ei reſtituat?*
13. *Aff. modò id fiat ſine dolo malo.*
14. *Rogatus reſtituere cui velit, non poteſt niſi ex arbitrio boni viri.*
15. *Capiens ex judicio hæredis, quando videatur capere à defuncto?*
16. *ſ quid ſi ex judicio fideicommiſſarii?*
17. *Rogatus reſtituere hæreditatem ſpurio, ſi faciat, an ceſſet ſuſpicio fraudis?*
18. *Aff. ſi ſpurio alias veriſimiliter donaſſet.*
19. *An, ſi ſpurius fideicommiſſarius hæreditatem deferat fiſco, ipſe ſemiſſem lucretur?*
20. *Aff. ſi is ſit inſtitutus, cum quo pater habeat teſtamenti factionem.*
21. *Vt hæreditas indigno auferatur, requiritur, ut poſſit eſſe hæres.*
22. *An, ſi pater ſpurii ſocium univerſalem inſtituat, ea res ſpurio proſit?*
23. Neg. *Bartol.*
24. *Aff. Bald.*
25. *Diſt. Cæpoll.*
26. *An valeat inſtitutio ſpurii: Cùm capere poterit?*

27. *An pater ſpurio relinquere poſſit fundum pro alimentis?*
28. ¶ *an gravare inſtitutum, ut det ſpurio centum?*
29. *Licitum eſt ſpurio aliquid recipere ex cauſâ patris:*
30. ¶ *Modò ne manifeſta fraus appareat.*
31. *Si pater inſtituat Amicum anteà monitum de reſtituendo, an poſſit ſpurio reſtituere?*
32. ¶ *an ſit conjunctum cum diſpendio ſalutis?*
33. *Quid, ſi Amicus reſtituat non rogatus?*
34. *An ſpurius ſuccedat, ſi pater teſtamento conſenſerit de futurâ legitimatione.*
35. *Eadem ratio in rebellibus, ſi inſtituantur ſub conditione reſtitutionis.*

Nunc videamus de cautelis, quas multi conan- 1.
tur adhibere, ut per indirectum parentes filiis ſpuriis
vel aliis illegitimè natis hæreditatem vel aliud relin-
quere poſſint, ut habetur *per Bart. in l. ſi gener. ff. de
his, qui ut indign. & l. ſi is, qui duos. & ibi per Dd.
ff. de liber. legat. & per Dd. in l. in tempus. in princ.
ff. de hæred. inſtit.* & per Baldum *in l. 1. C. pro ſoc.* &
pleniſſimè per excellentiſſimum Doctorem Dn. *Lu-
dovic. de Sardis de Ferraria*, in quodam libello ſuo
*de naturalibus liberis & aliis illegitimè natis, ſeu de
legitimationibus, in ult. chart.* & multas per ordinem
collegit *Hubertus de Bobio.* Et prima eſt, ſi venien- 2.
tes ab inteſtato promiſerunt, & juraverunt ſpurio,
*non acceptare hæreditatem patris. C. de natural. lib.
l. 1.* Nam tunc ſpurius obtinebit hæreditatem, ſe-
cundum *Hubert.* ſed certè hoc non procedit ſecun-
dum *Ludovic.* quia, ſi venientes ab inteſtato non ac-
ceptarent

3. ceptarent hæreditatem applicatur fiſco, *ut d. l.* 1. Adverte tamen. Aut illa hæreditas ex voluntate & judicio patris eſt apud ſpurium; & tunc, ſi venientes ab inteſtato eam non acceptent, applicatur fiſco. Ita loquitur *l.* 1. aut ex voluntate & judicio patris nihil pervenit ad filium per ſe, vel per interpoſitam perſonam; tunc ſcripti hæredes vel venientes ab inteſtato poſſent mortuo patre relinquere, donare vel vendere ſpurio: quia hoc non reperitur prohibitum; nec eſt præſumptio fraudis, quia videtur potuiſſe de ſuo largiri. *arg. ff. de jure fiſc. l. cùm tacitum fideicommiſſum.* Et ita poteſt ſalvari, quod dicit *Hubert.* ſecundum *Ludovicum* præallegatum. Ego de hoc allego textum *cum gl.* notabilem *in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. fin. collat.* 6.

4. Secunda cautela circa idem eſt, ut inſtituas ſpurium, & roges eum, ut alii reſtituat: tunc ſi nolit ſibi reſtitui, remanebit hæreditas penes ſpurium, *ff. de legat.* 2. *l. cum ei. & ff. ſi quis aliqu. teſt. prohib. l.* 1. *§. Sed etſi legatum. ff. ad Trebell. l. cogi. §. qui ſolidum.* ſecundum *Hubertum:* & de hoc habetur *in l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* Sed *Ludovicus in d. ſuo tract. in fin.* dicit, quod hoc non putat eſſe verum. quia talis hæreditas eſt pro non ſcripta. *C. de hæred. inſtit. l.* 1. & ideò pertinet ad venientes ab inteſtato, ut ibi notatur, & *ff. de his, quæ pro non ſcript. hab. l.* 3. Sed tu dicas, quod ſi ille, cui debet fieri reſtitutio
5. per ſpurium, non vult acceptare reſtitutionem ipſius ſpurii, & hoc conſtat: tunc remanet apud ſpurium etiam legitima, quia tunc ſpurius intelligitur habere potius ab eo, quàm à teſtatore. *arg. l. ſi nuptum. §. final. ff. de fund. dot. & arg. l. profectitia. §. ſi prius. conjuncta. gl. ibi. ff. de jur. dot.* aut renunciat in favorem venientium ab inteſtato, & hoc conſtat; & tunc applicatur illis, & non ſpurio, eadem ratione; aut ſumus in dubio, cui debetur hæreditas, &
6. debetur venientibus ab inteſtato, ut notatur in *l.* 1. *C. de hæred.*

C. de hæred. inſtit. niſi ex conjunctione & amore perſonarum aliud dicendum ſit: videlicet, quia eſſet amicus ſpurii, & non venientium ab inteſtato; vel ſi eſſet major amicus, *arg. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. cum ibi notatis. ff. de Vulg. & pup. & l. ſi proprio. §. procurator ut in cæteris. ff. de procuratorib.* Et tunc etiam hoc modo intelligas cautelam præcedentem.

Tertia cautela ad idem eſt, quod pater juret, *ſe tantùm debere filio ſuo, & in illo eum hæredem inſtituat.* Nam tunc neceſſe habent hæredes ſervare voluntatẽ defuncti. ut *in auth. de jurejur. à mort. præſt. in princ. collat.* 5. *& ff. de leg. 2. l. cum quis decedens. §. codicilli. & l. cum pater. §. filiis matrem. eod. tit.* Non obſtat prædicta. *l. cum quis. §. Titia. & de procurat. l. qui teſtimonium.* Quia ibi non juraverat teſtator, ſecundum *Hubertum.* ſed hoc videtur eſſe dubium, ſecundum *Dn. Ludovicum*, quia propter ejus commodum prohibitus eſt filius ſuccedere ei: ergo videtur, quod nihil juramentum prodeſt, vel operetur. Facit ad id, quod allegatur: quia in dubio benè merita non præſumuntur. *ut l. ſi forte. & l. caſtrenſe. ff. de caſtrenſ. pecul. & not. gl. in l. ſi donatione. & ibi per Dd. in l. per diverſas. C. mand.* Niſi illa benè merita vel ſervitia fuiſſent expreſſa vel nominatâ in ſpecie, quia tunc præſumerentur ſecundum *Bald.* qui ita notat *in l. illud. in 4. qu. in fin. C. de SS. Eccleſ.* & allegat. *l. Aquil. Regul. ff. de donat.* Et idem ſentit ipſe *Bald. in l. ſi donatione. Verſ. Sed quid ſi pater*, & in *auth. unde ſi parens circa princ. C. de inoff. teſt.* Vel niſi eſſet facta mentio meritorum cum juramento. Nam etiam hæredes tunc cogerentur ſtare tali juramento; ut in *auth. quod obtinet. cum ibi nota. C. de probat.* ſecundum *Bald.* qui ita notat in *d. l. ſi donatione. Verſ. Sed ſi pater.* & dixi in tractatu meo *de contractib. ſimulatis. in 6. præſumptione.* Ex quibus videtur concludendum, quod, ſi teſtator inſtituat in aliquâ parte vel in toto, & dicat, *quod facit hoc propter*

7.

8.

9.

benè merita & ſervitia filij, quæ ab ipſo recepit, ſervitia ſpecificando & jurando, ita verum eſſe: quod talis inſtitutio valebit. Ergò licet præſumatur contra ipſum, quia filius eſt ſpurius, & incapax ſuccedendi patri regulariter; tamen iſta præſumptio videtur tolli propter ſpecificationem meritorum & juramentũ. Et ita hæres patris, vel veniens ab inteſtato non poterit contravenire, niſi probaret merita non præceſſiſſe: quod benè nota.

10. Quarta cautela ad idem eſt, quod pater inſtituat Regem Francorum vel alium ſimilem, & ejus filios, & nepotes, uſque in infinitum, ſub conditione, *ſi quis eorum perſonaliter veniat ad capiendã hæreditatẽ*, vel ſub aliâ conditione nõ veriſimiliter adimplẽda; & interim relinquat ſpuriũ, & ejus filios & nepotes uſq; in infinitum curatores, adminiſtratores & gubernatores dictæ hæreditatis, & *quod nõ poſſit peti ab eis ratio adminiſtrationis, nec cogi ad præſtandum fidejuſſorem; à quibus, redditione ſc. rationum & fidejuſſionum, eos liberet abſolvatq; expreſſè.* Vel inſtituat ſpurium, *cum capere poterit*, quæ inſtitutio valet. *ff. de hæred. inſtit. l. in tempus.* & interim relinquat eum curatorem, ut ſupra. Et ſi capere non poterit, ſubſtituat ejus filios

11. & nepotes. Sed certè hæc cautela non prodeſt; quia notoriè fraus deprehenditur ex eo, quod eſt liberatus à redditione rationum, & à præſtatione fidejuſſionum. Nam præſumitur id feciſſe ſanguinis affectione. *ff. de petit. hæred. l. Aurelius. §. Titius.* Et ſic illâ prohibitione factâ non poſſet adminiſtrare, ne ſub prætextu liciti committatur illicitum. *C. de SS. Eccleſ. l. ſub prætextu.* Item prohibetur adminiſtrare, ut hæres quocunque colore. Et ſic iſta cautela non prodeſt ſecundum *Dn. Ludovicum* prææallegatum; qui dicit, quod ita vidit conſultum per *Salicet. & Colleg. Bononienſ.*

12. Quinta cautela ad idem eſt, quòd pater inſtituat uxorem, vel aliam perſonam, & eam roget, *ut reſtituat*

ſtituat pro anima ſua, cui volet, vel cui ſibi videbitur. Nam poteſt illa reſtituere illi tertio, qui poteſt poſtea reſtituere ſpurio, & tunc filius obtinebit, ſeu retinere poterit. *ff. de legat. 3. in l pater filium. §. quidam.* Ita dicit *Bar. in l. fin. ff. de his, quæ ut ind.* tamen dicit, *hoc continere aliquid fraudis.* Quapropter dicit *Dn.* 13.
Ludovic. quod advertendum eſt, an ille inſtitutus reſtituat ſpurio, & tunc præſumitur fraus, maximè ſi omnia bona relinquat. *ut ff. de legat. 1. l. Lucius. § 1. & de his, quæ in fraud. credit. l. omnes. §. Lucius.* maximè poſt reſtitutionem factam ſpurio; quia eo reperto poſſidere bona patris, præſumitur fraus, quaſi per interpoſitam perſonam. *C. de natur. liber. l. 1. & 3. & in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. Et quoniam variè.* Quin immò rogatus reſtituere, *cui videbitur,* 14.
intelligitur rogatus *reſtituere arbitrio boni viri. ff. de fideicomm. libert. l. fideicommiſſaria libertas. & Gl. in Clem. ſæpè. in verb. defenſione. de verb. ſign.* & per *Bar. in extravag. ad reprimendum. ſuper verbo: videbitur.* ideò non poteſt eligere ſpurium; ut eſt *gl. in l. cum quidam. de legat. 2.* Nam ſpurius non po- 15.
teſt aliquid capere à defuncto, ut habetur in *auth. quibus mod. natur. effi. ſui. §. fin.* ſed capiens ex judicio hæredis, rogati hoc modo, videlicet, *cui ſibi videbitur* videtur capere à defuncto, ac ſi nominatim in primo teſtamento hæres ſcriptus eſſet. *arg. l. unū ex familia. §. ſi de Falcid. ff. de legat. 2.* Et idem dico eâ- 16.
dem ratione, ſi reſtituit tertio cum hoc, *quod ille reſtitueret, cui ſibi videbitur,* & ille poſtea reſtituet ſpurio. Et ita tenet *Bar. in uno conſilio, quod incipit. Graſſo de Spoleto.* ſecus ſi reſtituat tertio abſolutè, & ille poſtea tanquam rem ſuam donec vel relinquat ſpurio: quod ſolet fieri, & dixi ſupra in præcedenti cautelâ hujus materiæ.

Sexta cautela ad idem eſt, ſi pater inſtituat ali- 17.
quem, & illum roget, ut reſtituat ſpurio. Nam tunc fideicommiſſum eſt pro non ſcripto: ideò remanet

 apud

apud eum, à quo relinquitur. *ff. de jure fiſc. l. non intelligitur. in pr.* Et ſic ille hæres non tenetur reſtituere; tamen ſi velit reſtituere, poterit. *arg. inſtit. de fideicomm. hæred. in princ.* Videtur enim de ſuo largiri; & ſic ceſſat ſuſpicio fraudis. *arg. ff. de jure fiſc. l.*
18. *ita fides.* Et hoc quidam approbant. Sed *Dn. Ludovic. de Sard.* dicit, quod ſibi videtur in dubio præſumi, quod reſtituat non tanquam rem ſuam, ſed potius, ut impleat voluntatem defuncti; ut probatur *inſtit. de fideicomm. hæred. in pr.* niſi ex aliis conjecturis appareat, quod voluerit de ſuo largiri, puta, quia eſt talis perſona, cui etiam veriſimiliter donaſſet, quamvis non fuiſſet rogatus, & ipſe proteſtetur, quod vult de ſuo largiri. *arg. ff. de probat. l. Procula.* non tamen ſufficeret ſola proteſtatio. *arg. de legat.* 3. *l. cum quis. §. item. & de probat. l. quando teſtamentum.*
19. Septima cautela ad idem eſt, ſi pater inſtituat aliquem, & inſtitutus accommodat tacitam fidem de reſtituendo ſpurio: quia tunc poterit ſpurius deferre fiſco, & lucrabitur dimidiam hæreditatis, aliam dimidiam habebit fiſcus. *ff. de jure fiſc. l. edicto. in princ.*
20 *& §. ad hæredes. & l. ſenatus. §. ſenatus.* ſecundum *Hubert.* & ita videtur velle *gl. in l.* 1. *eod. tit.* Sed dicit præfatus *Ludov.* quod non arbitratur, hoc indiſtincte procedere. Aut enim eſt natus ex inceſto coitu, aut ex alio: primo caſu aut pater inſtituit ſuccedentes ab inteſtato, de quibus fit mentio in *l. ſi quis in teſtamento. C. de inceſt. nupt.* & tunc habet locum, quod dictum eſt, quia aufertur ab illo, accommodante tacitam fidem, tanquam indigno: aut inſtituit alios, quàm illos, de quibus hic habetur; & tunc, quia non habet teſtator cum eis teſtamenti factionem,
21. non aufertur ab eis tanquam indignis. Quia non poſſunt eſſe hæredes, quod requiritur *ff. de jure fiſc. l. ejus, qui delatorem. in fin.* eſt ergo pro non ſcripto: & ſic non applicatur fiſco adeoque non habet locum delatio. ut *eod. tit. l. ſi metallum.* Si verò ſit natus ex coitu

coitu alio, tunc habet locum, quod dictum eſt ſupra, ſecundum *Hubert.* Sed periculum eſt, ne ab alio præveniatur in deferendo, puta ab ipſo hærede tacitè rogato, vel ab alio quia tunc ſpurius nihil haberet, ut habetur *in l.1. in pr. eod.* & quamvis non præveniatur, tamen ei plenè non conſulitur, quia tunc non haberet, niſi dimidiam partem.

Octava cautela eſt, ſi contrahat ſpurius ſocietatem omnium bonorum cum aliquo, & pater illi ſocio mutuet magnæ pecuniæ quantitatem, & poſtea ei leget liberationem; tunc illa liberatio proficit ſpurio, quantum ad dimidiam illius quantitatis, *ff. de liber. leg l. ſi hu, qui duos.* ſecundum *Hubert.* & dixi *ibi.* Et idem eſt dicendum, ſi illum ſocium hæredem inſtituat. Nam tunc hæreditas acquiritur ſocietati. *ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem univerſorum.* Et ſi ſpurius habebit dimidiam. Et poteſt eſſe ratio, quia nec hæreditas, nec liberatio legata ſocio, quæritur ſocietati ipſo jure, ſed quæritur ſocio, & poſtea venit communicanda, tanquam ſit de bonis ipſius ſocii, ut probatur *in d. l. ſi ſocietatem. & per gl. eod. tit. l. 3. §. ſpecialiter.* ſpurius ergò his caſibus non capit de bonis teſtatoris, ſed de bonis ſocii, quod poteſt, ut eſt *gl. in auth. quib. mod. nat. eff. ſui. §. ult.* Et hanc cautelam dicit *Bar.* non eſſe bonam; quia apparet fraus; ſecundum ea, quæ not. *per Bar. & Dd. in l. poſt contractum. ff. de dolo.* & dicit *Ludovic.* quod præſumet fraudem in dubio, maximè, quia non poteſt dici, quod ſocius donet de ſuo proprio: quia cogitur communicare, ergò non donat. *ff. de re jud. l. donari.* Ideò potius dicitur acquiri filio per interpoſitam perſonam, mediante judicio teſtatoris, quod eſt prohibitum per prædicta. Ideoque cautela non videtur tuta, ſecundum eum. Sed *Bald. in l. 1. in 14. qu. C. pro ſocio.* tenet indiſtinctè prædictam cautelam, & dicit, eam eſſe bonam. Sed circa eam poſſet dici, quod conſideranda ſit perſona ſocii, per quem pater

22. 23. 24.

25. ſpurium reliquit. Quia ſi erat amicus patris, cui veriſimiliter etiam non exiſtente ſocietate cum filio, reliquiſſet; & tunc prædicta cautela ſit indiſtinctè vera: quia ceſſat omnis præſumptio ſuſpicionis. *arg. l. ſi plures. §. in arrogato. ff. de Vulg. & pupill.* Sed ſi nulla affinitas, conjunctio vel amicitia eſſet cum illo ſocio, tunc ego credo illam cautelam non ſufficere. Et tunc diceretur filius ſocius, acquirere ab ipſo patre potiùs per interpoſitam perſonam, quàm ab ipſo ſocio ſuo vigore ſocietatis; *per prædicta.*

26 Nona cautela eſt, quod pater inſtituat filium ſpurium, *cum capere poterit*: quæ inſtitutio valet, *ut ff. de hæred. inſtit. l. in tempus.* Et eſt *gl. in l. ſicut. ff. quib. mod. uſusfr. amittat.* Nam tunc, pendente conditione petat inſtitutus bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. *l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabb.* ſecundum *Bald. in fin. C. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* qui dicit, *ita multotiens ſe conſuluiſſe.* Sed ſecundum dictum *Ludovic.* tunc concedetur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas inſtituto, quando poteſt ab inteſtato ſuccedere; ut ibi dicit notabiliter, ut hîc.

27 Decima cautela eſt; quia de jure canonico poſſunt relinqui alimenta ſpuriis. *extra de eo, qui dux. in matrim. quam polluit per adult. c. cum haberet in fin.* quod relinquat pater filio ſuo ſpurio unum fundum, pro alimentis, & poſt mortem ſpurii relinquat ejus filiis & hæredibus illum fundum, ſecundum *Bar. in l. fin. ff. quibus ut indign.* quod dicit eſſe verum, niſi excedat magnam quantitatem reſpectu alimentorum, quia tunc præſumeretur fraus.

28. Undecima cautela eſt, ut pater inſtituat aliquem & gravet eum, ut det ſpurio centum. *ff. de jure fiſc. l. ſi ita fidei.* ſecundum *Dyn.* ſed *Bar.* dicit, hoc eſſe contra textum. *in l. quod conditiones. ff. de donat. cauſ. mort.* Nam illud non remanet apud ſpurium, ſed auſertur tanquam ab indigno, & applicatur fiſco. *ff. de condit.*

dit. & demonſtrat. l. hæres meus. ſed *Bald. in* *icium. qui. ff. pro ſoc.* recitat Richard. Malumbræ iere cum Dyno: & reſpondet, quòd, quamvis ſpus non poſſit aliquid habere ex re patris, tamen poſt aliquid habere propter rem patris. *ff. de pecul. l. tempore. in fin. & ff. de ædil. edict. l. cum autem. item ſi legatum. & de conjungend. cum emancip. lib.* *. §. tunc videamus.* Et dicit *d. Ludov.* quod hoc 29 atet eſſe verum: quia non videtur nec reperitur expreſsè prohibitum: ergò videtur eſſe conceſſum. *l. uod non. §. ſed quod eis ff. ex quib. cauſ. maj. & in c. ter corporalia. extra de translat. prælat.* & vide *gl. n Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. ult.* Nec obſtat. *quod conditiones:* quia ibi inſpicitur, ſi quid ad eum ervenerit directè vel indirectè; hic autem de eo, qui 30. ſt incapax, ratione delicti teſtatoris, non inſpicitur, an ad eum aliquid perveniat; ſed in injuriam teſtatoris ſufficit, quod bona ſua ad ſpurium non perveniant. Et hoc procedit, niſi manifeſta fraus appareat, ut, quia hæreditas valebat centum, & eum rogavit, ut tantundem redderet. Et ita poteſt intelligi *d. l. quod conditiones.*

Duodecima cautela ad idem eſt, quòd pater, ſi 31. habeat amicum, de quo confidat, eum inſtituat, ut nihil aliud dicat, ſcil. expreſsè; ſed inter ipſum & eum roget, ut filio reſtituat. Nam tunc poterit ille reſtituere ſpurio, quia non poterit probari, eum fuiſſe rogatum. Nec etiam fraus præſumitur; quia non apparet, quod fuerit rogatus tacitè vel expreſsè. Ideò videtur potius de ſuo largiri; nec eſt verum, ſi reperiatur bona patris poſſidere, quod præſumatur fraus, ut *l. 1. C. de natural. lib.* quia illud non procedit, niſi oſtenderetur, ipſum poſſidere interveniente judicio aut voluntate patris: ita poteſt intelligi *d. l. 1.* Sed 32. certè ſecundum *Dn. Ludovicum* hoc tendit ad interitum ſalutis externæ. Quia, quamvis probari non poſſet, tamen eſt fraus; & tàm rogans, quàm roga-

tus tenentur in animam ſuam, ad ſatisfaciendum venientibus ab inteſtato, quibus auferunt hæreditatem;
33. quæ eis de jure debebatur. Et ideò melius eſt, *ſecundum eum*, quod inſtituat illum amicum ſuum, & nihil aliud dicat: tunc ille poterit ſpurium inſtituere. Et hoc approbat *Speculator de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. Verſ. Sed quid ſi procur.* & eſt optima cautela ſecundum *Ludov.* qui dicit, quod raro inveniuntur amici, qui reſtituant non rogati.
34. Decima tertia cautela ad prædictum eſt, quod pater in teſtamento dicat, qualiter eſt contentus, quod filius ſuus etiam poſt mortem ſuam poſſit legitimari. Nam tunc propter conſenſum patris etiam eo mortuo filius poterit legitimari, & ſuccedere patri, etiam extantibus aliis liberis, ut notat *Bar. & ibi D. in l. Gallus. §. Et ſi quid. ff. de liber. & poſthum.* & poſtea dicat: *ego inſtituo filium meum ſpurium in toto, vel in parte*, prout voluerit, *cum capere poterit*.
35. Nam talis inſtitutio facta ſub tali conditione valet, ut eſt caſus *in l. in tempus. in princ. ff. de hæred. inſtit.* & hoc modo valebit inſtitutio, & filius etiam poſt mortem patris poterit facere ſe legitimari, & ſuccedet. Et eſt optima & tutiſſima cautela communiter pro his, qui habent filios, vel conjunctos rebelles, quos vellent hæredes inſtituere, ne fiſcus ſuccedat. Dicunt enim, *inſtituo talem, ſi & quando perveniat ad gratiam Domini*; quod benè eſt notandum.

LXV. (39.)

Vt excuſetur mandans homicidium committi.

Summa.

1. *An mandans excuſetur, ſi mandatarius delictum proprio motu commiſſum à ſe dicat?*

2. In

2. *In dubio præſumi contra mandantem.*
3. *An ficta matrimonij confeſſio excuſet?*

Vidimus quamplures caſus, in quibus quis poteſt liberari à morte. Hic adde unum alium. Nam ſi quis mandavit Titio, quod occideret Cajum, & interfecit; ſi Titius dicit, *quod hoc non fecit exequendo mandatum, ſed motu proprio; quia erat ſuus principalis & capitalis inimicus.* Quær. an ei credendũ ſit in excuſationem mandantis? Et multi Dd. movent hanc quæſtionem, *extra de homicid. cap. ad audient.* & non clarè reſpondent. Tu dic, quod eſt recurrendum ad conjecturas, & in dubio præſumitur contra mandantem, ut *l. ſæpè. ff. de verb. ſignif.* nec eſt bonum teſtimonium delinquentis, ut *l. fin C. de accuſ. Gl.* tamen dicit in ſimili caſu, quòd, ſi quis deprehendatur cum aliqua, & confiteatur, quod prius contraxerant matrimonium ad invicem, & ſe excuſant, pro veritate accipitur, ut eſt *gl. not. in l. penult. C. de fidejuſſ.* Sed immò credo, quòd inſpiciantur conjecturæ, & quòd ficta matrimonii confeſſio non excuſaret. *ff. de donat. l. donationes in concubinam.* Ita notabiliter dicit *Bal. in c. penult. in 5. columnn. in tit. de pact. juram. firm. in uſib. feud.* Ex quo ſumas cautelam, quod ſi aliquis accuſatur, quod mandaverit homicidium committi, ſi committens erat inimicus capitalis occiſi; ita quod veriſimiliter eum occidiſſet propter ſuam inimicitiam: quòd ipſe examinetur & deponat: ſi verum eſt, quod ipſum interfecit non propter mandatum, ſed propter inimicitiam propriam. Et mandans liberabitur: quod eſt benè notandum.

1. 2. 3.

LXVI. (40.)

Pro eo, qui mandato Domini delinquit.

Summa.

1. *Mandatarium in delictis mitiùs puniri.*

1. Nota, quòd, licet mandatum non excuſat in delictis in totum, tamen mitigari facit pœnam, quia ſi quis ex mandato domini aliquem interſecit; damnatur in metallum, & morti civili traditur, ubi ſine mandato morti naturali traderetur; ut eſt caſus in *l. ſervos. ff. ad L. Iul. de vi publ. fac. l. Gracchus. l. de adult.* Quod nota propter eum, qui mandato Tyranni aliquem occidit. Nam licet non excuſetur, pœna tamen mitigabitur; quia morti naturali non tradetur ſecundum *Bal & Salicet. in d. l. ſervos.* quod nota, ut ſcias adjuvare illos, qui interficiunt homines mandato dominorum ſuorum.

LXVII. (41.)

Vt valeat transactio in rebus judicatis.

Summa.

1. *Si transactio fiat de omnibus, tàm præſentibus, quā futuris, etiā intelligitur de rebus deciſis.*

1. Poteſt adhiberi modus & cautela tranſigendi & faciendi compromiſſum ſuper rebus judicatis, & ſic ſuper rebus deciſis, hoc modo, ſcil. ſi dicatur in transactione, vel compromiſſo, quod ſit compromiſſum vel transactum de omnibus præſentibus, & quæ in futurū oriri poſſent. Nam tū intelligitur ſuper omni eo eſſe, ſuper quo fuit arbitratum vel transactum: & hoc modo faciendo compromiſſum, transactio valebit ſuper rebus deciſis. Et ita notat *Angel. in l. 1. ff. de tranſact. & in l. eum. 11. §. ſed cum lis. eod. tit.* niſi lex prohibeat fieri transactionem. Nam tunc nil operabitur fingere lites, ut *in d. §. ſed cum lis.* & ibi hoc notat *Angel.* & de hoc etiam dic, ut ibi per *Dd. & in c. expoſita. de arbitris.*

LXVIII.

LXVIII. (42.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Transactio ſuper re judicatâ juramento confirmatur.*

Secundo modo poteſt fieri compromiſſum ſuper re deciſa etiam in transactione, ſi compromittentes vel tranſigentes jurent, *ſtare omni eo, quod arbitratum erit per arbitratores*, *vel transactum* ſecundum *Bar. & Dd. in l. ſi quis major. C. de transact.* & hoc operatur veritas juramenti, quod debet ſervari, ſi poſſit ſine interitu ſalutis æternæ, ut habetur in *cap. cum contingat. extr. de jurejur.* 1.

LXIX. (43.)

Ad evitandam pœnam ſtupri.

Summa.

1. *Qui jurant de conjugio contracto, ut ſtupratores non puniuntur.*

Aliquando contingit, quòd duo, ſcil. maſculus & fœmina conjurguntur in actu carnali, qui non erant conjuges, ſed eſſe poterant, & accuſantur de ſtupro, vel judex procedit contra ipſos. Cautela eſt, ſi volunt evitare condemnationem, quòd jurent, quod ante coitum clam ad invicem contraxerunt. Et propter hoc evitabunt condemnationem, ut eſt *gl. not. in l. pen. C. de fidejuſſ. & ibi Dd.* & per *Bal. in l. un. C. de confeſſ.* 1.

LXX.

LXX. (44.)

Ut rectè formentur interrogatoria.

Summa.

1. *Teſti de credulitate probam rationem alleganti creditur.*
2. *Examinatores teſtium quid obſervent.*
3. *quid Autores interrogationum.*

1. Tu ſcis, quod ſi teſtis deponat per verbum *credo*, licet regulariter non probet, ut habetur in *c. cum cauſam. extra de teſtib. & l. teſtium. C. eod.* tamen ſi teſtis ſubjungit rationem concludentem, neceſſariò probat. Unde teſtis interrogatus ſuper mutuo, ſi dixit, *credo quod mutuavit*, quomodo ſcis? reſpondit teſtis; *quia præſens fui, & vidi numerari, vel mutuare*, valet ejus dictum, quia attenditur ratio, quæ limitat dictum, *ut l. quod dictum. ff. de pact.* & habetur in *l. ſolam. C. de teſtib.* Et ita tenet *Bal. in l. conventiculum. C. de Epiſc. & Cler. & in l. data opera. C. qui accuſar. non poſſ.* 2. Et ideò tu, qui es examinator pro amico tuo, ſcil. actore, & vides teſtem productum per partem adverſam, & interrogatur per collegam tuum examinatorem: ſi teſtis deponat per verbum *credo*, quod examinator, contra quem teſtis producitur, dicat: *non curo, quod fiat alia interrogatio, quia ſatis benè deponit.* Nam tale teſtimonium non valebit, quia deponit ſolus de credulitate. 3. Et ideò etiam ſis cautus, quando producis interrogatoria tua, ut dicas in rubrica interrogationum, *ſi teſtes examinati dicant, ſe nihil ſcire, vel credere, ita eſſe, ut in capitulis continetur; non fient aliæ interrogationes, ſeu non interrogentur ulterius.* Nam hoc caſu non debebit interrogari amplius teſtis, qui depoſuit, *ſe nihil ſcire vel credere ita eſſe*, quia interrogationes ſolent fieri

fieri ad inſtantiam illius, contra quem teſtes examinantur, ut habetur *in d. c. cum cauſam.* & *in c. per tuas. de teſtib.* quod benè nota.

LXXI. (45.)

Ut liceat ab executione ſententiæ appellare.

Summa.

1. *A pronunciatione de exequendo poteſt appellari.*
2. *Quid in executione judici obſervandum?*

Nota, quod licet ab executione ſententiæ, quæ eſt facti, non poſſit appellari, ut in *l. ab executore. in princ. ff. de app.* & *l. ab executione. C. quo appell. non recip.* & *2. q. 7. §. Sunt quor. Ver. ab executore.* & habetur *in c. novit. de appell.* tamen à pronunciatione de exequendo appellari poteſt, ut eſt *gl. in d. l. ab executore. in pr.* & *ibi not. per Dd.* Et ideò ex his ſumitur in practica cautela quòd, quando ſentētia eſt lata pro te, quæ tranſivit in rem judicatam, quòd realiter ipſam exequi facias ſine aliquâ pronunciatione, hoc modo. Videlicet quià judex dicat, quod *exequendo ſententiam concedit victori familiam & miniſtros ſuos ad capiendum debitorem, vel pignora, vel ad mittendum vincentem in poſſeſſionem bonorum.* Ita dicit *Angel. de Peruſ.* infinitis vicibus ſe procuràſſe, *in d. l. ab executione.* quia tunc ſecundum omnes non poterit appellari, & idem etiam tenuit *Angel. de Aretio, in d. l. ab executore. in pr.* quod benè nota. 1. 2.

LXXII. (45)

Ejuſdem argumenti.

Summa

Summa.

1. *An ab ipsâ executione poßit appellari?*
2. *Aff. Si judex exceptionem non admittat.*
3. *ampliatur, etiamſi ſtatuto à pronunciatione appellare non liceat.*
4. *Qui exceptionem rejicit, modum excedit.*

1. Regulare eſt, quòd ab executione ſententiæ non poteſt appellari, ut dixi in præcedenti cautela. Quæritur: nunquid ſit aliqua cautela, propter quam poſſet appellari, quando judex eſt cautus, quia non vult pronunciare, ſed ſimpliciter exequitur ſententiam, ut dictum eſt in cautela præcedenti? Dicas, quod ſic.
2. Nam tu, qui es advocatus rei, & vis appellare, debes oponere tuam exceptionem; & ſi, eâ non obſtante, exequatur, poteris ex hoc capite appellare. Quia judex debuit audire exceptionem in executione, & eâ non obſtante pronunciare *ſententiam exequendam eſſe:* aliàs diceretur excedere modum. Et ſic poſſes
3. appellare per *d. l. ab executione.* Immò dico plus, ſecundum *Angel. in d. l. ab executione.* quod ſi ex formâ ſtatuti non poſſit appellari à pronunciatione in exequendo (ut eſt Peruſii) Cautela eſt, quod tu Advocatus rei, ſi vis appellare, opponas ſecundum *Angel. in d. l. ab executione.* aliquam exceptionem ad impediendam executivam; & ſi judex pronunciabit *ſententiam exequendam*; appelles ex hoc capite. Quia rejiciendo tuas exceptiones modum exce-
4. dit in exequendo. Nam judex rejiciens exceptionem, quam non debet rejicere, modum excedit, ut dicit *gl. in d. l. ab executione. in verb. excedat. & verb. articulo.* Et ideò hoc caſu non eſt prohibita appellatio ab exceſſu, ut dicit *l. ab executione.* & dixi in præcedenti cautela: quod eſt ſingulariter notandum.

LXXIII.

LXXIII. (47.)

Pro judice à quo, ut cohibeat frivolè appellantem.

Summa.

1. *Appellatio videtur deſerta, ſi appellans horâ præfinitâ apoſtolos non petierit;*
2. *ſ aut ſi conſtituto tempore iter ingreſſus non fuerit ad proſequendum;*
3. *ſ vel ſi ſe non exhibuerit judici ad quem;*
4. *ſ vel ſi apoſtolos eidem non obtulerit.*
5. *ſ quid ſi intra certum tempus judicem à quo non docuerit appellationis proſecutionem factam.*
6. *Judex à quo poteſt exequi ſententiam, ſi appellans intra aſſignatum terminum non oſtenderit exhibitionem apoſtolorum peractam.*
7. *Si appellans intra terminum non proſecutus fuerit appellationem, an judex à quo poſſit ſententiam exequi?*
8. *Terminus finiendæ appellationis à judice inferiori conſtitui nequit.*
9. *Judex à quo tùm demũ dictos terminos aſſignabit, ſi appellationi deferat.*
10. *Si quis præſtituto tempore ad audiendam ſententiam non compareat, an poterit appellare?*
11. *Simplicem juſſum judicis exactè obſervandum.*

Situ

1. Si tu vis illaqueare appellantem cauſa differendi judicium, tu judex potes uti multis cautelis. Prima cautela eſt, quod, ſi appellans comparet infra terminum juris, & petat apoſtolos in debita forma: reſpondeas & dicas, *ego non poſſum tibi nunc tradere, venias die ultima termini in tali hora* puta 18. Nam tunc, ſi non venit & comparet appellans illa hora, coràm dicto judice à quo, pro dictis apoſtolis; appellatio erit deſerta, nec excuſabitur, ſive ante comparuit, ſive poſt. ut *in Clem. quamvis de appellat.* & ita ſingulariter dicit *Dn. Matthæus de Matthaſilanis in ſuis Notabilibus in notabili* 22. quod incipit, Nota practicam, quâ uti poteſt judex.

2. Secunda cautela ad idem eſt, quod judex aſſignet à ſe appellanti terminum competentem, infra quem appellans iter arripiat cauſa proſequendi appellationem. Nam ſi eo elapſo non incepit iter arripere, appellatio erit deſerta, ut eſt caſus *in c. pervenit. 2. de appell. & in c. cum cauſam. extr. de re judic.* & idem notat. per *Dd. in c. perſonas. & in c. ex inſinuatione. de appell.* & vide notata per Dn. *Matthæum in 22. Notabil.* & etiam notatur per omnes *Doctores Legiſtas. in l. præſes. C. de appell.*

3. Tertia cautela ad idem eſt, quod judex à quo aſſignet certum terminum competentem, infra quem appellans teneatur ſe præſentare judici ad quem: quod ſi non fecerit, appellatio erit deſerta, ut eſt caſus *in c. perſonas. de appell.* & ibi notatur per *Dd.* & ſimiliter notatur per *Dd. in d. c. ex inſinuatione. eod. tit. & d. l. Præſes. C. de appellationib.*

4. Quarta cautela ad idem eſt, quod judex, à quo eſt appellatum, aſſignet & præfigat terminum appellanti; infra quem præſentet apoſtolos judici ad quem: quod ſi non fecerit, appellatio habebitur pro deſerta, ut probatur per *text. & gl.* & ibi habetur per *Dd. in l. Præſes. C. de appell.* & ita etiam tenet *Dn. Matthæus de Matthaſil. in dict. ſuo 22. notabili.*

Quinta

Quinta cautela ad idem eſt, quòd judex à quo 5.
aſſignet certum terminum competentẽ, infra quem appellans debeat facere fidem judici à quo, quòd ſe præſentaverit judici ad quem, infra terminum ſibi ſtatutum; ut dictum eſt in præcedenti: quod ſi appellans non fecerit, *ſecundũ communem & verã opinionem* appellatio quidẽ non erit deſerta; quia non reperitur jure cautum: ſed tamen iſta aſſignatio ter- 6.
mini habebit iſtum effectum, quòd judex à quo poterit ſuam ſententiam exequi, nec unquam retractabitur executio, niſi demum lata ſententia in cauſa appellationis, ſi judicatum fuerit, *benè appellatum & malè judicatum.* Ita ſingulariter dicit *Dn. Fred. de Senis in conſilio ſuo XXII.* quod omninò vide. Et idem tenent *Dd. in c. perſonas. & in c. ex inſinuatione. de app.* Et ita tenet *Dn. Ludov. de Roma in ſuo* 61. *ſingulari*; quod perpetuò nota; & itã aliquando vidi ſervari in facto.

Sexta cautela ad idem eſt, quòd per judicem à 7.
quo præfigatur terminus competens ad proſequendam appellationem: quo elapſo ſi non fuerit proſecutus, rata manet ſententia; & judex à quo poterit eam executioni mandare, nec retractari poterit, ut eſt caſus in *c. cum ſit Romana. de appell. & in c. cum cauſam. extr. de re judic. & c. ex inſinuatione. de appell. & in l. Præſes. C. de app. & per Ludov. in ſuo* 70. *ſingulari. & per Matthæum in ſuo* 22. *notab.* Et intellige proſecutionem appellationis, non finiendæ, (quia 8.
talis terminus non poteſt aſſignari per judicem à quo, *ut in d. c. ex inſinuatione.* & notat *Gl. ordin. in d. c. cum ſit Romana.*) Sed intellige de termino appellationis proſequendæ vel inchoandæ, ut eſt caſus, qui ita debet intelligi *in d. c. cum ſit Romana. & in d. c. cum cauſa.* Et intellige omnes prædictas cautelas, 9.
quando judex à quo detulit appellationi. Aliàs autem ſi non detuliſſet, ſed incepiſſet procedere poſt appellationem interpoſitam; non poſſet aſſignare

tibi aliquem de prædictis terminis, ut ſingulariter notat *Innocent. in cap. fin. de appell.* & tenet etiam *Dn. Ludov. de Roma in ſub 165. ſingulari*, & habetur *per Dd. in d. c. cum ſit Romana.*

10. Septima cautela ad idem eſt, quòd ille, qui credit ſententiam habere pro ſe, faciat, quod judex admoneat partem, ut compareat in tali termino ad audiendum ſententiam. Quia ſi non comparebit in termino, & feratur ſententia, ille admonitus per ju-
11. dicem non poterit appellare. Et eſt ratio, quia ſimplex juſſus vel admonitio judicis habet vim peremptorii, & conſtituit juſſum in verâ contumaciâ, adeò, quòd non poterit poſteà appellare, ſi non comparuerit; ut eſt *Gl. notabilis. in l. 2. C. quomodo & quando judex.* quæ ita vult per illum *text.* & ibi hoc notat ſingulariter *Angel.* quod perpetuò tene menti. quia ſervit multùm in practicâ.

LXXIV. (46.)

Ut valeat præſcriptio cum malâ fide.

Summa.

1. *Si cautum ſtatuto, ut præſcriptiones habeant vim contractus, mala fides non nocet.*

Vidimus *in c. fin. de præſcript.* quòd poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit. Et iſtud debet obſervari etiam in foro civili ſecundum veram opi-
1. nionem, ut ibi dixi. Sed cautela eſt ſecundum *Bald.* ad hoc, ut laicus aliquis poſſit præſcribere etiam cum malâ fide; & quòd omnes præſcriptiones ſint licitæ, quòd fiat ſtatutum in civitate generale, quod omnia ſtatuta loquentia de præſcriptionibus habeant vim contractus & conſenſus utriusque partis. Ibi non poteſt dici, quod ſit propriè mala fides, *ff. de reg. jur. l. non fraudantur.* & facit *l. condemnationis. C. de tranſact.*

tranſact. & probabiliter anima ſalvatur, uti bonum publicum, & voluntas civium obſervatur. Et *hoc conſilium eſt de ingenio meo*, ita dicit *Bald. in d. c. fin. de præſcript. ubi vide.*

LXXV. (47.)

Ne privilegia conceſſa facilè revocentur.

Summa.

1. *Principes ſæpenumero privilegia revocare.*
2. *Per generalem revocationem illa revocata non cenſeri, quæ ſtatutis inſerta ſint.*

Domini & Principes ſæpenumero concedunt privilegia immunitatis & exemptionis alicui benè merito de republica, & proceſſu temporis per legem generalem caſſant & annullant omnia privilegia exemptionis per eos conceſſa. Cautela eſt, quòd non poſſit revocari: videlicet, quòd faciat inſeri in libro ſtatutorum civitatis, quando ei conceditur hoc privilegium, & hoc debet inſeri, quando reformantur ſtatuta; vel ſi non reformantur, dicetur, *& hoc privilegium addatur ſtatutis civitatis vel noſtris, & pro ſtatuto etiam intelligatur.* Nam hoc caſu quantumcunque Dominus vel Princeps caſſaret omnia privilegia, tum nunquam de iſto intelligetur in ſtatutis inſerto, niſi de eo fieret expreſſa mentio. Iſtud notat. per *Gl. in Auth. quâ in provinciâ. l. ubi de crim. agi oport.* & ibi hoc tenet *Dn. Paulus de Caſtro*, quod benè nota.

(margin: 1. beside first line; 2. beside "ſtatutorum civitatis" line)

LXXVI. (48.)

Ut teneatur conductor de caſu fortuito.

Summa.

1. *Quibus caſibus conductor penſionem ſolvere non cogatur.*
2. *Si tamen omni legitimo auxilio renuntiaverit, tenetur.*

1. Regulariter ſimplex conductor non tenetur tempore guerræ ſolvere penſionem, ſi non poteſt percipere fructus, ut *l. item quæritur. §. exercitu. ff. locat.* Idem, quando non poteſt percipere propter aliquam tempeſtatem, *ut l. ſi merces. §. vis major. eod. tit. & l. ex conducto. §. 1.* Idẽ, quando ex alia cauſa ſimili percipere non poteſt propter ſterilitatem, *ut l. ſi uno. in princ. ff. & c. propter ſterilitatem. extr. de locat.* Sed de libellario dubium eſt. Sed veritas eſt, quod non tenetur, ut notatur per *Dd. in l. 1. C. de jur. em-*
2. *phyt. & in d. c. propter ſterilitatem.* Sed cautela eſt, quod in omnibus dictis caſibus teneatur indiſtinctè tàm conductor, quàm libellarius ad ſolvendum penſionem, ſi in inſtrumento locationis renunciatum eſt per conductorem vel libellarium, ſeu emphyteutam exceptioni doli mali, condictioni ſine cauſa & omni auxilio, quo conductor vel libellarius ſe tueri poſſit à præſtatione fructus. Nam tunc tenetur ad ſolutionem mercedis, etiam ſi guerra ſuperveniat poſt locationem, ſecundum *Alberic. de Roſat.* qui dicit, ſe ita obtinuiſſe coram collegio Bergamen. ut ipſe notat in *d. l. item quæritur. §. exercitu.* & ita dicit in Lombardia ſervari, quod benè nota.

LXXVII. (49.)

Ne peremtâ inſtantiâ neceſſum ſit, omnes terminos denuò repetere.

Summa

Summa.

1. *Jure civili intra quantum tempus lis terminanda.*
2. *quid ergò attendendum, ſi tempus lapſum ſit?*
3. *Peremtâ inſtantiâ quomodo impenſæ minuantur?*

Licet de jure canonico inſtantia cauſæ principalis nunquam pereat, ut *in c.ult.extr. de judic.* tamen de jure civili in cauſis civilibus perit triennio, in criminalibus biennio, ita quòd nec etiam de conſenſu partium poteſt aliquo modo prorogari, ut eſt caſus *in l. properandum. in princ. & ibi nota.C. de judic.* in tantum, quòd peremptâ inſtantiâ pereunt omnia acta, uſque ad litem conteſtatam, & multa, quæ fiunt poſt litem conteſtatam; ut habetur plenè per *Bart. in l. cum lite mortua. ff. judicat. ſolv.* & notatur in *d. l. properandum. in princ.* & ſic eſt neceſſe, incipere de novo proceſſum, ut dictis juribus habetur. Sed tu addè hanc cautelam, quod partes ſibi promittant ad invicem per ſolennem ſtipulationem, & etiam per juramentum, *quòd ſi triennium laberetur antequam cauſa expediretur, quod unico contextu actor & reus teneantur producere libellum, reſponſiones & replicationes, & omnia acta de novo,* ſecundum *l. quæ omnia. cum ibi notat. per Gl. & Dd. ff. de procurat.* Nam tunc licet inſtantia dicatur perempta jure, nullus tamen in expenſis condemnabitur; ſed proceditur in judicio de novo. Et, ſi dicatur: *iſta cautela non providet, ut inſtantia non pereat*: iſtud eſt fatendum; tamen providet ſecundum intentionem partium; ſcil. propter expenſas, & ne de novo habeant facere ſingula acta de tempore in tempus; ſicut acta fuerunt in prima inſtantia, quod benè nota, quia ita ſæpè practicavi. 1. 2. 3.

LXXXVIII. (50.)

Ne is, qui poſitionibus non reſpondet, habeatur pro confeſſo.

vid. infr. 244.

Summa.

1. *Quid JCtus reſpondere debeat, ſi quæratur de ſententiâ definitivâ?*
2. *quid, ſi quæratur, Quid juris?*
3. *JCtus juxta tenorem commiſſionis reſpondeat.*
4. *Quæſtio, Quid juris, eſt generalis & continet omnes articulos.*

1. Ille, qui non reſpondet poſitionibus, regulariter habetur pro confeſſo: tamen requiritur ſententia ſuper hoc. *ut in c. 2. de confeſſ. lib. 6. & l. 2. §. quod ſi actor. C. de juram. calumn.* Aliquis non reſpondit poſitionibus; Eſtne aliqua cautela, quod ipſe non ſuccumbat? dicas, quòd quidam Advocatus adhibuit hanc cautelam; nam clientulus ſuus debebat haberi pro confeſſo, quia non reſpondit poſitionibus. Nam fecit cauſam committi conſilio Sapientis ſub formâ: *quæ eſſent partes judicis in definiendo?* & quia non erat pronunciatum, *quod poſitiones haberentur pro confeſſatis*; non potuit conſultor conſulere ſuper ejus poſitionibus, tanquam confeſſatis. Et ſic ſtetit actor abſque probatione, ex formâ commiſſionis,
2. cùm nihil nocuerit reo, quod non reſpondiſſet. Et ideò tu Advocate alterius partis eſto cautus, ne tuus clientulus circumveniatur in forma puncti, quando tranſmittitur ad conſulendum. Dicas ergò, *quod judex commiſit, quid juris? non, quid definiendum ſit ex agitatis vel actitatis*. Et ideò dicit *Bernard.* notabiliter

liter *in c. unic. de litis conteſt.* quia quando dimittitur cauſa definienda, intelligitur de definitivâ. *arg. l. penult. §. biduum. cum Gl. ff. quand. appellan. ſit.* Unde, cum vigore commiſſionis debeat conſultor 3
judicare tantùm ſuper cauſa principali, & ſic definitivè, & non ſuper causâ interlocutoriâ : ſequitur, quòd cùm non ſit pronunciatum interlocutoriè *poſitiones pro confeſſatis haberi*: quòd nec iſte, cui cauſa eſt commiſſa, judicare vel conſulere poterit. Sed quando cauſa committitur, *quid juris?* intelligitur eſſe commiſſum, ut ſuper omnibus conſilium reddatur. Nam quæſtio generalis eſt, omnia capitula complectens. *l. ejus, qui in provinciâ. ff. ſi cert. pet.* Unde ſi com- 4
mittatur alicui quæſtio conſulenda per iſtum modum, *quid juris?* niſi ſuper omnibus conſilium reddatur, non videtur conſiliũ reddidiſſe. *arg. ff. de arbitr. l. quod tamen.* ut dicit notabiliter *Bald. in c. 1. in princ. in tit. de controverſ. inveſt. in uſib. feud.* & notatur per *Angel. in l. quærebatur. in princ. ff. de teſtam. militar.* & *l. ſi fundum. §. Stichum. ff. de legat.* 1. dixi in *c. 1. de feud. cog.* Et ideò quando in caſu propoſito cauſa committitur decidenda, vel conſulenda, *quid juris?* intelligitur, ut ſuper omnibus articulis pronunciet, vel conſulat: & ſic, cùm reperiat, partem fuiſſe contumacem in reſpondendo poſitionibus, debet ſuper hoc conſulere tanquam ſuper causâ principali, & ſic illum habeat pro confeſſo condemnandum. Quod benè nota, ut ſcias practicare, quia erit utile tàm pro actore, quàm pro reo.

LXXIX. (51.)

Ut invitus quis domo extrahatur.

Summa.

1. *Citatus à judice ſub pœnâ, manere domi non poteſt.*

2. *Contemtor Magiſtratus de domo poteſt extrahi.*

3. *Exceptio, ſi procuratorem mittat, aut mulctam ſolvat.*

4. *Qui perſonaliter citatur, per procuratorem comparere nequit.*

Regula eſt, quòd nemo poteſt invitus de domo extrahi: quia domus cuique tutiſſimum refugium, ut eſt dictum in *l. pleriq;. cum l. ſequenti. ff. de in jus*
1. *voc. & l. nemo. de reg. jur.* Sed cautela eſt, quod judex præceptum faciat debitori meo, qui ſtat in domo, & non vult exire, quod compareat coram ipſo ſub pœnâ quinque vel decem librarum applicandarum fiſco. nam ſi compareat, poterit capi extra domum; ſi noluerit comparere; judex condemnet illum in pœna illa fiſco applicanda; quam pœnam ſi non ſolvit, poteſt capi etiam in domo. Quia pro criminalibus quis poteſt capi & extrahi de domo. *l.*
2. *nemo carcere. C. de exact. trib. lib.*10. Nam condemnatus fiſco propter contemtum mandati dicitur condemnatus criminaliter, juxta ea, quæ habentur *in l.*3. *§.*1.*ff. de ſepulch. violat.* Item condemnatus ſimpliciter, etiam poteſt incarcerari; & qui eſt condemnatus fiſco, poteſt extrahi de domo: & quando erit poſitus in carcere, poterit ibi pro delicto alio recondemnari, ſecundum ea, quæ habentur per *Ludovic. in l.* 2. *ff. de cuſtod. reor.* & in ſuâ *diſputatione*, quæ incipit *Lupus captus.* Et iſtam cautelam in effectum ponit *Bar. in l. ſacrilegij. §. fin. ff. ad L. Jul.*
3. *pecul.* Sed circa dictam cautelam poteſt adhiberi duplex remedium. Primum eſt, quòd ſi eſt citatus, mittat procuratorem, vel nuncium. Quia, quando quis eſt citatus, regulariter poteſt comparere per ſe, vel per procuratorem, juxta not. per *l. fin. C. de procur.* Aliud remedium eſt, quod ſi nullo modo comparuit, quòd

quod ipſe potius ſolvat condemnationem, vel mulctam, quàm patiatur ſe detineri: ut habetur per *Ludovic. de Roma. in l. 4. §. Prætor. ff. de damn. infect.* Sed contra primum remedium poſſit adhiberi cautela per judicem; videlicet, quòd citet eum, ut perſonaliter compareat, & non per procuratorem. Quia 4.
vult loqui ſecum, &c. Nam hoc caſu mittendo procuratorem non excuſaretur. Facit quòd habetur in *c. cum dilecta. in verſ. perſonaliter. extr. de reſcript, & in c. fin. §. is autem, extr. de offic. deleg.*

LXXX. (52.)

Ne filii ex delicto patris priventur ſucceſſione.

Summa.

1. *Si pater remittat uſumfructum, liberi eo privari nequeunt.*

Propter delictum patris etiam aliquando privatur filius ſuâ poſſeſſione, & non agnatus: de quo habetur in *l. adoptivum. ff. de in jus voc. & in l. 2. C. de libert. & eor. liber.* & in *c. penult. in tit. ſi vaſall. feud. priv. cui deferatur.* Sed circa hoc hodie poteſt adhiberi cautela, quando proprietas ſpectat ad 1.
filium, & ad patrem uſusfructus, & pater renunciet uſufructui, dicit *Angel. in d. l. adoptivum.* quòd hoc remedium pervenit in quodam patre, qui calore iracundiæ motus occidit filium, habentem patrimonium maternum, unde ei non poterat ſuccedere; & ſimiliter filii ejus videbantur ſecluſi à ſucceſſione, ne patri acquirant. Unde alii attingentes ex latere materno dicebant, *hæreditatem ad ſe ſpectare*: Pater renunciavit uſufructui, & alii fratres obtinuerunt.

LXXXI. (53.)

Ne quis teneatur de falſo, quando falſis inſtrumentis vel teſtibus fuit uſus.

Summa.

1. *Interrogationes in jure quare fiant?*
2. *Nemo tenetur propriam turpitudinẽ allegare.*
3. *Reſponſiones cautè peragendas.*
4. *Quando præſtet agere per procuratorem.*

Communiter in cauſis publicatis atteſtationum;
1. ſolent fieri interrogationes partibus, *ſi volunt uti, literis, & atteſtationibus, & inſtrumentis ſeu probationibus pro veris & legalibus.* Ad hæc, ſi dixerint, *quòd ſic*, & reperiatur falſitas: puniri poſſunt de falſo, & cauſam amittent, non quia falſum fecerint, ſed quia falſo uſi ſunt. Sed pono, quòd quis produxit inſtrumenta bonâ fide, quæ credebat eſſe vera, poſtea pervenit ad ejus notitiam, quòd ſunt falſa; vel fecit examinare teſtes ſuos; quos cognovit publicatis atteſtationibus falſum dixiſſe: Quæ cautela eſt, ut producens non puniatur falſo pro uſu dictorum teſtium? Secundum *Bald.* notatur *C. ſi ex falſ. inſtrum. in l.*
2. *fin.* quòd aut interrogatur pars producens, *ſi vult uti dictis atteſtationib⁹, & inſtrumẽtis probationũ pro bonis & legalibus*, aut non; & tunc non punitur; quia illud non eſt uti, ſed uſum eſſe, quando aderat bona fides. Sed ſi interrogatur, ut dixi: Cautela eſt, quòd reſpondeat ita, quòd nõ poſſit comprehẽdi ex verbis, quòd reputet inſtrumenta, vel teſtes falſos. Quia eſſet diffamare ſe & alium, & ponere ſe & alium in periculo. Nam in talibus multum eſt periculoſa ſuſpicio judicis, ut *l. ſi adverſarius. C. de fid. inſtrum. &*
3. *l. jubemus. C. de probat.* Debet ergò hoc modo cautus reſpondere: *quia non reputo mihi hos teſtes, hoc inſtrumentum neceſſarios vel neceſſarium; ideò de illis*

teſtibus

teſtibus vel illo inſtrumento non curo, & uſui cedo, ut dicit *Bald. in d. l. fin.* Nam ſi interrogatus diceret ſimpliciter, *ſe nolle uti inſtrumento vel teſtibus*, videretur fateri illud falſum, niſi proteſtaretur, quod eo modo non vult uti ex eo, quod ſit falſum, ſed ex aliâ causâ; ut notat *Bald. in d. l. ſi adverſarius. C. de fid. inſtrum.* Et conſulo, quod talia potius facias per procuratorem generalem, quàm per teipſum, juxta *notata in l. furti. §. qui alium. ff. de his, qui not. infam.* Et de generali procuratore cum libera intelligas; quod aliàs procurator generalis non poſſet cedere teſtibus & inſtrumentis, ſicut non poſſet cedere liti. 3.

LXXXII. (53.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Reſponſio interrogationi ſit conformis & clara.*
2. *Quæ ratihabitio non valeat.*
3. *Juramentum individuum.*

Poſſet adhiberi alia cautela circa prædicta ſecundum quosdam: Videlicet, quòd in reſponſione dicatur, *quòd uti intendit teſtibus, atteſtationibus & inſtrumentis pro veris bonis & legalibus, ſi & in quantum de jure ſint, & non aliter nec alio modo*, & ſic dicatur, *quòd vult uti in illis paſſibus & punctis, qui ſunt in ejus favorem, nec aliter.* Sed iſta cautela procederet, ſi opponeretur à parte. Sed tu dic, quòd per alteram partem poſſet opponi, *quod nec ſit ſufficienter reſponſum:* quia reſponſio debet eſſe conformis petitioni ſeu interrogationi. *ut l. 1. §. cum adjicit. ff. de verb. oblig.* ſed interrogatio fuit ſimplex, non autem reſponſio: non ergò &c. Item quia iſta reſponſio non eſt clara: non enim redditur adverſarius, vel judex certus. Ergò reſponſio non ſufficit. 1.

2. ſufficit; quia paria ſunt non reſpondere, & non clarè reſpondere, *ut l. de atate. §. nihil. ff. de interr. act.* Sicut dicimus de procuratore, quod ſi dominus promittit, *habere ratum, quicquid erit factum legitimè per procuratorem*, non valet. Item, quia juramentum eſt individuum, ut notat *Bald. in c. 1. §. cum autem. in tit. de controv. inveſt.* unde interrogatus ſuper depoſitione teſtium videtur interrogatus ſuper juramento, quod eſt principale, & à quo dependent depoſitiones; & ideò non poteſt pro parte adaptari, & pro parte non. juxta notata per *Bart. in l. Aurelius. in §. Idem inſuper quaſit. ff. de liber. legat.* & hoc in effectu voluit *Bald.* in quodam ſuo *conſilio*, quod incipit, *In Chriſti nomine Amen. Decreto cavetur, quod poſt publicationem teſtium &c.*

3.

LXXXIII. (54.)

Ut inſtrumentum etiam peregrè fidem faciat.

Summa.

1. *Inſtrumentum inſinuatum non facilè in dubium vocari.*
2. *quantò pluribus munitum ſit ſigillis, tantò eſſe validius.*
3. *Magiſtratus loci quomodo ſuper inſtrumentis atteſtetur.*

Si aliquis habeat contrahere cum aliquo forenſi, & eſſet neceſſe producere illud inſtrumentum in partibus longinquis; quia eſſet quaſi impoſſibilis literarum comparatio propter loci diſtantiam, ſi in-
1. ſtrumentum impugnetur; Cautela eſt, quòd fiat inſtrumentum, & inſinuetur de partium voluntate. Nam hoc facto fides inſtrumenti non poterit in dubium

bium revocari; ut probatur in *Auth. de fid. inſtrum. §. ſi Verò nihil. Verſ. inſinuet. & ibi Gl. quæ incipit, quaſi dicat. ſi dubium eſt de fide chartæ. & ibi* hoc notat *Angel.* ſed iſta cautela non videtur ſufficiens, quando inſtrumentum defertur ad partes longinquas. Nam ſicut negatur inſtrumentum, ita poſſit negari & conſenſus partium. Et ideò melior cautela eſt, quòd tu, qui celebras contractum cum aliquo forenſi & cive, & inſtrumentum debeat mitti ad partes extraneas; facias dictum inſtrumentum ſcribi per tabellionem publicum, & ſubſcribere per tres tabelliones honeſtos, & ſignare eorum ſignis, ad hoc, ut non negari poſſit inſtrumentum etiam manu Notarii; ut probatur per *Gl.* notat. *in Auth. de tabellione in §. Nos autem. in Gl. quæ incipit, caVe tibi in fine.* quæ dicit, *quantò ſigna ſunt plura in chartis, tantò meliora ſunt inſtrumenta,* ut in *§. oportet. in Auth. de fid. inſtr.* De hoc etiam notat *Ang. in §. 1. de tabell.* 2.
Solet etiam adhiberi communis alia cautela; videlicet, quòd in fine inſtrumenti, vel etiam in alio inſtrumento Officialis loci, in quo eſt ſcriptum inſtrumentum, ſicut eſt Prætor, faciat ſcribere literas de legalitate Notarii dicendo: *Notum ſit omnibus, quòd Notarius, qui ſcribit tale inſtrumentum* (ponendo principium & finem) *eſt bonus, Verus & legalis Notarius, & quòd ejus inſtrumentis adhibeatur bona & plena fides:* & apponatur ipſius Officialis ſigillum, juxta notata *in c. 1.* & 2. & *c. inter dilectos extr. de fid. inſtr.* 3.

LXXXIV. (55.)

Ne damnum ſentiat, qui in ludo perdidit.

Summa.

1. *Victus in ludo impunè victori poteſt aliquid ſurripere.*

2. 2 *neque actione pœnali aut judicio rei perſecutorio tenetur.*

Si aliquis ſcholaris, vel alius per ludum amiſit pecuniam, libros, vel alia bona, juxta ea, quæ habentur in *Auth. alearum uſus. C. de relig. & ſumpt. fun. & de aleat. & in tot. tit. ff. de aleat.* ad hoc, ut poſſit recuperare illud, quod perdidit in ludo, vel tantun-
1. dem; Cautela eſt utilis, quod ille, qui perdidit, iterum vadat ad ludendum cum illo, qui vicit, & ſurripiat, ſi poteſt, etiam furto illud, quod perdidit, vel pecuniam, vel aliquid de bonis vincentis, dum eſt in ludo; & iſto modo ſibi ſatisfaciet propriâ auctoritate, & erit ſecurus. Quia non poterit conveniri ab illo, cui ſurripuit; quia non competit ſibi actio, ut eſt *textus in l. fin. in princ.* & ibi hoc notat *Raynerius & Dn. Florianus. ff. de aleat.* qui hoc dicunt per illum textum. Rayneri. ita conſuluit cuidam ſcholari ſuo, & dum poſteà eſſet accuſatus de furto, ipſum de-
2. fendit ita, quod fuit abſolutus. Et adde & intellige, quòd talis ſurripiens in ludo rem non tenetur, nedum actione pœnali, ſed nec judicio rei perſecutorio. Quia illud judicium de aleatoribus loquitur ſimpliciter, & intelligitur tàm de judicio pœnali, quàm rei perſecutorio. Et ita intelligit illum textum *Io. Andr. in c. ubi periculum. in penult. columm. de elect. in 6.* Et ideò per hoc concludo, quòd ille, qui ſurripit in ludo, ut dictum eſt, quando perdidit, non ſolùm non poterit conveniri actione pœnali de furto, ſed neque ad reſtitutionem rerum furto ſubtractarum: quod tene menti perpetuò.

LXXXV. (56.)

Conceſſio vel privilegium immunitatis ut valeat.

Summa

Summa.

1. *Beneficia Principum per importunitatem præſumuntur extorta.*
2. *Unde juvat, clauſulis ſalutaribus illa ſpecialiter muniri.*

Multi ſæpenumero & maximè milites impetrant à Principibus vel Dominis, quòd non teneantur ſolvere onera vel præſtationes: & ſimpliciter ea impetratio eſt nulla ipſo jure, ut eſt caſus notabilis *in l. Vacuatis. C. de decur. lib.* 10. ubi Imperator vult, quod 1.
conceſſiones factæ etiam per Imperatorem non valeant: & præſumuntur eſſe factæ potiùs per importunitatem, quàm quòd Imperator ita voluerit; per textum notabilem *in l.* 1. *C. de petit. bon. ſublat. lib.* 10. ubi habetur, quòd ſi aliquis impetrat bona alicujus rebellis, non valet impetratio & conceſſio. Sed cau- 2.
tela eſt, ut ſimiles impetrationes valeant, quòd dicatur in privilegio & conceſſione exemptionum in ſpecie, *non obſtante d. l. Vacuatis. C. de decur.* & in ſecundo caſu, videlicet, in impetratione bonorum rebellium dicatur *non obſtante. l.* 1. *C. de petit. bonor. ſublat.* Quia tunc benè valerent dictæ conceſſiones; ut notat *Bar. in d. l.* Et eſt ſingulariter notandum contra ſimiles impetrantes vel impetrationes: & vide in ſequentib. cautel. 92.

LXXXVI. (57.)

Quando contumacia procuratoris noceat Domino.

Summa.

1. *Quid ſit contumacia?*
2. *Procurator quando non comparet, an & quando domino noceat?*

3. Procu-

3. *Procuratorem negligentem qui conſtituit, eſt in culpa.*
4. *Miſſio ex primo decreto datur etiam contra abſentem ex probabili causâ.*
5. *Communes concluſiones, quando contumacia Procuratoris noceat.*
6. *Quæ res modici præjudicii, quæ non.*
7. *An ex contumacia procuratoris fiat miſſio ex primo decreto contra dominum?*
8. *Indefenſus quis dicatur.*
9. *An in iis, quæ ſunt majoris præjudicii, Procuratoris contumacia noceat domino.*
10. *Ubi vera domini contumacia requiritur, procuratoris contumacia non nocet domino.*
11. *An, ſi procurator deſeruit cauſam, dominus condemnetur in expenſas?*
12. *In mandato generali non contineri delicta.*
13. *Circa contumaciam procuratoris diſtinguendum inter expenſas victoriæ & contumaciæ.*
14. *An procurator non appellando intra decendium præjudicet domino?*
15. *ꝯ an, ſi peremptoriè citatus non compareat?*
16. *An ex contumacia procuratoris miſſio ex ſecundo decreto fiat contra dominum?*

Franciſcus de Capitibus Liſtæ, juriſconſultorum Princeps & Monarcha juris, ſequentem decidit quæſtionem. Iſte articulus, *utrum contumacia procuratoris noceat domino*, eſt continuè in uſu, & à nemine declaratus, & propterea dicatis breviter ſic. Quòd
1. primò videndum eſt, *quæ ſit contumacia procuratoris, & quæ*

& quæ Domini? ſuper quæ pulchrè loquitur *Bart. n l. cum filius. §. in hac. ff. de Verb. oblig.* dicatis erò, quòd *contumacia eſt aliquid non facere*, & ideò *ontumacia* dicitur *illius, cui facere erat principaliter njunctum:* & ideò, ſi dominus citatus mittat procuratorem, qui non comparet, contumacia dicitur domini, & non procuratoris; & dominus, qui habebat omparere, non excuſatur mittendo procuratorem; llegat *text. in l. ſi procuratorem. §. procuratores. ff. mandat.* ut *Bart.* notat *in d. §. in hac. & l. non diſtinguemus. §. penult. ff. de arbitr.* Quod eſt verum, i procurator non comparet primâ vice; ſed ſi comparet primâ vice & litem ſuſcipit; ſi poſteà non comparet, dicitur contumacia procuratoris; ut notat *Bar. in d. §. in hac.* Quod tamen dixi, *ſi dominus citatur, & mittit procuratorem, qui non comparet, dicitur contumacia domini, & non procuratoris*; fallit 2 in quatuor caſibus: Primò, quando caſus fortuitus contingit in perſonam procuratoris, propter quem non potuit comparere, *ut l. cùm à matribus. C. qui pet. tut. poſſ.* Secundò fallit, quando in perſonam procuratoris non contingit caſus fortuitus, contingit tamen aliud impedimentum, cum de jure communi excuſans; ſecus ſi ſit impedimentum, excuſans eum de jure ſpeciali, ut declarat *Bart. in d. §. in hac.* Tertiò fallit ſecundum Dominum meum, ubi requiritur dolus domini; ut in miſſione in poſſeſſionem ex ſecundo decreto in perſonalibus; ut *l. Fulcinius. §. quid ſi latitare. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Nam 3 conſtituere procuratorem, qui non comparet, eſt culpa; ut *l. eum qui rem. in fin. ff. commod. & l. cum plures. §. ſervum. ff. locat.* ideò ex contumacia procuratoris non fiet miſſio contra dominum. Iſta tamen non eſt prop[illegible] fallentia, ut videtis. Quia utrumque verum eſt dicere, quòd eſt contumacia domini & procuratoris, licet non ſit talis, propter quam fit miſſio ex ſecundo decreto. Fallit quartò & ultimò, quando

quando fuit procurator talis conſtitutus à domino, qui communi opinione reputatur idoneus. Nam hoc caſu dominus conſtituens liberatur à culpâ, ut *l.*
4. *argentum. in fin. ff. commod.* Hæc tamen conſtitutio non ſufficeret in materia, in quâ proceditur etiam contra carentem culpâ; ut in miſſione ex primo decreto, quæ fit etiam contra abſentem ex probabili cauſa; ut notatur *in l. ignorare. C. de reſtit. milit.*

Sequens articulus eſt, *utrum contumacia procuratoris noceat domino?* in quo articulo *Bart.* plenius locutus eſt in *l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis jus dic. non*
5. *obtemp.* Iſtæ ſunt concluſiones ejus; &, non veræ. Quando non factum procuratoris primâ facie non ſonat in delictum; ut *non appellare à ſententia contra dominum lata*, vel *non producere quosdam teſtes.* fortè enim ita facere expediebat, ut *in l. 1. in fin. quando appell. ſit neceſſ. ff.* Iſtud non-factum ſive contumacia præjudicat domino. Si verò non factum procuratoris ſonet in delictum, ut *non comparere ad ju-*
6. *dicis mandatum* tunc, ſi agitur de his, quæ ſunt modici præjudicii, *ut mittere in poſſeſſionem ex primo decreto*, contumacia procuratoris nocet domino. Caſus eſt in *hac l.* quæ ita communiter intelligitur. Si verò agatur de his, quæ ſunt magni præjudicii, ut eſt *miſſio ex ſecundo decreto* procuratoris contumacia non nocet domino; ut *l. hoc amplius. §. fin. ff. de damn. infect. & l. ſi cum uſufructuario. ff. ſi ex noxal.*
7. *cauſ. agatur.* Hoc ultimum fallit, niſi dominus ſciens procuratorem hoc non feciſſe, non purgavit ejus moram. *l. 2. C. de exact. milit. annon. lib. 12.* Et ita intellexit *Bart. l. non ſolum. in princ. ff. de procurat.* Nam tunc nocet domino propria contumacia in non purgando, non autem contumacia procuratoris. Hæ ſunt concluſiones communes, cum quibus communiter tranſeunt ignorantes, & non veræ. Et primò falſa eſt illa concluſio, ſecundum Dominum meum, qui vult, *quod ex contumacia procuratoris fit*

miſſio

miſſio ex primo decreto contra dominum, & ſemper allegatur iſte textus, ubi eſt caſus ad literam in contrarium. Qui textus non vult, quòd ex ſola contumacia procuratoris fiat miſſio, ſed dicit, quòd poſt contumaciam procuratoris judex debeat deliberare, an debeat mittere ex primo decreto, & conſiderare, an dominus ſit indefenſus: quaſi ſentiat, quòd ſola contumacia procuratoris non faciat dominum videri indefenſum. Is enim dicitur indefenſus, pro quo voca- 8.
tis generaliter amicis & conjunctis nemo comparet; *ut l. item ait Prætor. §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. maj. & l. hoc autem. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* & notat *Gloſſ. in l. 2. eod. tit.* Item non eſt ſecunda 9.
concluſio vera, quæ dicit, *quòd in his, quæ ſunt gravis præjudicii, procuratoris contumacia non nocet domino.* pro hoc allego vobis caſum *in c. ſuborta. extr. de re judic.* ubi propter contumaciam procuratoris fertur ſententia definitiva contra dominum, quæ eſt magni præjudicii. *Angel.* qui cognovit dicta *Bart.* non eſſe vera; dedit aliam doctrinam. Nec diſtinguit, an contumacia ſonet in delictum vel non: Nec inter ea, quæ ſunt magni vel parvi præjudicii: ſed prima ejus concluſio eſt iſta, quam *Bald.* ſequitur. *Ubi requiri-* 10.
tur vera domini contumacia (hoc eſt dicere, dolus domini) *contumacia procuratoris non nocet domino.* Ideò ex contumacia procuratoris dominus nec mulctatur, nec excluditur à beneficio appellandi. In hoc tamen ultimo, de beneficio appellandi *Bart.* idem tenet aliâ ratione; quia beneficium appellandi eſt magni præjudicii. Secunda concluſio *Angel. Ubi ſufficit ficta contumacia domini, contumacia procuratoris nocet domino:* quia contumacia procuratoris eſt ficta contumacia domini. Ex hac concluſione ſequuntur infinitæ illationes in practica. Prima eſt, quòd ſi 11.
procurator deſeruerit cauſam, condemnabitur dominus in expenſis ex contumaciâ procuratoris. Hoc etiam tenet *Innocent. in c. 1. ut lite non conteſtatâ.*

Bart. verò *in l.* 1. *§. ſi procurator. ad fin. ff. ſi quis jus dic.* videtur contrarium dicere, dicens, *quod, ſicut ex procuratoris contumacia dominus non mulctatur, ut l.* 1. *§. ſi procurator.* ita *nec damnatur in expenſis vel intereſſe:* quia illa duo à pari procedunt, *ut d. §. ſi procurator. & §. ſequent.* Item, ſicut in mandato
12. generali negotiorum non continetur delictum, ut *l. ſi procurator. ff. de condict. indeb. & l. ſi pater. ff. de his, quæ in fraud. cred.* ita nec in mandato unius cauſæ intelligitur mandata contumacia in aliquâ ejus parte. ſubdit tamen *Bart. ibi* ſingulariter, quòd in hoc caſu condemnatur dominus per viam excipiendi, *quia poterit ſibi denegari audientia, donec ſolvat expenſas:* & delictum procuratoris faciliùs nocet, ut cauſet exceptionem contra dominum, quàm actionem. Dominus meus in hoc articulo allegando dixit: *diſtinguendum inter expenſas ratione victoriæ & ratione contu-*
13. *maciæ.* Si quærimus de expenſis ratione victoriæ, contumacia procuratoris nocet domino, ſi dedit ſpeciale mandatum ad cauſam; aliàs, ſi contumacia non noceret, ſententia lata contra procuratorem diceretur lata contra geſtorem, ſine mandato, & non præjudicaret domino, niſi ratum haberet, *l.* 3. *§. ſtipulationem ff. judic. ſolv.* quod eſt falſum, ut *in d. c. ſuborta.* in expenſis verò, quæ veniunt ratione contumaciæ, *Rapha.* ſequitur *Bart.* quòd contumacia procuratoris non nocet domino per ſuas rationes. Secunda illatio etiam ſequitur ex ipſo dicto *Angel.* quia concordat cum *Bart.* in articulo illo, *quòd procurator*
14. *non appellando infra decem dies præjudicat Domino:* moventur tamen diverſis rationibus. *Bart.* ideo, quia non appellare non ſonat in delictum. *Angel.* verò hoc ideò, quia in non appellando non requiritur vera domini contumacia. Advertatur tamen, quòd eſt una *Gloſſa*, quam non allegant, multum ſingularis. *in l.* 1. *in fin. ff. quand. appell. ſit.* quæ dicit, *quòd ita demum procurator non appellando præjudicet domino,*
ſi eſt

ſi eſt ſolvendo, & ſolet allegari illa *Gloſſa* per modernos *in Auth. hodie. C. de appell.* Item ſequitur ex dictis *Angel.* quòd *ſi procurator rei citatus peremptoriè, non comparet, & condemnatur; talis citatio nocet domino*; quia in peremptoria non requiritur vera domini contumacia, ſed ſufficiunt tres denunciationes; *ut l. peremptorium. ff. de judic. & l. tres denunciationes. C. quomodo & quando judex.* & hoc ſatis probatur *in d.c. ſuborta.* Contrarium tenet *Bart.* in hoc, dum vult, quòd in his, quæ ſunt magni præjudicii, contumacia procuratoris non nocet domino. *Raphael* concordat iſtas opiniones per diſtinctionem, *an procurator ſit ſolvendo, an non*? ut dixi in proximo articulo. 15.

16. Ultimò ſequitur ex dictis *Angel.* quod in interpoſitione ſecundi decreti facienda in reali, in qua ſufficit ficta contumacia domini, ut *l. ſi finita. §. ſi fortè. ff. de damn. infect.* ex contumacia procuratoris fiet miſſio ex ſecundo contra dominum. Et hoc caſu *Bart.* malè loquitur, qui tenuit indiſtinctè, quòd nulla miſſio ex ſecundo decreto fiat contra dominum, ex contumacia procuratoris. Sed debet *Bart.* ſalvari in miſſione in poſſeſſionem, quæ fit ex ſecundo decreto ſuper perſonalibus, quæ requirit dolum domini & latitationes, ut *l. Fulcinius. §. quid latitare. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.*

LXXXVII. (58.)

Quando legatum pro non ſcripto habeatur, quando ſit caducum vel quaſi.

Summa.

1. *Quando excludantur hæredes legatarii.*
2. *Homo mortuus non eſt homo.*
3. *Quod eſt in conditione, non eſt in obligatione.*

Pro non-ſcripto legatum eſt, quando teſtator reliquit alicui, qui erat mortuus tempore teſtamenti ſive legati; *quaſi caducum* eſt, quando legatarius vel hæres vivebat tempore teſtamenti vel legati, ſed mortuus eſt vivo teſtatore. *Caducum* legatum vel inſtitutio eſt, quando legatarius vel hæres mortuus eſt poſt teſtatorem pendente conditione legati vel
1. inſtitutionis. Et his caſibus debet venire portio iſtorũ primò ad ſubſtitutum ſpecialiter eis datum; ſecundò in conjunctum ſive hæredem aut collegatarium, *l. un. §. & cum triplici. C. de caduc. tollend.* Ratio primæ deciſionis eſt, quia ſi relinquatur mortuo, relinqui-
2. tur ei, qui non poteſt capere, quia homo mortuus non eſt homo. *l. ſervo manumiſſo. & gl. ff. de condict. indeb.* inde nec hæres ipſius mortui poterit habere, poſtquam non habuit fundamentum perſona prædeceſſoris ſui. Ratio ſecundi, ſcil. quaſi caduci eſt, quia legatum non capit vires, niſi poſt mortem teſtatoris, *l. à Titio ff. de furt.* Ratio tertii dicti eſt,
3. quia, poſtquam mortuus eſt pendente conditione, & ſic antequam purificetur conditio, debet annihilari legatum, ſive inſtitutio. quia quod eſt in conditione, non eſt in obligatione, neque diſpoſitione. *l. cedere diem. ff. de verb. ſign.* & *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.*

LXXXVIII. (59.)

Pro appellato, ſi appellans intra decem dies non appellaverit.

vid. infra 231.

Summa.

1. *Si poſt decendium quis appellaverit, appellatio non valet.*
2. *An idem ſit dicere, infra decem dies appellatum*

latum non eſſe, & poſt decem dies appellatum eſſe.

3. *An negatio onus probandi in adverſarium transfundat?*

4. *Quid appellanti incumbat probare?*

Quando eſt lata ſententia, regulariter, ſi gravat, 1.
appellandum eſt infra decem dies, ſive ſit definitiva, ut *in Auth. hodie. C. de appell. & in c. quod ad conſultationem. in fin. extr. de re judic. & in c. cum dilecti. de Elect.* cum ſimilibus; ſive ſit interlocutoria, ut eſt *textus cum gl. in c. ſignificaverunt. extr. de teſtib.* Et ideò, ſi aliquis appellaret poſt decem dies, non teneret appellatio. *ut dictis juribus.* Sed dubium eſt, quid ſi eſſet appellatum poſt decem dies, qualiter debet opponi per appellatum, quod non ſit 2.
appellatum debito tempore? dic quod cautela eſt ſecundum *Ioan. Andr. in c. Romana. §. ſi verò. de appell. lib. 6.* quem ſequitur ibi *Dn. Dominicus*, videlicet, quod appellatus dicat, *nego appellatum infra decem dies*, & non dicat, *appellatum fuiſſe poſt decem dies.* Et hæc cautela utilis eſt propter duo. Primò quia non ſequitur: *ſi appellavit poſt decem dies, ergò non prius*: quia potuit prius appellare. *extr. de teſtib. c. cum tamen.* ſecundò; quia utile eſt propter negativam, quia negando transfundit in eum onus probandi. *ff. de probat. l. eum qui dicit.* ſed *Dn. Domi-* 3.
nicus ibi dicit, *quòd iſta ſecunda ratio ibi non eſt bona*; quia negativa non ſemper transfundit onus probandi in adverſarium, ut notat *Innocent in c. ſuper his. de accuſat. & not. in cap. 1. de confeſſ. lib. 6.* Nam ſcire debes, quòd quando quæritur, an quis appellaverit congruo loco & tempore, vel apoſtolos petierit, 4.
vel ſimilia fecerit; tunc ſine dubio ille, qui appellat, debet probare, ut *l. litigatoribus. & l. eos, qui. in princ. & l. penult. C. de appell.* & notat *Specul. in tit. de*

citatione. §. ſequitur videre. juxta princ. & de appell §. qualiter autem appell. ver. & advertas. & ita dicit etiam *Archi. 22. q. 1. c. quamvis. ad fin.* & adde quod dixit idem *Archi. 50. diſt. c. ſi quis.* præſumitur tamen temporis ſolennitas, videlicet quod infra decem dies fuerit interpoſita appellatio, ut ſecundum *Bald. in Auth. hodiè. C. de appell. & Ludov. de Roma. in l. ſciendum. in 22. column. ff. de verb. oblig.*

LXXXIX. (60.)

Pro eo, qui ſolvit debitum ex mutuo nemine præſente, ſi ei deferatur juramentum.

Summa.

1. *Mutuo clàm contracto & reſtituto, an mutuarius licitè juret ſe accepiſſe?*
2. *Qui jurat ſe mutuò accepiſſe, etiamſi addat, ſe reddidiſſe, ei non creditur.*
3. *Juramentum valet, quod fit juris conſervandi cauſa.*
4. *In propoſito caſu rectè mutuarium jurare, an debeat, &c.*
5. *aut*, ſi mihi mutuâſti, tibi reſtitui.
6. *aut*, Non mutuâſti mihi aliquid, propter quod ſum tibi obligatus.
7. *Juramentum non attenditur in eo, ſuper quo delatum non eſt.*
8. *quo ſenſu individuum.*
9. *Quare præſtet, confiteri mutuum, ſi quis reſtituerit; quàm negare?*

Si

Si mutuavi tibi centum in camera, nullo præſente, & etiam reſtituiſti mihi ſimiliter nemine præſente; & poſteà peto à te iſta centum, & volo ſtare juramento tuo; vel tibi unam facio poſitionem, quod tibi centum mutuavi, an licitè & securè poſſis jurare? 1.
Et videtur quod non. Nam ſi tu juras, *quod tibi mutuavi*, compelleris ad reſtituendum, etiam ſi diceres, 2.
ſed ego tibi reſtitui: quia non creditur tibi ſuper reſtitutione; prout notat. per *Cyn. & Doct. in l. 2. C. de donat. ante nupt. & per Bart. ſingulariter in l. Aurelius. §. idem quæſit. ff. de liber. legat.* & per *Bald. in l. unica. de confiſſ. & per D. Anthon. in c. ex parte Decani. extr. de reſcript.* ſi tu juras, *quòd non mutuavi*, juras falſum. *Gl. in c. cupientes in verb. malignantium. de elect. lib. 6.* Facit, quòd poſſis jurare, ex quo 3.
in veritate non intendis præjudicium alterius; etiam, quia tu habes jus in principali cauſa; & quia liberas animam fratris à peccato. Quia, ſi bis ſolveres, ille illicitè retineret, ut in *reg. bona fides. de reg. jur. in 6.* In contrarium facit, quòd potius debeas omnia mala pati: quàm malo conſentire, *extr. quod met. cauſ. in c. ſacris.* Item juramentum principaliter præſtatur Deo, cui non eſt mentiendum, ut notat *Petr. de Anchor. in d. c. cupientes. in princ.* & vide per eundem *Doct. in Repetitione in reg. ea, quæ. de reg. jur. in 6.* Sed *Dn. Io. de Imol. in d. c. cupientes.* dicit, quòd fortè poſſet dici, quòd ille non tenetur tali poſitioni re- 4.
ſpondere, *ſc. ut juret, anne mutuaverit*; ſed ſolum debeat jurare, *an debeat vel debitor ſit*: cum hoc ſuadere debeat æquitas judicantis, ut calumniis & malitiis obvietur. *arg. l. in fundo. ff. de rei vindic.* facit *l. ubicunq;. ff. de interrogat. act.* Poſſet etiam fortè 5.
ſecundum eum jurare: *juro, quòd ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui*, & ſic non fateretur purè intentionem actoris, ita, ut ex illa poſſet ſe fundare, ſicut dicitur de opponendo exceptionem, ut *in reg. exceptionem. de regulis jur. in 6.* facit quod notatur *in l. ſiquidem. C.*

 de except.

6. *de except. & in c. cum Venerabilis. extr. eod. tit.* Dicit etiam ibi *Io. de Imol.* quòd ſi judex arctaret te ad reſpondendum purè ſuper poſitione mutui, vel juramento delato, poſſes dicere: *juro, quòd non mutuâſti mihi aliquid, propter quod ſum tibi obligatus,* & tunc dicit verum, & repellit cavillationem adverſarii. Et vide, quod notat *Archi.* 4. *q.* 1. *c. nullus.* & ita in effectu vult *Dominicus de ſancto Geminiano in d. c. cupientes. de elect. lib.* 6. Quod nota ſingulariter, quia
7. quotidie poteſt contingere. Et benè advertat reus, quia, ſi defertur juramentum ſimpliciter; ſi recepit centum mutuo, quòd non reſpondeat, *habui, ſed tibi reſtitui.* quia reſponderet ultrà delationem ſibi factam. Nam juramentum non fuit ſibi delatum ſuper reſtitutione; ergò juramentum in parte illâ non attenditur. *arg. l.* 3. *§.* 1. *ff. de jurejur.* cum ſimilibus; licet quidam dicant, quòd hoc caſu debet in totum ſtari juramento vel ſacramento, vel in totum non ſtari; cum juramentum ſit indiviſibile. & quia, ſicut potuiſſet negare totum, & non negavit, præſumi-
8. tur, quòd in omnibus veritatem dixerit. Nam hæc opinio non eſt vera per *d. l.* 3. *§.* 1. & licet juramentum dicatur indiviſibile; verum eſt ſuper una re tantùm, & de eodem tempore, ſed ſuper diverſis rebus, factis vel temporibus ſecus; ut hic, & maximè, ubi juramentum defertur ſuper uno tantùm. Nec obſtat, quòd potuiſſet negare totum; quia reſpondetur, quòd fortè auſus non eſt negare mutuum, quia dubitavit, ne ſibi probaretur: & ſic appareret, ipſum falsò juraſſe; quia fortè confeſſus fuerat mutuum ſi-
9. bi factum; ſed benè ſciebat, quòd ſibi non poterat probari contrarium, ſi reſtituerit. Unde potius voluit confiteri mutuum, ſicut erat rei veritas, & dicere ſe reſtituiſſe, quòd non erat falſum; quàm ſimpliciter negare mutuum. Unde ego teneo, quòd talis reſponſio poſſit dividi & acceptari per deferentem pro ſe ſuper mutuo. Sit ergò cautus reus, ut ita non
juret;

juret; ſed juret ut ſuprà dixi, ſecundum *Imol.* & hoc benè nota.

XC. (61.)

Pro eo, qui ambit uxorem divitem.

Summa.

1. *Si copula ſubſecuta ſit, alter ſponſus præfertur.*
2. *niſi priori promiſſio de præſenti facta.*
3. *Ut copula prævaleat, requiritur promiſſio præcedens.*

Multotiens eſt contentio inter duos vel plures de aliquâ uxore divite; quia quilibet cupit eam habere, & aſſerit quilibet, eam ſibi promiſiſſe. Sed illi, qui cauti ſunt, & volunt eſſe victores, quærant habere rem ſecum ita, quòd ſubſequatur copula carnalis. 1. Quia tunc, etſi promiſiſſet alteri primò per verba de futuro, & poſtea promitteret etiam per verba de præſenti; non valeret, etiam ſi juramentum interveniſſet: & ille, cum quo copula eſt ſubſecuta, deberet prævalere, ut probatur in *cap. penult. & cap. ſi inter. & in cap. is cui. extr. de ſponſal.* ſed ſi cum uno primo contraxiſſet matrimonium per verba de præſenti, 2. illud prævaleret ſecundo, etiamſi in ſecundo ſubſecuta eſſet copula carnalis, ut *in d. cap. ſi inter virum.* Et ideò ſi cupis habere uxorem, ſis cautus. Quia ſi promiſerit alteri primo per verba de futuro, ſicut faciunt communiter puellæ, & maximè ruſticæ, quæ dicunt, *promitto non accipere alium niſi te in virum:* hoc caſu provideas, quòd tecum ſequatur copula carnalis, & habebis ipſam uxorem: ſed ſi mulier contraxiſſet per verba de præſenti cum alio, caveas ab ipſa. Quia ſi mulier tibi promitteret, & copula ſecuta eſſet, etiam cum juramento; ſtaretur primæ promiſſioni

miſſioni & non ſecundæ juratæ & copulatæ, ut *in d. cap. ſi inter Virum.* Et ad hoc, ut iſta cautela produ-
3. cat effectum, quando eſt ſubſecuta copula cum uno, & prius promiſerat alteri per verba de futuro; & eſt quæſtio in judicio, *quod matrimonium prævaleat?* eſt opus aliâ cautelâ. Videlicet, quòd ille, cum quo ſecuta eſt copula, deducat & probet, *quòd primò præceſſerit promiſſio per verba de futuro ſibi facta, & quòd deinde ſecuta eſt copula*: ſecus, ſi probaretur è contrà, *quod primò intervenit copula carnalis, & deinde ſubſecuta eſt promiſſio per verba de futuro*, quia tunc talis copula non prævaleret, immò plus noceret. Et iſtud eſt benè notandum, ſi eſſent probata iſta duo. *promiſſio per verba de futuro, & interventus copulæ.* Hic namque non ſufficeret, niſi probaretur, quod promiſſio præceſſiſſet, & copula ſecuta fuiſſet; ut eſt caſus, & ibi hoc notat *Dn. Anthon. in c. Veniens.* 2. *& ibi per Doct. de ſponſ.* Fac. quod notat *Bart. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de nov. oper. nunc.* Et ideò ſis cautus, ut articules, quòd promiſſio præceſſit copulam.

XCI. (62.)

Vt inter conjuges pacta inæqualia ſubſiſtant.

Summa.

1. *Pacta de dote & donatione propter nuptias inæqualia non valent.*
2. *exceptio eſt, ſi fiant ante contractum matrimonium.*

Debes ſcire, quòd regulariter donatio propter nuptias debet eſſe æqualis cum dote; & pacta de lucrando dotem & donationem propter nuptias in to-
1. tum vel in partem debent eſſe æqualia; aliàs non valent.

lent, ut habetur in *Auth. de æqual. dot. in princ. & in l. ex morte. cum Auth. ibi poſita. C. de pact. conuent. & inſtit. de donat. §. eſt & aliud. & in c. donatio. extr. de donat. int. vir. & ux.* Sed cautela eſt, quòd dicta pacta, etiam inæqualia facta, valeant. Videlic. quod fiant antequam contrahatur matrimonium 2.
per verba de præſenti, quia tunc benè valebunt. Et eſt ratio, quia pacta inæqualia ſunt prohibita conſtante matrimonio, quia ſapiunt donationem, quæ eſt prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient, *ut l. 1. ff. de donat. int. vir. & ux.* quæ ratio ceſſat ante matrimonium contractum. Et iſta eſt doctrina ſingularis *Innocentii in d. c. donatio.* quam ſequitur ibi *Anthon. & Angel.* facit feſtum *in d. l. ex morte C. de pact. conuent.* quod benè nota, quia nunc eſt in facto.

XCII. (63.)

Vt privilegia exemtionum quàm pleniſſima ſint.

Summa.

1. *In privilegio immunitatum & exemtionum generali ſine ſpeciali mentione non continentur patrimonialia;*
2. *ſ neq; onera;*
3. *ſ neq; extraordinaria munera;*
4. *ſ neq; ea, quæ propter bellum indicuntur.*
5. *Formula conceſſionis pleniſſimæ.*

Quia privilegium immunitatis ſive exemptionis generale intelligitur de perſonalibus tantùm in muneribus & oneribus, ut eſt *text.* cum *Gloſſ. ordinaria in l. 3. de muner. patrimon. lib.* 10. Ideò cautela eſt, quod in privilegio dicatur: *quod Princeps concedit immunitatē & exemptionē ab omnibus muneribus* 1.

bus & oneribus perſonalibus. ſecundum *Bart. in l.*
2. *Vacuatis. C. de decur. lib.* 10. Item cautela eſt, quod dicatur: *de muneribus & oneribus,* aliàs non haberet immunitatem ab oneribus, ut eſt *textus in l. qui muneris publici. ff. de mun. & oner.* Item cautela
3. eſt, quod dicatur: *ordinariis & extraordinariis:* aliàs in dubio ordinaria ſolùm viderentur remiſſa, ut eſt text. *in l. is, qui muneris publici. ff. de Vacat. muner.* & eſt *text. cum Gloſſ. in l. curialis. C. de decurion. lib.*10. & notat *Bart. in d. l. Vacuatis. & in l.2. ff. de jur. immun.* ubi de his omnibus dicit. Quæ autem ſunt munera ordinaria & extraordinaria, vide *Bart. in l.2. ff. de jur. immun. & l. omnis omninò. C. de annon. & tribut. lib.*10. & vide *Bart. in l.*1. *in ult. column. in princ. C. de muner. in quo loco.* & in *l. unic. C. de Vac. muner. publ. eod. lib.* & in *l.*1. *C. de agric. & cenſib. lib.*10. *& in l. licitatio. §. mercatores. ff. de public.* & per *Bart. in l.* 1. *§. quibus. in ult. column.*
4. *Verſ.* 4. *punitur. ff. quod cuiusq; univerſ. nom.* Item eſt alia cautela, quòd dicatur etiam *de muneribus, quæ imponerentur ratione guerræ;* aliàs in dubio ab illis non videtur exemptus per privilegium: quod eſt valdè notandum. Et ex prædictis omnibus, ut priuilegium exemptionis omnia concludat, dicatur
5. ſic. *Talis conceſſit privilegium exemptionis & immunitatis ab omnibus & ſingulis muneribus & oneribus realibus, perſonalibus & mixtis, ordinariis & extraordinariis, & ab illis etiam, quæ imponerentur ratione guerræ, & ab omnibus aliis cujuscunq; generis, quomodocunq; & qualitercunq; imponerentur, vel inducerentur in genere, vel in ſpecie; non obſtante l. Vacuatis. C. de decur. lib.* 10. Et iſto modo complectitur pleniſſimè formam exemptionum, quam benè nota.

XCIII.

XCIII. (64)

Pro reo, qui in arbitrum compromiſit.

Summa.

1. *Arbiter etiã poſtremo die ſententiam definitivam ferre poteſt.*
2. *Aſſignatio termini in arbitriis quid operetur ſecundum Bl.*
3. *Si actor nihil probaverit, quomodo reus abſolutionem petere debeat?*

Sæpè contingit, quòd de lite inter perſonas fit compromiſſum voluntarium, duraturum uſque ad certum tempus, puta duorum menſium; & actor nihil probat, & non proſequitur cauſam, & ſe abſentat; propter quod arbitri expirat juriſdictio; ita quod actor non poterit de novo incipere & agere; ut habetur in *l. properandum. §.* 1. *C. de judic.* Sed cau- 1.
tela eſt, quòd reus expectet ad ultimam diem, quâ finitur compromiſſum, & petat, *quòd arbiter ferat ſententiam definitivam*; qui poterit & debebit hoc facere, ut probatur in *l. ſi cum dies. §. ſi cum. l. ſequent. ff. de arbitr.* & notat *Innocent. in c. ſuper eo. de appell.* & per *Specul. in tit. de ſent. §. illud videndum. verſ. Nunquid autem.* & per *Bald. in Auth. ei, qui. C. de appell.* Et adverte, quia ſecundum *Bald. in d. Auth. ij, qui.* Quòd illa aſſignatio termini operatur, primò, 2.
quod habet vim termini peremptorii & aſſignationis termini ad probandum; ſecundò, quòd poſſit ferri ſententia definitiva, & ita *Bald.* conſuluit, ſed contra conſilium *Bald.* fuit judicatum. Et ideò cautela eſt, quòd reus petat *aſſignari actori terminum ad probandum*, & quòd differat uſque ad ultimam diem 3.
compro-

compromiſſi, & petat actorem citari ad audiendum ferri ſententiam. Et hoc modo ſine dubio poterit arbiter ferre ſententiam abſolutoriam definitivè, ſi nil erit probatum. Et idem in ſimili, quando cauſa eſſet commiſſa judici delegato ad tempus de conſenſu partium. de quo dic per *Bart.* & *Doct.* maximè per *Dn. Paulum de Caſtro. in l. admonendi. ff. de jurejur.* & per *Dn. Anthon. in c. fin. de jurejur.*

XCIV. (65.)

Ne exceptio præſcriptionis decennalis obſit ex ſtatuto.

Summa.

1. *Præſcriptioni renunciari nequit.*
2. *Si ab initio caveatur, quòd res finitâ præſcriptione iterum deberi incipiat, illa non obſtat.*
3. *Idem eſt in legato præſcripto.*

In multis caſibus quis repellitur ab agendo vel excipiendo propter præſcriptionem legalem vel ſta-
1. tutariam in tantum, quòd præſcriptioni renunciari non poteſt, ut notatur *in l. 1. ff. de uſucap.* & *in l. nemo poteſt. de leg. 1.* Sed cautela eſt, ne præſcriptio poſſit obeſſe, ut agatur & conveniatur in inſtrumento, *quòd finitâ præſcriptione iterum deberi incipiat, & toties deberi incipiat, quotiens præſcriptio fuerit completa,* ut probatur notabiliter *in l. ſicut in annos. in princ. ibi: ut adjiciatur quotiens quis. ff. quib. mod. uſufruct. amitt.* Et ita notanter dicit *Bart. in d. l.*
2. *nemo poteſt. in penult. column. verſ. quæro. ſtatutum eſt, quòd præſcribatur:* ubi dicit, quod, licet ſtatuto, quo cavetur, quòd præſcribatur tempore debito, puta decem annis, non poſſit renunciari; tamen remedium

remedium eſt, quòd agatur & conveniatur, quòd finitâ dictâ obligatione decem annorum iterum deberi incipiat per *d. l. ſicut in annos. in princ.* Et ita notat *Bald. in l. ipſis rerum. C. ut in poſſ. legat.* ubi etiam dicit idem in legato; ut, quotiens præſcriptum fuerit, totiens lego per *d. l. ſicut in annos.* Et idem notat *Dn. Florianus in l. ſi uſusfruct. alternis annis. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* Et pro hoc omninò vide illud, quod notat *Angel. in l. Centeſimis. in fin. ff. de verb. oblig.* & quod notat *Bart. & Dd. in l. 1. ff. de uſucap.* & quod dicam in ſequenti cautela. 1.

XCV. (66.)

Vt in criminalibus admittatur procurator.

Summa.

1. *An in criminalibus pater pro filio queat intervenire?*
2. *Judex imploratus ex officio ſuper abſentis innocentiâ teſtes examinare tenetur;*
3. *& contumacem innocentem abſolvere.*
4. *quod ſi ad inſtantiam procuratoris judex id fecerit, actus non valet.*
5. *Qui dicit, reum abſentem interfeciſſe bannitum, audiri debet.*
6. *Si teſtes contra reum adducti nihil ſciant, abſolvendus eſt;*
7. *etiamſi accuſatus ſit.*

In cauſa criminali, cujus pœna relegatione major, non admittitur procurator, ut *l. ſervum quoque. §. publicè. ff. de procurat. & l. penult. §. ad cauſam. ff. de publ. judic.* in tantum, quod etiam pater pro 1. filio

filio non poteſt intervenire, etiam ſi dicat, quod veniat pro ſuo jure & intereſſe, juxta *l.* 2. 3. *&* 4. *ff. de lib. cauſ.* quia ſecundum veram opinionem non poteſt nec debet admitti, filio abſente, licet multi teneant contrarium in hoc, *ut notatur in dictis juribus.* Sed tu potes adhibere per indirectum cautelam, quæ tantum operabitur, ac ſi admitteretur procurator, vel
2. defenſor. Nam, ſi habes judicem amicum, vel non contrarium, qui velit procedere per inquiſitionem, juxta notata. *c. qualiter & quando.* 2. *de accuſat.* tu debes ipſum adire, & nominare teſtes ſecretò, qui ſunt depoſituri pro abſente ſecundum veritatem inculpato, & dare ſibi interrogatoria in ſecreto, ſuper quibus debeant interrogari. Quia tunc judex poterit eos examinare, non dico ad inſtantiam partis, ſed ex officio ſuo: &, ſi ex illis atteſtationibus apparuerit, inculpatum non eſſe culpabilem, poterit judex & debebit ipſum abſolvere; ut eſt caſus *in l. & ſi non*
3. *defendantur. in fin. ff. de pœnis.* ubi dicitur, quod judex etiam debet inquirere de innocentia rei, & ſi reperit innocentem, debet abſolvere. Et ibi hoc notat *Bart.* & idem ipſe in *l.* 1. *§. fin. ff. de quaſt. & in l. is reus. & ibi per Dd. ff. de publ. jud.* Et ideò licet vulgò dici ſolcat, *contra contumaces omnia jura clamant,* tamen ſi judici conſtet de ejus contumacis innocen-
4. tia, debet ipſum abſolvere. Et ſis cautus, quòd non appareat ex proceſſu, *quòd judex fecerit ad inſtantiam procuratoris, vel alicujus defenſoris,* quia non valeret: *per d. §. publicè. & §.* 1. *cum ibi notatis.* ſed judex debet facere ſcribi, *quod illam examinationem fecerit ex officio.* quod benè nota in practicâ, quia iſto modo ſemel adjuvi amicum meum.

Poteſt etiam alio modo adjuvari reus abſens, qui non poteſt ſe defendere per procuratorem, quo-
5. niam commiſiſſet tale crimen, de quo non poteſt inquiri vel procedi contra ipſum per viam accuſationis. Quia tunc cautela eſt, quòd unus, quicunque ſit, comparear

compareat coram judice (& quilibet de populo poteſt comparere) & dicat, *Domine judex, non poteſtis inquirere vel procedere contra talem, qui interfecit bannitum, qui poterat impunè occidi*, vel aliâ de cauſa. nam tunc judex debet ipſum admittere, ut notat ſingulariter *Bart. in l. ubi pactum. per Gl. ibi. C. de transact.* de quo dic, ut ibi per *Dd. & in d. §. publicè.*

Poteſt etiam quis uti aliâ cautelâ, quando crimen debet renunciari per Syndicum vel Officialem contra te, & ille Officialis eſt amicus tuus. Nam potes procurare, quòd ille Officialis renunciet reum & det nomina teſtium judici, qui penitus nihil ſciant de dicto maleficio. Quia tunc examinatis dictis teſtibus, qui deponunt, *ſe nihil ſcire*, de neceſſitate debet illum inculpatum judex abſolvere, ex quo nihil probatum eſt contra eum per *d. l. & ſi non defendantur. ff. de pœn. cum ſimilibus.* Sed iſta cautela non proficeret, ubi procederetur per accuſationem; niſi partes eſſent in concordia. Quia tunc accuſans, volens probare, nominabit teſtes judici, qui nihil ſciant de crimine: quod nota; quia vidi procuratorem hac cautelâ uti. Sed caveas, ne ipſa utaris in perniciem animæ tuæ.

6.

7.

XCVI. (67.)

Pro Advocato, qui juſtam fovet cauſam.

Summa.

1. *Quare Advocati iis, quæ reverà ita ſe habent, ſoleant inhærere?*
2. *Judicem interdum magis moveri probabilibus, quàm neceſſariis argumentis.*

Sunt multi procuratores & Advocati, qui in ſuis allegationibus & defenſionibus, ut videantur ſapien- 1.

tes, & non cavilloſi, non allegant, nec adducunt pro defenſione ſui clientuli, niſi ea, quæ vera ſunt & videntur multum urgere, & jura deducunt ſolummodò, quæ videntur concludere de neceſſitate. Sed tu ſis cautus, & non ita facias, ſi foves juſtam cauſam; ſed deducas rationes & jura, tàm quæ benè faciunt, & concludunt, quàm etiam, quæ non ita benè faci-
2. unt, ſed ſunt perſuaſiva, & inducunt aliqualem præſumtionem. Et eſt ratio, quia ſæpiſſimè judex movetur ad judicandum per rationem, quæ minus facit & aliquando nihil valet, & non moveretur per rationem urgentem, quæ non intrat caput ſuum. Iſtam cautelam docet *D. Anthon. de Butrio in c. per tuas. in fin. qui fil. ſunt legitim.* & teneas, quòd ſit utilis; quia ſæpiſſimè expertus ſum.

XCVII. (68.)

Pro eo, qui petit citari eos, quorum intereſt.

vid. infra 268.

Summa.

1. *An in cauſa miſſionis in poſſeſſionem citatus adverſarius & repulſus poſſit appellare.*
2. *Simpliciter citatus videtur approbatus.*
3. *Qui termino lapſo aliquem citari curavit, poſteà de inhabilitate nequit excipere.*
4. *De ſtatuto Paduano circa jus retractus.*
5. *de eodem ſtatutum Peruſianum & Terviſianum.*
6. *Quomodo citationes conditionaliter concipiendæ.*

1. Si petens, *ſe mitti in poſſeſſionem*, fecit citari contradictorem & contradictor comparuerit & fuerit repulſus

pulſus tempore juſſus de mittendo; nunquàm admittetur amplius ad contradicendum tempore miſſionis. Nam nec auditur, ſi velit appellare, ut *l. un. C. ſi de moment. poſſ. fuerit appell.* quod ſingulariter limitat *Bald. in l. fin. C. de edict. divi. Adrian. tollend.* videlicet quòd ita demum appellet iſte contradictor, quando ſe oppoſuit non citatus tempore juſſionis; vel etiam fuerit citatus ſub conditione, *ut, ſi habeat jus contradicendi, compareat*: ſed, ſi fuiſſet citatus ſimpliciter, *quòd deberet comparere ad contradicendum*, tunc hæres vel alter, qui fecit eum citari pro contradictore legitimo, non admitteretur poſteà ad dicendum, *quòd non eſſet legitimus contradictor*: allegat notata per *Innocent. in c. cum inter. de except.* & idem notat *Bart. & Dd. in l. cùm mulier. ff. ſolut. matrim.* & *Bald. in l. ſi ſuſpecta. de inoffic. teſtam.* & *D. Antonius in c. exhibita. in antepenult. column. de judic.* & *Canoniſta in d. c. cum inter.* Facit quod notat *Bald. in l. teſtamento, in fin. C. de teſtam.* & *Ang. in l. 1. §. ſtipulatio. in 8. column. ff. ſi cui plus quam per L. Falcid.* Et ideò, ſi ſtatutum dicat, *quod propinqui & collaterales poſſint ſe præſentare ſuper venditionib⁹. ſuis ad certum tempus*; & elapſo tempore emtor denunciat alicui affini, *quòd, ſi ſe vult præſentare ſuper venditione prædicta, debet comparere*: iſte affinis comparet; emtor videns, quòd affinis comparuit, opponit, *quod non poteſt*, quia lapſa ſunt tempora comparendi. Dicendum eſt, quòd ſi iſte emtor citavit eum pro habili, & citatio fuit facta purè & non conditionaliter, & ſpecialiter fuit facta illi affini, quòd emtor non poterit opponere poſtea exceptionem inhabilitatis. Et idem eſt dicendum, ſi ſtatutum dicat, (ſicut eſt Paduæ) *quòd affinis vel vicinus poſſit ſe præſentare quandocunque, niſi ſibi denunciaretur*; & emtor denunciaverit ſibi purè, quia tunc non poterit opponere de inhabilitate. Quia citando ipſum ſimpliciter videtur reputare ipſum legitimum contradictorem,

2.

3.

4.

vel præſentatorem. Et idem eſt dicendum, ſi ſtatutum diceret, (ſicut eſt Peruſii) *quòd propinqui ita demum admittantur ad præſentandum, ſi ſint cives*; &
5. intelligantur eſſe cives, ſi ſuſtinuerunt onera & factiones, & emtor citaverit quendam civem Terviſinum, per privilegium commorantem alibi, & non ſuſtinentem onera & factiones Terviſii; & citatus comparuit: non poterit citans ſibi opponere, *quòd non ſit habilis ex forma ſtatuti*; ex quo videtur ipſum approbâſſe citando ſimpliciter. Quia paria ſunt, exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere, ut eſt
6. *Gloſſ. notab. in l. habebat. ff. de manum. teſtam.* Et ideò ſis cautus in caſibus prædictis & ſimilibus, quoniam vis ſpecialiter aliquem citari facere, ut concipias citationem conditionaliter, hoc modo: Videlicet, citetur talis, *ut compareat, ſi habeat jus comparendi, vel præſentandi, vel aliquid faciendi*; vel: *ſi ſua putaverit intereſſe, quod non creditur, debeat comparere.* Et non dicatis, ut faciunt ignorantes, *compareat talis*, vel; *ſi talis vult ſe præſentare, debeat comparere ad præſentandum, & deponendam pecuniam, vel aliud ſimile faciendum*: quia tunc videtur approbâſſe perſonam ſuam, ut dictum eſt: quod ſingulariter nota; quia eſt valde utile & quotidianum.

XCVIII. (68.)

Pro eo, qui Clericum cupit convenire coram judice ſeculari.

Summa.

1. *Actor ſequitur forum rei.*
2. *Clericus per indirectum trahi poteſt ad judicem ſecularem.*
3. *In confectione inventarij quid ſpectandum, ſi citandi ſint Clerici.*

4. Tutiùs

4. *Tutiùs citare Clericum per judicem Eccleſiaſticum.*

Cautela præcedens etiam eſt utilis ad aliud; & ex eâ poteris ſumere aliam cautelam, quando tu, qui es Laicus, vel etiam Clericus, velis convenire Clericum coram judice ſeculari: quanquam regula eſt, quòd actor ſequitur forum rei, *ut in c. cum ſit generale. extr. de for. compet. & in l. 2. C. de jurisdict. om. judic.* & ideò volens convenire clericum, debet adire judicem Eccleſiaſticum, ut *in c. diligenti. de for. compet.* Nam potes per indirectum trahere Clericum ad forum Laici, hoc modo; videlicet citetur Clericus non ſimpliciter (quia tunc deberet citari coram Eccleſiaſtico, ut dixi) ſed citetur, *ſi putaverit ſua intereſſe*, vel, *ſi putat, ſe habere aliquod jus.* Quo caſu, ſi comparet, videtur, quòd ſit actor, & non reus, & per conſequens debet ſtare judicio laici. Ex quo ſequitur unum aliud, quòd, ſi hæres vult facere unum inventarium juxta *l. fin. C. de jur. delib.* vel tutor vult facere inventarium pro pupillo juxta *l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutor.* & vult citare creditores aut legatarios; & aliqui reperiuntur ſacerdotes, vel clerici, ne habeat cauſam adeundi judicem Eccleſiaſticum, faciat eos citari per Laicum hoc modo, videlicet, *ſi ſua putaverint intereſſe*; quia tunc valebit dicta citatio, ut notat *Angel. in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per L. Falcid. in Repetitione ſua*, & vide circa hoc, quod notat *Bald. & D. Paulus de Caſtro in l. teſtamenta omnia. C. de teſtam.* Sed tamen tutiùs eſt in caſu iſto, ut Iudex Laicus requirat Iudicem Eccleſiaſticum, ut citet clericum, ut compareat coram ipſo, & citet ſub conditione, *ſi ſua putaverit intereſſe.* Nam regulariter, quando unus judex vult citare ſubditum alterius, tutiùs eſt, quòd non citet, ſed requirat judicem proprium, qui citet eum, ut habetur *in l. omnes. §. verum ſi apparitor. C. de Epiſc.*

1.
2.
3.
4.

& Cler. & in l. à Divo Pio. ff. de re judic. & per *Bart. in l.1. ff. de requir. reis.*

XCIX. (68.)

Ne noceat præſcriptio.

Summa.

1. *Qui promittit poſt 10. 20. &c. annos, præſcriptionis exceptione uti nequit.*

Alia cautela, quòd quis promittat poſt 10. 20. 30.
1. 40. 50. vel 100. annos. Nam ſi promitteret, etiam poſt centum vel mille annos teneretur poſt dictum tempus. ut probatur in *l. centeſimis. in princ. ff. de Verb. oblig. & ibi Dd.* & ibi hoc notat *Angel.* qui tenet, quòd ſi promitteretur poſt centum vel mille annos, anteriori tempore nunquam præſcriberetur per illum textum, & allegat etiam rationem, quia ante diem agi non poteſt; ergò non currit præſcriptio, ut *in l.1. ff. de diverſ. temp. præſcr.*

C. (68.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Vocabulum perpetuò in obligatione poſitum impedit præſcriptionem.*
2. *ſcilicet in iis cauſis, ubi præſcriptioni poteſt renuntiari.*

Poteſt dari & alia cautela in caſibus, in quibus poteſt renuntiari præſcriptioni; ut judicetur tacita renunciatio: videlicet, quòd dicatur in inſtrumento
1. locationis, vel alterius contractus, *quòd debitor promittat contenta in inſtrumento perpetuò habere rata & firma,*

& firma, & nunquam in ullo contrafacere, vel venire aliquâ ratione vel cauſa. Nam per dicta verba *perpetuò &c.* inducitur renunciatio præſcriptionis; ita dicit *Angel.* notabiliter *in l. 1. ff. de uſucap.* & pro hoc videtur eſſe text. ſecundum *Bald. in l. quod ſi nolit. §. ſi ita. ff. de ædil. edict.* qui allegatur ſecundum *Bald.* ibi, quòd, ubi in promiſſione apponitur verbum, *quandocunque*, vel verbum *perpetuò*, nunquam currit præſcriptio ſtatutaria, vel legalis; quod intellige, quã- 2.
do talis eſt præſcriptio, cui poteſt renunciari. Et ita conſuluit *Rapha. Fulgo* ſequendo doctrinam *Angel.* quam dicit eſſe veram & ſingularem, & non allegavit *dictum §. ſi quid ita. & Bald.* ſed alias rationes: Et conſilium incipit *in propoſita quæſtione videtur mihi notab. ſingularis Angel.* quod benè nota, quia in inſtrumentis regulariter dicta verba ſolent apponi.

CI. (69.)

Ne confeſſio ex errore facta revocetur.

Summa.

1. *Confeſſio poſt lapſum terminum deliberandi ampliùs revocari nequit.*
2. *Dubitanti certus terminus ad deliberandum proponi poteſt.*
3. *Dubitans ſi reſponderit, quid obſervandum.*

Confeſſio, quæ dicitur eſſe facta per errorem, regulariter poteſt revocari, probando *rem aliter ſe habere*, ut eſt textus cum *Gloſſ.* & ibi per *Dd. in l. de ætate. in §. fin. ff. de interr. act.* & habetur in *l. error. C. de juris & fac. ignor.* & ibi per omnes *Doctores & per Bart. & Dd. in l. non fatetur. ff. de confeſſ.* Sed cautela eſt, ſi vis, ut confeſſio non poſſet re- 1.

tractati; quòd poſt dictam confeſſionem facias aſſignari terminum brevem confitenti, ad dicendum vel contradicendum, *quare non debeat fieri preceptum de ſolvendo, & dictam confeſſionem exequi.* Quia elapſo dicto termino, ſi facias fieri præceptum de ſolvendo, erit irrevocabile occaſione erroris. Quia ubi eſt datus terminus ad deliberandum, non poteſt audiri poſtea volens allegare errorem; ita ſingulariter dixit *Angel. Aretin. Inſtit. de act. in §. ſi minus.* allegat notata per *Bart. in l.* 1. *ff. de confeſſ.* & in *d. l. error.*
2. Et pro iſta deciſione vide *Gloſſam* ſingularem, quam ipſe non allegat, *in cap. ex literis. extr. de divort.* quæ vult, quod quando quis dubitat, debet aſſignari terminus ad deliberandum, & deliberatè reſpondendum, quo termino elapſo, ſi reſponderit, nunquam amplius poterit revocare ſecundum *Bald.* qui ita notat ad hoc illam *Gloſſam* pro ſingulari *in l. ſiquidem. C. de except.* & idem notat *Innocentius in c. cum olim. extr. de cenſib.* & *Archi. in c. fin. extr. de jur. calumn. in* 6. *& Flor. in l. cum ætate. §. Celſus. verſ. unum tamen nota. ff. de interrog. act.*
3. Sed ut iſta cautela ſit perfecta, adhibeas unam aliam, & eſt practica ſingularis: videlicet, ut factâ reſponſione ſeu confeſſione, altera pars faciat ſcribi per Notarium ipſam aliâ parte præſente, & dictam confeſſionem ſeu reſponſionem acceptante, in quantum faciat pro ea, & non aliter. Nam ex poſt facto dicta confeſſio, ſeu reſponſio amplius revocari non poterit, ut *l. ſicut. C. de act. & oblig.* ſecundum *Bald.* qui ita ſingulariter notat in *l. Gallus. §. quidam rectè. circa princ. ſecund. column. C. de liber. & poſthum.* Ex quibus ſis cautus, ſi vis, quòd confeſſio vel reſponſio adverſarii non poſſit revocari, etiam allegato errore, ut iſta duo facias concurrere: primum, quòd aſſignetur terminus ad confitendum, deliberandum, reſpondendum, vel contradicendum: ſecundum, quòd acceptes dictam confeſſionem, vel reſponſionem; de quo tamen vide omninò

omninò *Bald. in d. l. error. in fin. penult. column. C. de juris & fac. ignor.* ubi circa hoc facit unam diſtinctionem.

CII. (70.)

Vt debitor ubicunque locorum poſſit conveniri.

Summa.

1. *De clauſulâ* ubicunq; locorum *obligationibus addi ſolitâ.*
2. *Quare addendum;* in ſolidum, & quantumcunque diſtantium.
3. *quare:* etiamſi reperiatur navigans &c.
4. *Formula Renuntiationis.*
5. *perfectæ obligationis pro ſolutione ubivis faciendâ.*

Sæpiſſimè inſtrumentis debiti ſolet apponi una clauſula; videlicet, *quæ omnia vel quæ centum promiſit dictus debitor Paduæ, vel Vincentiæ, vel Veronæ, vel Andvverpiæ, vel Florentiæ, & ubicunq; locorum;* de qua clauſulâ habetur in *l. 2. §. ſi quis ita. ff. de eo, quod cert. loc.* & *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* & *in l. ſi convenerit. ff. de juriſdict. omnium judicum.* & per *Anthon. in c. 1. in 25. column. extr. de judic.* Sed tu ſis cautus ad hoc, ut dicta promiſſio valeat, & poſſit tibi ſubvenire perfectè; ut concipias eam hoc modo, dicens: *& ubicunq; locorum in ſolidum;* ne propter copulam *&*, quæ ponitur inter loca, intelligatur facta diviſio per *d. §. ſi quis ita.* Item debes addere: *ubicunque locorum quantumcunque diſtantium.* Quia ſi debitor promiſit ſolvere in pluribus locis & ſubdit clauſulam, *& ubicunque locorum.*

(Margin numbers: 1. beside "Sæpiſſimè…"; 2. beside "valeat, & poſſit…")

locorum, videretur illa clauſula eſſe intelligenda, *ubicunq; locorum aquè diſtantiū à loco remotiore nominato*, ut notat ſingulariter *Anthon. in d. c. 1.* Pro quo facit, quod notat *Barr. in l. ſed & ſi quis. in §. quaſitum. in 2. column. & in fin. illius. §. ff. ſi quis cautio.* & quod notat *Bald. in l. 1. §. ſed & ſi quis. C. communia. de legat.* licet in contrarium faciat, quod notat *Iac. de Aret.* & *Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. in 3. column. C. de Epiſc. & Cler.* Item, quia propter illam clauſulam generalem *ubicunq; locorum* non poterit debitor compelli ad ſolvendum in uno loco, ſi reperiatur ibi navigans, aut etiam ſi inveniatur ibi in loco ei ſuſpecto, ubi timet potentiam adverſarii, aut etiam auſteritatem judicis perhorreſcat. Primum probatur *in l. hæres abſens. §. 1. ff. de judic.* Secundum probatur in *l. de ætate. ff. ad Trebell.* Item quia dicta promiſſio recipit dictam diſtinctionem. *ff. de condict. indeb. l. qui certo loco.* ſicuti notanter dicit *Angel. in l. cum eis. ff. de leg. jud.* Ideò ad tollendam iſtam dubitationem addas in inſtrumento, dum dicitur, *ubicunq; locorum.* ſcilicet, *etiam ſi ibi reperiatur navigans, vel aliud ſimile faciens, vel etiam ſi ibi timeret potentiam adverſarij, vel auſteritatem judicis.* Item addas, *etiam ſi ibi non reperiretur*, per ea, quæ habentur in *d. l. hæres abſens. §. 1.* Item addas *& promiſit in tali loco ſolvere, & ſe ibidem perſonaliter præſentare* ſecundum *Bald. in l. Archimedeam circa med. C. ut in poſſ. legat.*

3.

4. Ultimò addas, *& dictus debitor renunciavit omnibus & ſingulis legibus, proviſionibus, privilegiis & gratiis, & ſalvis conductis tàm factis, quàm fiendis, & promiſit non impetrare aliquam gratiam, vel privilegium, vel conceſſionem, vel ſalvum conductum, vel aliquid aliud in contrarium, & juravit omnia & ſingula attendere & obſervare, & non contrafacere, vel venire de jure, vel de facto ſub tali pœnâ* Ex quibus omnibus ſic

5. poteris formare promiſſionem, *quæ centum dictus debitor*

debitor promiſit ſolvere hìc Paduæ, Vincentiæ, Veronæ, Andverpiæ, vel Florentiæ, *& in dictis locis ſe præſentare, vel in aliquo ipſorum ad requiſitionem ipſius creditoris, & ubicunq; locorum quantumcunq; diſtantium, etiam ſi ibi reperiatur navigans, vel aliud ſimile faciens, vel etiam, ſi ibi timeret potentiam adverſarii, vel judicis auſteritatem, vel alterius, vel etiam, ſi ibi non reperiatur: & promiſit ſolvere omnia & integra centum & inſolidum, ubi fuerit inventus, vel ubi fuerit petitum, & dictus debitor renunciavit omnibus & ſingulis legibus &c.* ut ſupra dictum eſt,

CIIII. (71.)

Vt quis conſequatur pœnam dupli in contractu appoſitam.

Summa.

1. *Stipulatio duplæ quomodo contractibus ſubjici ſoleat.*
2. *non committitur, niſi res planè fuerit avocata.*

Regulariter in inſtrumentis venditionum & aliorum tractatuum ſolet apponi pœna dupli; videlic. *& promiſit duplum nomine pœnæ, quam exigi & conſequi poſſe voluit rato manente contractu:* de quâ clauſulâ habetur in *l.* 1. *& per tot. tit. ff. de evict.* & in *l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pactis.* & in *l. ita ſtipulatus.* ubi ponitur, an pœna & res exigi poſſit. Sed adverte, quòd iſta pœna exigi non poteſt per emtorem, etiam re evictâ; & ſic etiam ſi eſſet condemnatus ad rem emtam reſtituendam; niſi quando res vendita aberit ab ipſo emtore, & ſic ab eo fuerit avocata; ut eſt textus cum *Gloſſ. notat. in l. ſi ſervum, in pr. verſ. abeſt. ff. de act. emt.* & eſt textus cum *Gl. in verſ. reſtituto. in l. evicta. §. fin. ff. de evict.* & probatur 1. 2.

batur in *l. ſi ſerVus. §.1. ff. eod.* & fac. *l. habere licere eod. tit.* Et ideò tu, qui vis agere & petere pœnam dupli, appoſitam in contractu, ſis cautus, ut patiaris primò ſententiam ferri contra te, ita quod tranſeat in rem judicatam; & ultra hoc, quòd res avocetur ab ipſo, ita quod tradas rem vincenti, ut ponatur in poſſeſſionem: aliàs ſi ageres, antequam avocetur, ſuccumberes per prædicta. Et ita aliàs ego obtinui in quæſtione facti.

CIV. (72.)

Vt impediatur examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam.

vid. infra 103.

Summa.

1. *Teſtes quando ante litem conteſtatam examinari poſſint;*
2. *ſi modò reus paratus non ſit ſuſcipere judicium.*

Tu ſcis, quòd teſtes poſſunt examinari etiam
1. lite non conteſtatâ ad perpetuam rei memoriam, quando teſtes ſunt valetudinarii, ita quòd dubitatur de morte, vel quando ſunt diſceſſuri, ut habetur in *c. quoniam frequenter. extr. ut lite non conteſtata.* & in *l. in lege Aquilia. ff. ad L. Aquil.* Sed reus, ſi vult impedire iſtam examinationem, ſit cautus, & dicat, *quòd non Vult, quòd fiat examinatio*, & offerat ſe pa-
2. ratum ſuſcipere judicium, & velle litigare, quia tunc non poterit fieri examinatio. Ita ſingulariter notatur in *Authent. de teſtib. §. & hic Verò. column. 6.* Et eſt ratio, quia ceſſat cauſa illius examinationis tunc petitæ. Et propterea dico, quòd iſtud debet intelligi, niſi teſtes vellent diſcedere, antequam lis poſſet conteſtari, vel dubitaretur de morte ipſorum, vel ſi eſſet

ſi eſſet tempus puta feriarum, quo agi non poſſet.

CV. (73.)

Pro uſufructuario, ſi nolit cavere.

Summa.

1. *Si uſufructuarius fidejuſſorem non inveniat, quid juris?*
2. *Uſuræ prohibitæ peti poſſunt tanquã intereſſe.*

Uſufructuarius regulariter tenetur cavere hæredi, quòd ipſe utetur & fruetur arbitrio boni viri; ut habetur in *tit. uſufruct. quemadmod. cav.* Sed nota 1. unam cautelam pulcherrimam, quam poteſt adhibere uſufructuarius in hoc, quod ipſe dicat, *ſe fidejuſſorem invenire non poſſe, qui pro eo promittat de utendo & fruendo arbitrio boni viri*; quia tunc uſusfructus debebit apud hæredem remanere, & hæres debebit uſufructuario præſtare partem tertiam uſuræ centeſimæ, ut probatur in *Auth. de nupt. in §. ſi verò uſusfructus.* & ibi hoc notat, & tenet *Angel. collat.7.* Sed ego credo, cùm hodie uſuræ ſint prohibitæ, ut in *c.* 2. *quia in omnibus. extr. de uſuris.* & in *Auth. ad hoc. C. eod. tit.* quòd talis uſura peti non poſſit, niſi petatur tanquam intereſſe, ſicut dicitur in ſimili de emolumentis legalibus dotis, ut habetur in *cap. ſalubriter. de uſuris. & ff. ſolut. matrim. l. inſulam. §. uſuras.* & in *l. fin. §. præterea. C. de jur. dot.* & in *l. curabit. C. de act. empt.*

CVI. (74.)

Pro teſte, ut evitet interrogationem captioſam.

Summa

Summa.

1. *Quid ſibi velit interrogatio, An teſtis verum credat, de quo teſtificatus eſt?*
2. *Interrogatio captioſa à judice non admittenda.*
3. *Non præſumitur teſtis in continenti ſe voluiſſe corrigere.*

Teſtibus examinandis ſolent fieri interrogationes; de quibus habetur *in cap. cum cauſam. 2. de teſtib.* & in *l. teſtium. eod. tit.* Et inter alia aliqui cauteloſi faciunt iſtam cautelam & interrogationem:
1. *Si credit teſtis, verum eſſe id, quod teſtificatus eſt?* Et hoc faciunt; quia, ſi teſtis dicat: *quòd ſic*, non probat; quia deponit de credulitate, & non de veritate, ut habetur *in d. juribus.* Si diceret: *quod non*; videretur revocare illud, quod primò dixit; & ſic, qualitercunque reſpondeat, incidit in laqueum; ut notat *Iohan. Andr. in c. inquiſit. in verb. de credulitate. de*
2. *accuſat.* Sed tu dicas, quòd iſta interrogatio tanquam cavilloſa & captioſa non eſt admittenda. Et ſi judex ad legitimandum interrogatoria reperit talem reſponſionem, cancellet eam. Sed ſi judex impeditus eam dimitteret, & ſecundùm eam teſtis eſſet interrogatus, & reſpondiſſet affirmativè ſive negativè; dicas, quòd non nocet dicto teſtis, in quo prius de-
3. poſuiſſet de veritate: Quia nec eſt præſumptio, quòd in continenti voluerit ſe corrigere; ut *l. nam ad ea. ff de condit. & demonſtr.* niſi hoc apertè diceret, ut in *c. praterea. de teſtib. cogend.* Et hoc ultimum, quòd valeat tale dictum teſtis, & quòd non videatur ſe corrigere, tenet *Dn. Proſdocimus de Comitibus* in *cap. in omnib. de teſtibus.* ubi vide.

CVII

CVII. (74.)

Vt rectè formentur interrogationes teſtium.

Summa.

1. *Teſtis interrogatus, An res poſſit aliter ſe habere atq; dixit? ſi affirmet, non attenditur.*
2. *id quod exemplis illuſtratur.*

Alia interrogatio ſolet fieri; videlicet, *interrogetur teſtis*, ſi depoſuit aliquid aſſertivè vel negativè, *ſi poſſibile eſt, rem ſe aliter habere?* Nam ſi reſponderet, *quòd ſic*, non creditur ejus dicto, quia non concludit neceſſariò, ut in *c. præſentia. de probat.* & habetur in *l. non hoc. C. unde cogn. cum ſimil.* Pone exemplum, teſtis depoſuit, quòd *Titius tali die non fuit in tali loco*, putà in ſcholis; interrogatur, *ſi poſſibile eſt, quod ipſe fuerit?* ſi reſpondet, *quod ſic*, non probat ejus dictum. Item pone exemplum aſſertivè: Teſtis dixit, *quòd res valeat tantum & communi æſtimatione judicetur.* interrogatur, *ſi poſſibile eſſet, quod non ita judicaretur communiter?* ſi dicit, *quòd ſic*; ejus dictum non concludit. Et idem tu dicas in ſimilibus. Et iſta interrogatio eſt valdè utilis, & ſemper tu apponas in interrogationibus tuis. 1. 2.

CVIII. (74.)

Ne teſtis reſpondeat, ſi interrogetur, Cui ex litigantibus velit favere jus?

Summa.

1. *Quid reſpondendum, ſi teſtis interrogetur: Quem cuperet victorem, aut, meliorem fovere cauſam.*

1\. Una alia interrogatio eſt inventa calumnioſè circa perſonam teſtis. Nam communiter ſolet fieri interrogatio iſta, *interrogetur teſtis, quam partem vellet vincere in cauſa.* Et quia teſtis ſapiens communiter ſolet reſpondere, *quòd pars, quæ habet jus, vinceret.* Hinc cautelosi addunt aliam interrogationem; videlicet, *quam partem velles habere jus;* Cui interrogationi ſi teſtis debeat reſpondere ſecundum veritatem; non eſt dubium, quòd oportet, ut dicat, *talem.* Quia communiter quis magis favet uni parti, quàm alteri. Et ideò ejus dictum non valeret. Unde propter hoc iſta interrogatio debet dici cavilloſa & captioſa, & non eſt admittenda.

CIX. (75.)

Ne præſcriptio locum habeat.

Summa.

1\. *Promiſſio: Convenias me, quandocunq; velis quamnam præſcriptionem impediat.*

1\. Cautela, quod in contractu non nocet præſcriptio, videlicet, quòd in inſtrumento dicatur: *promitto tibi mille, & quod poſſis, quandocunq; velis, me convenire,* ut eſt caſus ſecundum *Angel. & ibi dicit in tertio Notabili. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid. ff. de adil. Edict.* fac. quod notatur in *l. item illa. §. quod adjicitur. ff. de conſtit. pecun.* & hoc intellige in qualibet præſcriptione, inducta in defectum proviſionis hominis, cui poſſit renunciari; ſecus in præſcriptione inducta mero odio negligentis; quia illi non poteſt renunciari ſecundum *Angel. in d. l. item illa,* & per *Bart. & Dd. in l. 1. ff. de uſucap.*

CX. (76.)

Quando Advocatus poſſit protelare cauſam ſalvâ conſcientiâ.

Summa.

1. *Varii modi differendi cauſam per appellationem ab interlocutoria.*
2. *Etiam in cauſa appellationis poſſe litem differri.*
3. *Quomodo differant: ſententiam dicere nullam, & ab eâ appellare.*
4. *Non utendum cautelis in cauſâ injuſtâ;*
5. *ne quis lucrando cauſam perdat animam.*

Nota ſecundum *Hubert. de Bobio.* & *Ioh. de Deo,* quòd Advocatus, qui timet de principali, debeat differre cauſam, ſi habeat divitem clientulum; & curet, ut 1. proponat reus aliquam exceptionem & ſuper ea faciat pronunciari, & poſteà appellet. *C. de appell. l. additos.* Nam admittitur appellatio, cauſa legitima in ea inſerta, ut in *c. ut debitus. de appell.* & hanc appellationem proſequatur, & ſuper ea ſtatim impetret judicem, & nuntium mittat. Nam poſtea non poterit judex revocare interlocutoriam, cùm res non ſit integra, ut not. *in cap. cum ceſſante. de appell.* & per *Specul. in tit. de except. in §. juxta.* Item ſecundum *Hubert.* amplius poterit cauſam prorogare: Quia ſi 2. in cauſa principali appellationis aliqua cauſa incidat, & judex appellationis gravet, iterum appellet; ſicut ſæpè in curia vidimus per maleficioſos procuratores. Item ſecundum *eum* adhuc longè plus poterit cauſa prorogari, ut reus, qui appellat à ſententiâ, dicat eam nullam coram judice; quod fieri poteſt, ut not.

Specul. in tit. de except. §. juxta. in verſ. ſed quid ſi à ſententia. & habetur in *clem.* 1. *de re judic.* & notat.
3. *in c. Tua. de appell.* Et ſi judex pronunciavit, *juſtam vel injuſtam*; ſtatim iterum appellet, & iterum coram judice appellationis dicat iterum, *eam eſſe nullam*, & ſic poterit centies facere. Nec enim dicitur tertio provocâſſe, cùm nullam appellationem fuerit proſecutus, & ſemper poſſit ſententiam dicere nullam, ut *ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcind. l.* 1. & 2. Item docet *Ioh. de Deo*; quod litigator ſemper inſidietur judici, & inventâ occaſione appellet; ſi non timeat expenſas, ſi dives cliens eſt. Quia

Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora.

4. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illuminat animam, nec ſublevat ægrum. Nec enim doctrina fuit non erudiendorum, ſed perdendorum auditorum, dum, quod malè didicerunt, inſinuant, *de conſecrat. diſtinct.* 2. *can. pro dilectione.* Doctrina enim mala teſtis eſt malitiæ Doctoris, *cauſ.* 1. *quæſt.* 7. *can. convenientibus.* Ita dicit *Spec. in tit. de except. §. niſi. verſ. intelligetur ſecundum Hubert. de*
5. *Bobio.* Quare iſtâ cautelâ non utaris, ubi cauſam foves injuſtam, ſed ſolùm quando juſtam, & dubitas de favore & potentiâ alterius partis: ne lucrando cauſam perdas animam, juxta notata in *c. præſentium. de teſtib. in* 6. & vide quod dicam in ſequenti cautelâ.

CXI. (76.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Vel centies appellare nos poſſe ſuper nullitate.*
2. *Si cauſa nullitatis negetur eſſe nulla, iterum appellari poteſt.*

3. *Appel-*

3. *Appellationes ſuper nullitate & ſuper iniquitate ſententiæ ſunt diverſæ.*

4. *Tribus ſententiis conformibus latis executio impediri nequit.*

5. *Unde præſtat ab initio ſententiam dicere nullam.*

6. *In bonâ causâ licitum decipere Adverſarium.*

Hubertus de Bobio docet aliam cautelam; vi- 1
delicet, ut appellans appellando & proſequendo di-
cat primam ſententiam nullam, & ſi judex appellati-
onis dicat, *eam aliquam vel juſtam*, poterit appellari
etiam centies per hanc viam, ut notat *Spec. in tit.
de appell. in §. quotiens. in verſ. item nota ſecundum
Hubert.* etiam dixi in præcedenti. Sed tu clariùs di-
cas, dando cautelam ſimilem duobus modis. Primò, 2
quòd ſi eſt lata ſententia appelles: ſi eſt lata ſecun-
do contra te in cauſa appellationis, iterum appelles:
ſi fertur tertia ſententia contra te dicas illam tertiam
nullam, quod fieri poteſt, ut in *clem. 12. de rejudic.*
Et ſi pronunciatur *aliqua*; appelles ab ipſâ pronun-
ciatione, quod fieri poteſt. Et ſi iterum in cauſa ap-
pellationis pronunciabitur contra te, appelles ſecun-
do, quod fieri poteſt: quia iſtæ duæ appellationes 3
ſunt ſuper nullitate, & duæ primæ ſunt ſuper iniqui-
tate, & ſic ſuper diverſis, per ea, quæ habentur in *c.
ult. de appell. & C. ne licet in unâ eâdemq; cauſ. ter
provoc. l. un.* Et ſi tertio pronunciabitur contra te,
dicas illam tertiam ſententiam nullam; & ſic proce-
das uſque in infinitum, ut ſupra. Et licet iſta caute-
la proſit ad litigandum, tamen non prodeſt ad impe-
diendum executionem. Quia latis tribus primis ſen- 4
tentiis conformibus ſuper negotio principali, debet
fieri executio, licet poſſit dici ſententia nulla, ut in
clem. 1. de rejud. Et ideò melior cautela videtur alio
modo ad impediendum judicium principale ſuper

locorum, videretur illa clauſula eſſe intelligenda, *ubicunq; locorum æquè diſtantiũ à loco remotiori nominato*, ut notat ſingulariter *Anthon. in d. c. 1.* Pro quo facit, quod notat *Barr. in l. ſed & ſi quis. in §. quæſitum. in 2. column. & in fin. illius. §. ff. ſi quis cautio.* & quod notat *Bald. in l. 1. §. ſed & ſi quis. C. communia. de legat.* licet in contrarium faciat, quod notat *Iac. de Arct.* & *Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. in 3.*
3. *column. C. de Epiſc. & Cler.* Item, quia propter illam clauſulam generalem *ubicunq; locorum* non poterit debitor compelli ad ſolvendum in uno loco, ſi reperiatur ibi navigans, aut etiam ſi inveniatur ibi in loco ei ſuſpecto, ubi timet potentiam adverſarii, aut etiam auſteritatem judicis perhorreſcat. Primum probatur *in l. hares abſens. §. 1. ff. de judic.* Secundum probatur in *l. de ætate. ff. ad Trebell.* Item quia dicta promiſſio recipit dictam diſtinctionem. *ff. de condict. indeb. l. qui certo loco.* ſicuti notanter dicit *Angel. in l. cum eis. ff. de leg. jud.* Ideò ad tollendam iſtam dubitationem addas in inſtrumento, dum dicitur, *ubicunq; locorum.* ſcilicet, *etiam ſi ibi reperiatur navigans, vel aliud ſimile faciens, vel etiam ſi ibi timeret potentiam adverſarij, vel auſteritatem judicis.* Item addas, *etiam ſi ibi non reperiretur*, per ea, quæ habentur in *d. l. hæres abſens. §. 1.* Item addas *& promiſit in tali loco ſolvere, & ſe ibidem perſonaliter præſentare* ſecundum *Bald. in l. Archimederam circa med. C. ut in poſſ. legat.* Ultimò addas,
4. *& dictus debitor renunciavit omnibus & ſingulis legibus, proviſionibus, privilegiis & gratiis, & ſalvis conductis tam factis, quàm fiendis, & promiſit non impetrare aliquam gratiam, vel privilegium, vel conceſſionem, vel ſalvum conductum, vel aliquid aliud in contrarium, & juravit omnia & ſingula attendere & obſervare, & non contrafacere, vel venire de jure, vel de facto ſub tali pœnâ* Ex quibus omnibus ſic
5. poteris formare promiſſionem, *quæ centum dictus debitor*

debitor promiſit ſolvere hîc Paduæ, Vincentiæ, Veronæ, Andverpiæ, vel Florentiæ, *& in dictis locis ſe præſentare, vel in aliquo ipſorum ad requiſitionem ipſius creditoris, & ubicunq; locorum quantumcunq; diſtantium, etiam ſi ibi reperiatur navigans, vel aliud ſimile faciens, vel etiam, ſi ibi timeret potentiam adverſarii, vel judicis auſteritatem, vel alterius, vel etiam, ſi ibi non reperiatur: & promiſit ſolvere omnia & integra centum & inſolidum, ubi fuerit inventus, vel ubi fuerit petitum, & dictus debitor renunciavit omnibus & ſingulis legibus &c.* ut ſupra dictum eſt,

CIII. (71.)

Vt quis conſequatur pœnam dupli in contractu appoſitam.

Summa.

1. *Stipulatio duplæ quomodo contractibus ſubjici ſoleat.*
2. *non committitur, niſi res planè fuerit avocata.*

Regulariter in inſtrumentis venditionum & aliorum tractatuum ſolet apponi pœna dupli; videlic. *& promiſit duplum nomine pœnæ, quam exigi & conſequi poſſe voluit rato manente contractu:* de quâ clauſulâ habetur in *l. 1. & per tot. tit. ff. de evict.* & in *l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pactis.* & in *l. ita ſtipulatus.* ubi ponitur, an pœna & res exigi poſſit. Sed adverte, quòd iſta pœna exigi non poteſt per emtorem, etiam re evictâ; & ſic etiam ſi eſſet condemnatus ad rem emtam reſtituendam; niſi quando res 2. vendita aberit ab ipſo emtore, & ſic ab eo fuerit avocata; ut eſt textus cum *Gloſſ. notat. in l. ſi ſervum, in pr. verſ. abeſt. ff. de act. emt.* & eſt textus cum *Gl. in verſ. reſtituto. in l. evicta. §. fin. ff. de evict.* & probatur

batur in *l. ſi ſerVus. §. 1. ff. eod.* & fac. *l. habere licere eod. tit.* Et ideò tu, qui vis agere & petere pœnam dupli, appoſitam in contractu, ſis cautus, ut patiaris primò ſententiam ferri contra te, ita quod tranſeat in rem judicatam; & ultra hoc, quòd res avocetur ab ipſo, ita quod tradas rem vincenti, ut ponatur in poſſeſſionem: aliàs ſi ageres, antequam avocetur, ſuccumberes per prædicta. Et ita aliàs ego obtinui in quæſtione facti.

CIV. (72.)

Vt impediatur examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam.

vid. infra 103.

Summa.

1. *Teſtes quando ante litem conteſtatam examiri poſſint;*
2. *ſi modò reus paratus non ſit ſuſcipere judicium.*

Tu ſcis, quòd teſtes poſſunt examinari etiam
1. lite non conteſtatâ ad perpetuam rei memoriam; quando teſtes ſunt valetudinarii, ita quòd dubitatur de morte, vel quando ſunt diſceſſuri, ut habetur in *c. quoniam frequenter. extr. ut lite non conteſtata.* & in *l. in lege Aquilia. ff. ad L. Aquil.* Sed reus, ſi vult impedire iſtam examinationem, ſit cautus, & dicat, *quòd non Vult, quòd fiat examinatio*, & offerat ſe pa-
2. ratum ſuſcipere judicium, & velle litigare, quia tunc non poterit fieri examinatio. Ita ſingulariter notatur in *Authent. de teſtib. §. & hic Verò. columm. 6.* Et eſt ratio, quia ceſſat cauſa illius examinationis tunc petitæ. Et propterea dico, quòd iſtud debet intelligi, niſi teſtes vellent diſcedere, antequam lis poſſet conteſtari, vel dubitaretur de morte ipſorum, vel ſi eſſet

ſi eſſet tempus puta feriarum, quo agi non poſſet.

CV. (73.)

Pro uſufructuario, ſi nolit cavere.

Summa.

1. *Si uſufructuarius fidejuſſorem non inveniat, quid juris?*
2. *Uſuræ prohibitæ peti poſſunt tanquã intereſſe.*

Uſufructuarius regulariter tenetur cavere hæredi, quòd ipſe utetur & fruetur arbitrio boni viri; ut habetur in *tit. uſufruct. quemadmod. cav.* Sed nota 1.
unam cautelam pulcherrimam, quam poteſt adhibere uſufructuarius in hoc, quod ipſe dicat, *ſe fidejuſſorem invenire non poſſe, qui pro eo promittat de utendo & fruendo arbitrio boni viri*; quia tunc uſusfructus debebit apud hæredem remanere, & hæres debebit uſufructuario præſtare partem tertiam uſuræ centeſimæ, ut probatur in *Auth. de nupt. in §. ſi verò uſusfructus.* & ibi hoc notat, & tenet *Angel. collat. 7.* Sed ego credo, cùm hódie uſuræ ſint prohibitæ, ut in *c.* 2.
quia in omnibus, extr. de uſuris. & in *Auth. ad hoc. C. eod. tit.* quòd talis uſura peti non poſſit, niſi petatur tanquam intereſſe, ſicut dicitur in ſimili de emolumentis legalibus dotis, ut habetur in *cap. ſalubriter. de uſuris. & ff. ſolut. matrim. l. inſulam. §. uſuras.* & in *l. fin. §. præterea. C. de jur. dot.* & in *l. curabit. C. de act. empt.*

CVI. (74.)

Pro teſte, ut evitet interrogationem captioſam.

Summa

Summa.

1. *Quid ſibi velit interrogatio, An teſtis verum credat, de quo teſtificatus eſt?*
2. *Interrogatio captioſa à judice non admittenda.*
3. *Non præſumitur teſtis in continenti ſe voluiſſe corrigere.*

Teſtibus examinandis ſolent fieri interrogationes; de quibus habetur *in cap. cum cauſam. 2. de teſtib.* & in *l. teſtium. eod. tit.* Et inter alia aliqui cauteloſi faciunt iſtam cautelam & interrogationem:
1. *Si credit teſtis, verum eſſe id, quod teſtificatus eſt?* Et hoc faciunt; quia, ſi teſtis dicat: *quod ſic*, non probat; quia deponit de credulitate, & non de veritate, ut habetur *in d. juribus.* Si diceret: *quod non*; videretur revocare illud, quod primò dixit; & ſic, qualitercunque reſpondeat, incidit in laqueum; ut notat *Iohan. Andr. in c. inquiſit. in verb. de credulitate. de*
2. *accuſat.* Sed tu dicas, quòd iſta interrogatio tanquam cavilloſa & captioſa non eſt admittenda. Et ſi judex ad legitimandum interrogatoria reperit talem reſponſionem, cancellet eam. Sed ſi judex impeditus eam dimitteret, & ſecundum eam teſtis eſſet interrogatus, & reſpondiſſet affirmativè ſive negativè; dicas, quod non nocet dicto teſtis, in quo prius de-
3. poſuiſſet de veritate: Quia nec eſt præſumptio, quòd in continenti voluerit ſe corrigere; ut *l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtr.* niſi hoc apertè diceret, ut in *c. praterea. de teſtib. cogend.* Et hoc ultimum, quòd valeat tale dictum teſtis, & quòd non videatur ſe corrigere, tenet *Dn. Prosdocimus de Comitibus* in *cap. in omnib. de teſtibus.* ubi vide.

CVII.

CVII. (74.)

Vt rectè formentur interrogationes teſtium.

Summa.

1. *Teſtis interrogatus, An res poſſit aliter ſe habere atq; dixit? ſi affirmet, non attenditur.*
2. *& id quod exemplis illuſtratur.*

Alia interrogatio ſolet fieri; videlicet, *interrogetur teſtis,* ſi depoſuit aliquid aſſertivè vel negativè, *ſi poſſibile eſt, rem ſe aliter habere?* Nam ſi reſponderet, *quòd ſic,* non creditur ejus dicto, quia non concludit neceſſariò, ut in *c. præſentia. de probat.* & habetur in *l. non hoc. C. unde cogn. cum ſimil.* Pone exemplum, teſtis depoſuit, quòd *Titius tali die non fuit in tali loco,* putà in ſcholis; interrogatur, *ſi poſſibile eſt, quod ipſe fuerit?* ſi reſpondet, *quod ſic,* non probat ejus dictum. Item pone exemplum aſſertivè: Teſtis dixit, *quòd res valeat tantum & communi æſtimatione judicetur.* interrogatur, *ſi poſſibile eſſet, quod non ita judicaretur communiter?* ſi dicit, *quòd ſic;* ejus dictum non concludit. Et idem tu dicas in ſimilibus. Et iſta interrogatio eſt valdè utilis, & ſemper tu apponas in interrogationibus tuis. 1. 2.

CVIII. (74.)

Ne teſtis reſpondeat, ſi interrogetur, Cui ex litigantibus velit favere jus?

Summa.

1. *Quid reſpondendum, ſi teſtis interrogetur: Quem cuperet victorem, aut, meliorem fovere cauſam.*

1. Una alia interrogatio eſt inventa calumnioſè circa perſonam teſtis. Nam communiter ſolet fieri interrogatio iſta, *interrogetur teſtis, quam partem vellet vincere in cauſa.* Et quia teſtis ſapiens communiter ſolet reſpondere, *quòd pars, quæ habet jus, vinceret.* Hinc cauteloſi addunt aliam interrogationem; videlicet, *quam partem velles habere jus;* Cui interrogationi ſi teſtis debeat reſpondere ſecundum veritatem; non eſt dubium, quòd oportet, ut dicat, *talem.* Quia communiter quis magis favet uni parti, quàm alteri. Et ideò ejus dictum non valeret. Unde propter hoc iſta interrogatio debet dici cavilloſa & captioſa, & non eſt admittenda.

CIX. (75.)

Ne præſcriptio locum habeat.

Summa.

1. *Promiſſio: Convenias me, quandocunq; velis quamnam præſcriptionem impediat.*

1. Cautela, quod in contractu non nocét præſcriptio, videlicet, quòd in inſtrumento dicatur: *promitto tibi mille, & quod poſſis, quandocunq; velis, me convenire,* ut eſt caſus ſecundum *Angel. & ibi dicit in tertio Notabili. in l. quod ſi nolit. §. ſi quid. ff. de ædil. Edict.* fac. quod notatur in *l. item illa. §. quod adjicitur. ff. de conſtit. pecun.* & hoc intellige in qualibet præſcriptione, inducta in defectum proviſionis hominis, cui poſſit renunciari; ſecus in præſcriptione inducta mero odio negligentis; quia illi non poteſt renunciari ſecundum *Angel. in d. l. item illa,* & per *Bart. & Dd. in l. 1. ff. de uſucap.*

CX. (76.)

Quando Advocatus poſſit protelare cauſam ſalvâ conſcientiâ.

Summa.

1. *Varii modi differendi cauſam per appellationem ab interlocutoria.*
2. *Etiam in cauſa appellationis poſſe litem differri.*
3. *Quomodo differant: ſententiam dicere nullam, & ab eâ appellare.*
4. *Non utendum cautelis in cauſâ injuſtâ;*
5. *ne quis lucrando cauſam perdat animam.*

Nota ſecundum *Hubert. de Bobio.* & *Ioh. de Deo*, quòd Advocatus, qui timet de principali, debeat differre cauſam, ſi habeat divitem clientulum; & curet, ut proponat reus aliquam exceptionem & ſuper ea faciat pronunciari, & poſteà appellet. *C. de appell. l. additos.* Nam admittitur appellatio, cauſa legitima in ea inſerta, ut in *c. ut debitus. de appell.* & hanc appellationem proſequatur, & ſuper ea ſtatim impetret judicem, & nuntium mittat. Nam poſtea non poterit judex revocare interlocutoriam, cùm res non ſit integra, ut not. *in cap. cum ceſſante. de appell.* & per *Specul. in tit. de except. in §. juxta.* Item ſecundum *Hubert.* amplius poterit cauſam prorogare: Quia ſi in cauſa principali appellationis aliqua cauſa incidat, & judex appellationis gravet, iterum appellet; ſicut ſæpè in curia vidimus per maleficioſos procuratores. Item ſecundum *eum* adhuc longè plus poterit cauſa prorogari, ut reus, qui appellat à ſententiâ, dicat eam nullam coram judice; quod fieri poteſt, ut not.

(margin: 1. beside "ferre cauſam…"; 2. beside "Hubert. amplius…")

Specul. in tit. de except. §. juxta. in verſ. ſed quid ſi à ſententia. & habetur in *clem.* 1. *de re judic.* & notat.
3. *in c. Tua. de appell.* Et ſi judex pronunciavit, *juſtam vel injuſtam*; ſtatim iterum appellet, & iterum coram judice appellationis dicat iterum, *eam eſſe nullam,* & ſic poterit centies facere. Nec enim dicitur tertio provocâſſe, cùm nullam appellationem fuerit proſecutus, & ſemper poſſit ſententiam dicere nullam, ut *ff. quæ ſent. ſin. appell. reſcind. l.* 1. *&* 2. Item docet *Ioh. de Deo*; quod litigator ſemper inſidietur judici, & inventâ occaſione appellet; ſi non timeat expenſas, ſi dives cliens eſt. Quia

Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora.

4. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illuminat animam, nec ſublevat ægrum. Nec enim doctrina fuit non erudiendorum, ſed perdendorum auditorum, dum, quod malè didicerunt, inſinuant, *de conſecrat. diſtinct.* 2. *can. pro dilectione.* Doctrina enim mala teſtis eſt malitiæ Doctoris, *cauſ.* 1. *quæſt.* 7. *can. convenientibus.* Ita dicit *Spec. in tit. de except. §. niſi. verſ. intelligetur ſecundum Hubert. de*
5. *Bobio.* Quare iſtâ cautelâ non utaris, ubi cauſam foves injuſtam, ſed ſolùm quando juſtam, & dubitas de favore & potentiâ alterius partis: ne lucrando cauſam perdas animam, juxta notata in *c. præſentium. de teſtib. in* 6. & vide quod dicam in ſequenti cautelâ.

CXI. (76.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Vel centies appellare nos poſſe ſuper nullitate.*
2. *Si cauſa nullitatis negetur eſſe nulla, iterum appellari poteſt.*

3. Appel-

3. *Appellationes ſuper nullitate & ſuper iniquitate ſententiæ ſunt diverſæ.*
4. *Tribus ſententiis conformibus latis executio impediri nequit.*
5. *Unde præſtat ab initio ſententiam dicere nullam.*
6. *In bonâ causâ licitum decipere Adverſarium.*

Hubertus de Bobio docet aliam cautelam; videlicet, ut appellans appellando & proſequendo dicat primam ſententiam nullam, & ſi judex appellationis dicat, *eam aliquam vel juſtam*, poterit appellari etiam centies per hanc viam, ut notat *Spec. in tit. de appell. in §. quotiens. in verſ. item nota ſecundum Hubert.* etiam dixi in præcedenti. Sed tu clariùs dicas, dando cautelam ſimilem duobus modis. Primò, quòd ſi eſt lata ſententia appelles: ſi eſt lata ſecundo contra te in cauſa appellationis, iterum appelles: ſi fertur tertia ſententia contra te dicas illam tertiam nullam, quod fieri poteſt, ut in *clem.* 12. *de rejudic.* Et ſi pronunciatur *aliqua*; appelles ab ipſâ pronunciatione, quod fieri poteſt. Et ſi iterum in cauſa appellationis pronunciabitur contra te, appelles ſecundo, quod fieri poteſt: quia iſtæ duæ appellationes ſunt ſuper nullitate, & duæ primæ ſunt ſuper iniquitate, & ſic ſuper diverſis, per ea, quæ habentur in *c. ſua. de appell. & C. ne licet in unâ eâdemq; cauſ. ter provoc. l. un.* Et ſi tertio pronunciabitur contra te, dicas illam tertiam ſententiam nullam; & ſic procedas uſque in infinitum, ut ſupra. Et licet iſta cautela proſit ad litigandum, tamen non prodeſt ad impediendum executionem. Quia latis tribus primis ſententiis conformibus ſuper negotio principali, debet fieri executio, licet poſſit dici ſententia nulla, ut in *clem.* 1. *de rejud.* Et ideò melior cautela videtur alio modo ad impediendum judicium principale ſuper

(margin numbers: 1, 2, 3, 4)

principali, & impediendum executionem, hoc mo-
5. do, videlicet, quia, ſi feratur prima ſententia contra te, non appelles, ſed dicas eam nullam, quod fieri poteſt, ut in *l. ſi expreſſim. ff. de appell. & ibi not.* Et ſi pronunciabitur *aliqua*; appelles ab iſtâ ſententiâ: & ſi iterum pronunciabitur *aliqua*, licet non poſſis amplius appellare, tamen potes iſtam ultimam ſententiam dicere, *eſſe nullam*: & ſic proceditur millies. Circa prædicta vide notata *in clem.* 1. *de re judic.* &
6. notat in *clem. fin. de appellat.* Sed dictâ cautelâ non utaris, niſi fovens juſtam cauſam in principali. Nam ſi foveret juſtam, videtur, quòd tali cautelâ quis poſſet uti per *Gloſſ. notab. in c. cupientes. in verbo malignantes. de elect. in* 6. & vide quod ibi notatur circa hoc. & per *Gloſſ. notab. cauſ.* 16. *q.* 1. *can. Prædicator.* ubi habetur, *quòd licitum ſit foventi juſtam cauſam decipere adverſarium, & per indirectum ipſum vincere, dummodo mendacium vel perjurium non interveniat.*

CXII. (77.)

Pro appellante, ſi judex non admittat exceptionem.

vid. infr. 204.

Summa.

1. *Formula appellandi, ſi judex à quo rejiciat exceptionem & ſententiam velit exequi.*

Quia in præcedentibus dictum eſt de appellationibus; videamus etiam aliam cautelam in eâdem materiâ. Nam ille, qui vult appellare, debet eſſe cautus, quòd, ſi judex non vult admittere aliquam exceptionem, ut ipſe nihilominus proponat excepti-
1. onem ſuam; & ſi judex eam admittit, benè eſt; ſi non admittit, vel rejicit expreſsè vel tacitè, procedendo ad ulteriora; debet tunc appellare hoc modo, videlicet

delicet, *quia judex non admiſit exceptionem ſuam propoſitam, immò eam rejicit expreſſè vel tacitè; ideò appellat, ne judex procedat ulterius in tali causâ.* ſed ſi ſolummodo allegatâ exceptione & eâ non rejectâ tacitè vel expreſsè, licet non admiſſa, appellaretur, ne procedatur in causâ; talis appellatio non valeret. Iſta omnia probantur in *c. dilectio. de appellat.* & ibi per omnes *Doctores.* & not. *Ant. de Butr. & Dd. in c. interpoſita. in princ. de appell.*

CXIII. (77.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Quid appellanti proſit, ſi exceptionem in continenti poſſit probare?*

Eſt & alia cautela, quòd ille, qui objicit exceptionem coram judice, offerat ſe eam probaturum in continenti, ſi poteſt: quia tunc, ſi non admitteretur 1. talis oblatio, appellatio interpoſita propter hoc juſtificaretur, ſolùm probando, *quòd ſe obtulerit, & non fuit admiſſus*; ubi aliàs teneretur probare, *exceptionem oppoſitam eſſe veram*: ut eſt textus *in d. cap. interpoſita. in princ.* & ibi hoc notat *Gloſſ. in §.* 1. & notant omnes *Doctores in princ.*

CXIV. (77.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Si judex dubitet de admittendâ exceptione, quid appellanti ſpectandum?*

Eſt etiam circa idem alia cautela, quando aliquis opponit unam exceptionem coram judice; & judex

eam non rejicit nec tacitè nec expreſsè, nec etiam admittit, ſed dicit, *quòd dubitat, & quòd vult habere conſilium*, ſicut ſæpè fit, & tenet in verbis illum objicientem exceptionem. Nam tunc cautela eſt, quòd
1. objiciens exceptionem requirat judicem cum intervallo temporis congruo, & ſi non aliter declaret, elapsâ tertiâ requiſitione, poterit appellari, & non ante; *arg. c. 1. de ſuppl. neglig. Prælat.* & ita dicit notabiliter *Anthon. in c. dilectio.* & notat ibi *Ab. Siculus in c. intimâſti. eod. tit.* & ſi tu vis videre alias cautelas in materia appellationum, vide plenè per *Specul. in tit. de appell. §. qualiter. verſ. in ſumma nota in ſecunda parte Speculi.*

CXV. (78.)

Pro appellante, ſi judex copiam ſui non faciat.

Summa.

1. *Si judicis- à quo copia haberi nequit, ſufficit adiiſſe judicem- ad quem.*
2. *vel coram Notario & teſtibus appellâſſe.*

Quia in lectione ſequenti legemus *in c. fin. de appell.* videamus circa ipſam aliquas cautelas, quando quis non poteſt appellare, vel appellationem interponere coram judice-à quo, ſicut regulariter debet in-
1. terponi, *ut l. 1. ff. quand. appell. ſit.* Una cautela eſt procedens ex remedio univerſali, quo cavetur, quando ex aliqua cauſa non poteſt haberi copia judicis- à quo, quòd adeatur judex- ad quem, & coram eo tantummodò appelletur, quod ſufficit; textus eſt valdè notabilis *in l. 2. §. dies. ff. quand. appell. ſit.* In caſu autem noſtro non dicitur habere copiam judicis- à quo, ex quo cum ſecuritate & quoquo modo ſine periculo haberi non poteſt. *arg. l. nepos Proculo. ff. de verb.*

V. S. & *arg. eorum, quæ habentur in c. ex parte.* 1. *de app.* & in *l. expreſsim. ff. eod.* Secunda cautela eſt, quod ti- 2.
mens appellationem interponere, proteſtetur infra decem dies in præſentiâ bonorum virorum & tabellionis; putà duarum perſonarum honeſtarum, vel coram duobus Prælatis vel Religioſis per text. *in c. paſtoralis.* §. 1. *ibi coram publicis & honeſtis perſonis. de offic. ordin.*

CXVI. (79.)

Pro Electoribus, ut conſtituto tempore electionis præſtò ſint.

Summa.

1. *Si præfinitâ electionis horâ quidam Electorum non adſint, præſentium electio valet.*
2. *Et id quod præjudicio firmatur.*
3. *idem obtinebit in diviſione faciendâ.*

In electionibus quidam adhibent iſtam cautelam. Nam convenientibus Canonicis vel aliis, ad quos ſpectat electio de jure, vel ex commiſſione in eos facta, faciunt deliberari, ut hora tertiarum vel miſſæ & certâ aliâ horâ conveniant in tali loco ad electionem celebrandam, & hoc ſcribi faciunt: unde ſi 1.
poſtea unus vel aliqui ipſorum conveniant & eligant illâ horâ, valet electio etiam aliis abſentibus; ut ſingulariter notat *Innocent. in c. cum Vobis. de Elect. in Gloſſ. ſed nunquid.* Et ita tenet *Tancred. de Corneto in quodam ſuo Opere judiciali in ult. parte in Verſ. 15. quæritur. in fin.* ubi dicit, *quod ita Vidit ſerVari de facto* 2.
in quâdam electione, in quâ duo Electores ſtatuerant horâ Veſpertinâ electionem celebrare. Poſteà uno eorum aliquantulum retardante in Veniendo, alter fecit pulſare ad Veſperas, qui prius Venerat, & elegit

3. *ſolus, & ejus electio fuit confirmata.* Quod ſingulariter nota & maximè, quando ſunt plures Fratres, qui volunt venire ad diviſionem, & ſtatuunt certam horam, quâ debeant intereſſe. Nam ſi unus vel aliqui eorum non reperientur horâ deputatâ, alii poſſunt facere diviſionem; & valet diviſio: & idem dicas in ſimilibus.

CXVII. (80.)

De utilitate & effectu excommunicationis; & An ab eâ liceat appellare, aut ſi aliàs appellatio prohibita ſit?

Summa.

1. *Debitor excommunicatione ad ſolutionem cogi poteſt.*
2. *maximè ſi unà & illi excommunicentur, qui cum eo commercium habent.*
3. *Si excommunicator nolet petentem abſolvere, hic appellare poteſt.*
4. *Ubi appellatio removetur, licitum nihilominus eſt ſuper gravamine ſupplicare;*
5. *quin imò neque appellatio prohibetur;*
6. *ſed tantùm executio.*
7. *Excommunicatus, niſi intra annum abſolutionem impetraverit, amittit jus ſuum;*
8. *& reliqua omnia beneficia.*

Volo tibi dare quatuor cautelas notabiles & utiles in materia excommunicationis. Et prima ſit iſta,
1. per quam habes optimum remedium compeſcendi Laicos, & inducendi eos ad ſatisfactionem pro injuria perſonali illata Clerico. Nam judex Eccleſiaſticus ad querelam Clerici læſi poteſt denunciare malefactorem

factorem illum excommunicatum. *cauſ.17.qu.4.c. ſi quis ſuadente Diabolo.* & compellere populum ad evitandum illum. Et dico, quòd iſta erit optima cautela, ut judex tempore denunciationis excommunicet omnes, qui ſecum communicaverint ante abſolutionem. Nam timore excommunicationis evitabitur ab omnibus, ubi hodie communiter non evitatur. Quia communicantes non incurrunt niſi minorem excommunicationem. ut in *c.2. extr. de except.* & quòd talis ſententia poſſit ferri, vide *Iohan. Andr. in c. ſtatutum. de ſent. excomm. in* 6. licet textus ibi benè ponderatus videatur primâ facie velle contrarium, ut dicit *d. Nicol. Abb. Siculus in c. pervenit. 1. extr. de appell.* Et idem tu facias in ſimilibus, quando habes debitorem tuum excommunicatum; qui non vult ſolvere; non facias eum ſimpliciter excommunicatum denunciari, ita quòd ab omnibus evitetur, juxta notata *c. paſtoralis. §. 1. de appell.* quia talis denunciatio tunc parum ſolet timeri, ex quo communicantes cum eo ſolùm incurrunt minorem excommunicationem, ut habetur in *d.c.2.* Et ideò ſis cautus, ut facias ultra denunciationem evitationis; quòd denuncietur etiam, *quòd, ſi quis communicaverit cum eo, ſit excommunicatus.* Quia tunc intelligitur excommunicatus majori excommunicatione, ut in *c. penult. de ſentent. excomm.* & ſic magis timetur; quod benè nota. 2.

Secunda cautela eſt, quòd regulariter, quando quis eſt excommunicatus, non poteſt appellare à ſententiâ excommunicationis, etiam infra decem dies, quia quamprimum eſt lata, trahit ſecum executionem, ut eſt caſus in *d.c. Paſtoralis. §. 1. de appell.* & nota in *c. ad reprimendam. de offic. ordin.* Sed cautela eſt ſecundum *Abbat. antiquum*, quem ſequuntur omnes *Doctores in d.c. ad reprimendam.* quòd excommunicatus infra decem dies compareat coram excommunicatore, & petat *ſe abſolvi; quia excommunicatio* 3.

municatio eſt injuſta: ſi non abſolvat eum; ab iſta denegata juſtitia, & ſic ab iſto ſecundo gravamine poterit appellare; quod eſt benè notandum.

Tertia cautela ad idem eſt; quando in delegatione apponitur clauſula *appellatione remotâ*, vel
4. quando in ſtatutis dicitur, *quòd in tali caſu non poſſit appellari*, & in illo feratur ſententia contra unum. Nam tunc non obſtat dicta clauſula, vel dictum ſtatutum; quia poterit per viam querelæ adire ſuperiorem; qui ſi viderit, quòd appellans fuerit gravatus injuſtè, poterit hujuſmodi gravamen emendare; ut eſt caſus, qui ita intelligitur ſecundum unum in-
5. tellectum, in *d. c. Paſtoralis. in princ. de appell.* Sed, prout intelligo illum textum, alia eſt cautela & utilior; quòd gravatus per ſententiam appellet, & adeat Superiorem, id eſt, Iudicem appellationis, & ſibi oſtendat, quòd ſit gravatus per ſententiam injuſtè, quia tunc judex appellationis poterit & debebit emendare gravamen, id eſt, pronunciare malè judicatum. Et ſic appellatio iſta proderit reſpectu judicis
6. appellationis, licet non reſpectu judicis à quo. Quia ille judex, à quo, antequam pronuncietur per judicem appellationis, poterit ſuam ſententiam exequi, non obſtante appellatione; & hoc operabitur dicta clauſula & dictum ſtatutum prohibens appellationem. Et iſte eſt propriè caſus, qui ita debet intelligi in *d. cap. Paſtoralis. in princ.* Et ita aliàs diſputando ſuſtinui.

Quarta cautela eſt, quando tu habes debito-
7. rem tuum excommunicatum, & tibi non vult ſolvere; quia non curat de excommunicatione; & dubites, ne infringatur tibi ſententia condemnatoria; Cautela eſt, quòd tu expectes, quòd labatur annus à die excommunicationis. Quia ex quo per annum ſtetit in excommunicatione, perdit causã. *cauſ. 11. q. 3. c. rurſus.* Quod intellige, ſi poterit invenire excommunicatorem ſuum infra annum; aliàs ſecus, ut ibi habetur,

habetur, & notat. *Gloſſ. penult. in fin. in c. Paſtoralis. in §. Præterea. de offic. ordin.* Item debet privari be- 8.
neficio ſuo, ſi quod habeat, ut *d can. rurſus.* & hoc notat etiam *Gloſſ. in c. cum bona. in* ℣*erſ. triennio. de ætat. & qualit.* & ibi ponitur de iſta materia. Item habetur pro hæretico, ut eſt text. *cum Gloſſ. fin. in c. cum contumacia. de hæret. in 6.* & ideò ſit cautus ille, qui eſt excommunicatus propter debita, vel ob aliam cauſam; ut procuret ſe abſolvi infra annum, ſi poteſt habere ſuum excommunicatorem, ne incidat in pœnas prædictas.

CXVIII. (81.)

Ut creditor potiùs intentet Salvianum interdictum, quàm hypothecariam.

Summa.

1. *Utile Salvianum interdictum cuilibet creditori competit.*
2. *etiam contra extraneum poſſeſſorem.*
3. *Hypothecaria non eſt momentaneæ poſſeſſionis;*
4. *unde ab eâ appellari poterit.*
5. *Quin & potiorem requirit probationem atque interdictum Salvianum.*

Quando quis vult vindicare vel revocare rem ſui debitoris, alteri alienatam, quæ eſt ſibi obligata; cautela eſt, quòd potius intentet Salvianum interdi- 1.
ctum, quàm actionem hypothecariam. Quia Salvianum utile interdictum competit cuilibet creditori; directum autem pro rebus coloni invectis & illatis. Item utile in rebus inquilini competit locatori, & etiam cuilibet alteri creditori, ut videtur eſſe caſus

caſus in *l.* 1. *C. de Salvian. interd.* in eo, quòd dicit *debitor* ſimpliciter, & ibi hoc notat *Bart.* in eo, quòd ibi dicit, *quaſi Serviana*, quæ competit cuilibet creditori, ut habetur in *§. Item Serviana. Inſtit. de action.* &
2. per *Gloſſ. in d. l.* 1. Item competit Salvianum interdictum, non tantùm contra debitorem, & ejus hæredem, ut *d. l.* & ibi *Bald.* ſed etiam competit conpetit contra quemlibet extraneum poſſeſſorem; ut eſt text. *in l.* 1. *§* 1. *ibi*: *adverſus extraneos. ff. de Salvian. interd.* de hoc etiam tenet *Bart.* & *Salicet. in*
3. *d. l.* 1. *C. eod. tit.* Et utilitas etiam hujus eſt in hoc, quòd Salvianum interdictum eſt poſſeſſorium; non a. actio hypothecaria Nam licet avocet poſſeſſionem, ut habetur in *l. ſi cum venditor. ff. de evict.* tamen non eſt momentaneæ poſſeſſionis, ſed ſapit naturam petitorii; ita dixit ſingulariter *Bald.* & *Salicet. in d. l.* 1. *C. de Salvian. interdict.* & *Bart. in d. l.* 1. *ff.*
4. *eod. tit.* Ex quo ſequitur, quòd, cùm à ſententiâ latâ in cauſâ momentaneæ poſſeſſionis non poſſit appellari, ut in *l. unic. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. app.* in Salviano interdicto appellari non poterit; ſed à ſententiâ latâ ſuper hypothecaria ſic, ut notant *Bart.* & *Dd. in d. l.* 1. *ff.* & *C. de Salv. interdict.* Item; eſt
5. alia utilitas in modo probandi: quia intentans Salvianum interdictum, quod eſt merè poſſeſſorium, non habet neceſſe dicere *rem eſſe obligatam*, & docere de obligatione; ſed ſufficit probare *rem eſſe poſſeſſam ab illo, qui obligavit.*; ſed in hypothecariâ debet probari, *rem, quæ petitur, fuiſſe hypothecatam*, & *fuiſſe in bonis debitoris*, ut habetur pleniſſimè per *Gloſſ. Cyn.* & *Dd. in l. cum res. C. ſi alien. res pign. dat. fuer.* & per *Bart. in l. rem alienam. ff. de pign. act.* & propterea non intentes hypothecariam, ſed Salvianum interdictum, ſi concurrunt ea, quæ requiruntur, & habentur in Salviano interdicto in *d. l.* 1. *ff.* & *C. de Salvian. interdict.*

&c.

CXIX.

CXIX. (82.)

Pro ſpoliato, ut ante omnia reſtituatur.

Summa.

1. *Spoliatus non reſtituitur, ſi patiatur agentem probare de dominio &c.*

Regula eſt, quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, ut *l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad L. Iul. de Vi. & c. 1. de reſtit. ſpol.* etiam ſi ſpoliatus eſſet prædo, ut eſt text. *in c. in literis. eod. tit.* quod intellige, niſi ſpoliatus patiatur agentem probare de dominio, 1. vel de jure ſuo: quia tunc ſpoliatus non eſſet reſtituendus, ut eſt caſus in *d. c. 1.* Et ideò cautela eſt, quando ſpoliato opponitur de dominio, vel de jure agentis; ſpoliatus opponat & dicat; *Domine judex, ego non conſentio, nec debetis ipſum audire*: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. Quo caſu, etſi probaretur de dominio, debet reſtitui, ut notatur in *d. c. 1.* & per *Innocent. in c. fraternitatis. de frig. & malef.* & in *c. cum Bertoldus. de re judic.*

CXX. (83.)

Vt valeat compenſatio de liquido ad non-liquidum.

Summa.

1. *Liquidi & non-liquidi interdum eſt compenſatio;*
2. *ſcilicet, ubi debitum liquidum eſt per confeſſionem partis.*

Scis,

Scis, quòd vulgariter dicitur, *quòd de liquido ad non liquidum non debet fieri compenſatio*, ut habetur in *l. fin. C. de compenſat.* & in *§. in bonæ fidei. Inſt.*
1. *de act.* ſed ego do tibi unam cautelam ſingularem, per quam de liquido ad non liquidum poterit opponi compenſatio, & liquidum non poterit interim exigi; & factâ probatione de non liquido debebit fieri compenſatio. Et cautela eſt iſta. Si unus petat à te decem, in quibus verè es debitor, & ipſe etiam tenetur tibi in alia decem, vel in majori vel in minori ſumma; ſi poteſt probare adverſarius, quòd ſis debitor ſuus, confitearis in continenti debitum, & opponas compenſationem pro eo debito & eâ quantitate, pro quâ adverſarius eſt debitor tuus. Et licet adverſarius neget debitum, tamen valebit oppoſitio compenſationis; & interim non poterit à te exigere, ſed debebit te expectare, quòd tu probes, vel non probes du-
2. bium negatum. Nec obſtat dicta regula, *quod de liquido ad non liquidum non fiat compenſatio.* Quia debet intelligi, quando illud eſt liquidum per teſtes, vel alias probationes, ſecus ſi eſſet liquidum per confeſſionem partis; ut eſt text. cum *Gloſſ. valdè notab. in l. fin. verſ. convicta. C. de compenſat.* & ibi hoc notat & tenet *Cyn in 9. quæſt.* & eſt alia *Gloſſ. ſimilis. in l. nemo ex his. ff. de reg. jur.* Quod nota; quia multi judices imperiti ſervant contrarium, & malè.

CXXI. (84.)

Pro actore, ut extrajudicialiter reum interpellet.

Summa.

1. *Interpellatio extrajudicialis non eſt de neceſſitate, ſed tantùm de urbanitate;*
2. *Debitor non interpellatus quando teneatur ſolvere expenſas.*

In

In libellis ſolet communiter apponi una clauſula, *quod adverſarius fuit interpellatus ſæpè & ſæpius extra iudicium, ut faceret illud , quod petitur; quod facere ſemper recuſavit:* quæ clauſula ſecundum aliquos non eſt neceſſaria. Quia interpellatio ſimpliciter non eſt neceſſaria; ſed de urbanitate, *l. quidam Hiberus. ff. de ſervit. urb. præd.* ubi textus dicit: *loquaris cum Hibero.* Sed tu dicas, quòd imò utile eſt & cautum, quod apponatur. Quia, ſi debitor non eſt conſtitutus in morâ, ſaltem per interpellationem extrajudicialem , & vocatur ad judicium; non tenetur ad aliquas expenſas, ſi immediatè recepto libello dixerit, *ſe velle ſolvere vel cedere liti, & non contendere.* Hoc dicit notabiliter *Specul. in tit. de rei vindicat. §. 1. & Angel. in l. 1. C. de obſequ. patr. præſt. & Angel. Aretin. Inſt. de act. §. itaque.* Et propterea cautela eſt, ut primò, antequam convenias debitorem tuum, interpelles ipſum; qui ſi non ſolverit, & convenias ipſum, tenetur ad expenſas, etiam ſi in continenti confiteatur debitum: & propter iſtam rationem dicta clauſula ſolet apponi in libellis, & benè. 1. 2.

CXXII. (85.)

Pro ſocio, qui in rem communem ſumtus neceſſarios fecit.

Summa.

1. *Niſi ſocius intra 4. menſes alteri refundat expenſas, amittit dominium partis ſuæ.*

Sæpè contingit, quòd duo fratres vel ſocii, qui habent unam rem communem , puta domum , vel molendinum, quæ res indiget reparatione; & unus eorum vult reficere, & alter eorum non vult contribuere ad expenſas. Cautela eſt multum ſingularis & utilis, quòd ille reficiat rem, qui vult ſuis ſumtibus 1.

K & petat

& petat ſumtus ſibi reſtitui ab alio ſocio; quia ſi ſocius recuſavit reficere rem, nolendo contribuere pro parte ſuâ, & factâ refectione per alium, non ſatisfecerit pro parte ſuâ reficienti etiam cum uſuris, vel cum intereſſe, perdit dominium ſuæ partis poſt quatuor menſes, & applicatur reficienti; ut eſt caſus valde notabilis in *l.* 4. *C. de ædific. privat.* & in *l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio.* Et ita notat & tenet dictus *Angel. Inſtit. de act. §. ſequens.* & ideò ſint benè cauti ſocii tàm reficiens, quàm nolens reficere per prædicta.

CXXIII. (86.)

Quando tacens habeatur pro conſentiente.

vid. infr. 291.

Summa.

1. *In judiciis tacens videtur conſentire.*
2. *unde diſſenſum ſuum quis declarare debet;*
3. *imò interdum & appellare.*

Eſt dubium, an tacens videatur conſentire; ut habetur in *regula juris Qui tacet &c.* & in *l. filiusfam. §. invitus. ff. de procurat.* & per *Bart.* plenè in *l. qui dotis. in fin. ff. ſolut. matrim.* ſed vera conclu-
1. ſio eſt, quòd in judiciis tacens videtur conſentire, ut notat *Bart.* ſingulàriter *in l.* 1. *C. de relat.* Et ideò cautela eſt, quando fit aliquis actus in judicio contra unum, ut ille ſemper reſpondeat, & dicat, *quòd ipſe non conſentit.* Et ideò boni procuratores faciunt ſcribi,
2. *me præſente, & non conſentiente*, ut dicit *Bart. in d. l.* 1. vel meliùs eſt dicere, *quòd in parte & in partibus, facientibus pro ſe, conſentit; & in parte & in partibus,*

bus, facientibus contra ſe ; non conſentit. Et iſtud procedit, quando actus fit per adverſarium ; ſed, ſi actus fiat per judicem in judicio contra unum , non ſufficit, quòd ipſe contradicat, niſi appellet ; ut ſingulariter dicit *Innocent. in c. quod ad conſultationem. de re judic.* & ſequitur *Angel. de Peruſ.* & *Ioh. de Imol. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell.* Circa hoc tamen vide textum , qui videtur in contrarium. & ibi *Bald.* & *Paul. Caſtrenſ. in Auth. ſi quis litigantium. in verſ. contradicat. C. de Epiſcop. audient.* Sed tu dic, ſi actus fit per partem in judicio ; ſufficit dicere, *non conſentio* : ſed ſi fit per judicem, & tunc aut eſt talis actus, à quo poteſt appellari, ita , quod ſi non appelletur, tranſit in rem judicatam, & tunc nòn ſufficit dicere : *ego non conſentio*, niſi appelletur. Et ita intelligit *Innocent.* Aut ab actu judicis non poteſt appellari, ſicut regulariter ab interlocutoria , quia de jure civili non appellatur; & non requiritur appellatio, ſed ſufficit contradictio. 3.

CXXIV. (87.)

Tutiùs relinqui legatum in codicillis, quàm in teſtamento.

vid. infra 215.

Summa.

1. *Teſtamentum majori ſolennitate fit, quàm fiunt codicilli.*
2. *Teſtamentum per poſterius rumpitur, non item codicilli.*

Si aliquis velit tibi relinquere certam partem bonorum ſuorum, quid eſt melius , aut utilius ? an quòd relinquat per codicillos, an verò per teſtamentum ? Et primâ facie videtur, quòd ſit meliùs ; quòd 1.

relinquat per teſtamentum; quia illud fit cum majori ſolennitate, quàm codicilli; ut probatur *in l. hâc conſultiſſimâ. C. de teſtam.* conjuncta. *l. fin. C. de codicill.* Sed tu dicas, quòd ſit tutius & cautius, relinquere per codicillos, quàm per teſtamentum; niſi fortè quis vellet inſtituere heredem, quod in codicillis fieri non poteſt. *l. hereditatem. C. de codicill.* Et
2. eſt ratio, quia teſtamentum per aliud teſtamentum ſemper rumpitur, ut in *l. ſancimus. C. de teſtam.* & in *l. ſi quis. in princ. ff. de legat.* 3. ſed codicilli primò facti non tolluntur per alios codicillos, qui fierent poſteà; neque per aliud teſtamentum ſequens, niſi expreſsè hoc dicat; ut eſt textus *Inſtit. de codicill. §. non ante.* & notat *Specul. in tit. de inſtrum. edit. in §. compendioſè. Verſ. ſed id conſidera.* & quòd tutius ſit relinquere per codicillos, reſponſione prædictâ tenet *Specul. tit. prædicto de inſtrum. edit. §. viſo. de impugnatione. Verſ. & nota quòd tutius eſt:* & ideò ſis cautus, quòd conſulas, ut potius relinquatur per codicillos, quàm per teſtamentum.

CXXV. (88)

Pro teſtatore, ut teſtamentum eò melius probetur.

Summa.

1. *Teſtamenta clauſa quare minùs tuta.*
2. *In teſtamentis juvat recognitionem ſubſcriptionis & ſigillorum à teſtibus fieri coram Notario & aliis teſtibus.*
3. *idem eſt, ſi ipſa ſubſcriptio fiat præſente Notario.*
4. *aut, ſi teſtator curet, publicationem teſtamenti fieri ſe vivo.*

Multi

Multi nolunt, quòd ſua ultima voluntas ſit nota aliis, niſi poſt mortem ſuam propter aliquam juſtam cauſam; ut habetur *Inſt. de pupill. ſubſt. in §. ſi quis autem formidoloſus*; & faciunt teſtamentum in ſcriptis clauſum, ſigillatum & ſubſcriptum, juxta *L. hâc conſultiſſimâ. in princ. C. de teſtam.* ſed tu advertas, & ſis cautus, quia periculoſum eſt facere talia teſtamenta. Nam ſi moreretur vivo teſtatore, vel etiam poſt mortem ante ejus aperturam unus de teſtibus, qui non poſſet recognoſcere ſubſcriptionem & ſigillum, non valeret teſtamentum; ut ſingulariter notat *Bart. in l. 2. in princ. ff. quemadm. teſtam. aper.* Et propterea uti debes hâc cautelâ, quâ ſæpiſſimè uſus ſum, ut teſtator convocet unum Notarium, qui non ſit de teſtibus ſupradictis, & duos vel tres alios teſtes, & faciat, quòd quilibet dictorum teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt, & ſigillaverunt, recognoſcant ſuas ſubſcriptiones & ſigilla in præſentia dictorum duorum aut trium teſtium & dicti Notarii: & roget Notarium, *ut conficiat inſtrumentum de dicta recognitione ſubſcriptionum & ſigillorum*; & erit ſecurus. Quia non erit opus aliâ recognitione, & hoc modo non erit periculum, de quo ſupra. Vel poteſt etiam alio modo provideri, videlicet, quòd teſtator in principio, quo ſe ſubſcribunt teſtes, & ponunt ſigilla, adhibeat Notarium & teſtes, qui ſunt rogati de dictâ ſubſcriptione & ſigillatione; & de hoc fiat ſcriptura publicâ; quia illa probabit ſufficienter. & hoc ponit *Bart. in d. l. 2. in princ.* ſed præcedens cautela melior eſt. Tertiò poſſet etiam aliter provideri, quando teſtator vellet teſtari in ſcriptis & non curaret, quòd teſtamentum eſſet ſecretum: quia tunc poſſet facere, publicationem fieri eo vivo; ut notat *Bart. in d. l. 2. in §. ſi dubitetur.* Circa quod adde, quod dicitur in ſequenti cautela.

(Margin numbers: 1. beside "ſcriptis clauſum"; 2. beside "aper."; 3. beside "ſtator in principio"; 4. beside "caútela melior eſt".)

CXXVI. (89.)

Ne quis nudis chirographis confidat.

Summa.

1. *Chirographum, niſi tribus teſtibus ſubſcriptum, non valet.*
2. *ꝯ valet, ſi ſcribatur à Notario, vel ſi ſigillum promittentis apponatur.*

Mercatores de mercibus ſuis ſæpiſſimè non faciunt conficere inſtrumenta publica, ſed ſcripturam privatam faciunt; quæ dicitur *chirographum*, vel et-
1. iam vulgò appellatur *ſcriptura de manu.* Sed eſt periculoſum, confidere de dicto chirographo, in quo requiritur, quòd fiat ſubſcriptio trium teſtium, aliàs non valet, quando eſt ſcriptura privata, non confecta manu Notarii, vel perſonæ publicæ; ut eſt textus in *Auth. ſi quis vult. C. qui pot. in pign. hab.* Nam ſi aliquis teſtis, qui ſe ſubſcripſit, moriatur; illud chirographum nihil probabit, niſi, ut dixi, ſit ſcriptum
2. per manum publicam, vel habeat ſigillum appenſum, ut eſt caſus notabilis in *c. 2. de fid. inſtrum.* & ibi ponitur per omnes *Doctores* de iſtâ materiâ, & eſt *Gloſſa* notabilis, quæ ita dicit in *c. inter dilectos. in verbo: publica manu. eod. tit.* Et ideò tu ſis cautus, quòd non recipias chirographum, niſi ſit ſcriptum de manu Notarii, ad hoc rogatis præſentibus teſtibus; vel niſi apponatur ſigillum promittentis; ſed ſi poteris facere, conficere publicum inſtrumentum facias. Facit ad hoc, quod dictum eſt in præcedenti cautelâ.

CXXVII. (90.)

Pro cæco teſtatore; & ne teſtium aliquis ante peractam ſubſcriptionem diſcedat.

Summa.

1. *In teſtamento cæci præcedere debet hæredis inſtitutio.*
2. *& neque teſtes ante finem ſubſcriptionis diſcedere.*

In teſtamentis olim debebat præcedere hæredis inſtitutio; ut *Inſtit. de legat. in §. ante hæredis.* hodie verò communiter ſolet ſequi legata, dicendo: *in omnibus aliis ſuis bonis &c.* ut in *d. §. ante hæredis.* Sed caveas, quia etiam hodie requiritur, quòd præcedat inſtitutio hæredis in teſtamento cæci, & niſi præcedat, non valet teſtamentum, ut eſt caſus in *l. hâc conſultiſſimâ. C. qui teſtam. fac. poſſ.* ubi ponitur forma teſtandi per cæcum, & Imperator mandat, quod illa forma ibi tradita debet obſervari, quæ eſt, ut prius hæredis inſtitutio præcedat. Et hoc tenet ibi *Cyn. & Dd.* licet aliqui contrà. Sed ut evites opiniones & periculum, facias, quòd præcedat hæredis inſtitutio. Eſt etiam aliud periculum in teſtamento cæci, & in quocunque alio teſtamento in ſcriptis; quia non valet, niſi omnes teſtes fuerint præſentes uſque ad finem, donec omnes ſe ſubſcripſerint & ſigillaverint. Et ideò cautela eſt, quòd claudantur in camera, ita quòd non poſſint exire, & ſtent præſentes, donec ultimi ſe ſubſcripſerint & ſigillaverint. Quod nota, quia vidi aliquos Notarios imperitos permittere, quòd recedat aliquis teſtium, poſtquam ſe ſubſcripſerit & ſigillaverit, & malè.

(margin: 1. beside "Sed caveas…"; 2. beside "inſtitutio. Eſt etiam…")

CXXVIII. (91.)

Pro bannito, qui juxta ſtatutum reſtitui nequit.

Summa.

1. *Bannitus quomodo per indirectum à banno abſolvatur.*
2. *Exemplum in Republ. Venetorum.*

Aliquando eſt prohibitum, quòd alicui condemnato non poteſt fieri remiſſio pœnæ, vel aliquandò quis eſt bannitus, vel rebellis, & non poteſt abſolvi à
1. banno vel rebellione. Si contingat, quòd iſte bannitus vel rebellis ex aliquâ causâ gratitudinis debeat exbanniri vel abſolvi, ſed non poteſt, ſtante proviſione vel ſtatuto in contrarium, ut dixi: Ego do tibi unam cautelam, videlicet, ut detur ſibi terminus ad ſolvendum uſque ad centum annos, vel fiat ſibi ſalvus conductus uſque ad centum annos: & hoc modo per in-
2. directum poterit conſequi intentionem ſuam. Iſtud probatur in *l. cum hæredes. in §. 1. ff. de ſtat. liber.* & hoc in effectu voluit ibi *Dn. Benedictus de Plumbino.* & ita ego vidi obſervari in civitate Venetiarum per conſilium decem Sapientum, quòd fecit ſalvum conductum rebelli uſque ad centum annos. quia non poterat eum abſolvere ſecundum leges ſuas.

CXXIX. (92.)

Pro venditore, ut reſervet ſibi jura.

Summa.

1. *Si fundus ſimpliciter vendatur, etiam jus decimarum tranſit in emtorem.*
2. *idem in juribus ſimilibus.*

Si ali-

Si aliquis emit agrum vel fundum ſibi debentem decimam, & deinde vult revendere dictum fundum; debet eſſe cautus, quòd, ut remaneat ſibi decima, hoc exprimat in venditione ſuâ; aliàs vendendo ſimpliciter, tranſiret decima in emtione ſecundum *Iac. de Aret.* quem ſequitur *Dn. Benedictus de Plumbina in l. ſi is, cui. in fin. ff. de ſtat. lib.* per illum textum: licet *Alber. de Roſato* teneat contrarium in *l. Sejæ. §. matre. ff. de fund. inſtruct.* & in *l. inter antiquam. C. de uſufruct.* ubi omninò vide. Sed pro primâ opinione videtur eſſe textus *in l. ſi quis ædes. in princ. ff. de ſervit. urb. præd.* & ideò ſis cautus, ut dixi, in venditione tuam excipias decimam. Et idem dico de jure patronatûs, ut vult *Alberic. in d. §. matre.* Et idem dicas de ſervitutibus *per d. l. ſi quis ædes.* 1. 2.

CXXX. (93.)

Si ſententia arbitri ſit evidenter iniqua.

Summa.

1. *Sententia arbitri ad arbitrium boni viri poteſt reduci.*
2. *& tamen intra decendium.*

Licet à ſententia arbitri non poſſit appellari, ut *l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.* ubi habetur, *quod ſtari debet ſententiæ ejus, ſive ſit æqua, ſive iniqua.* Tamen cautela eſt, per quam non cogitur quis ſtare, ſi doceat, eam evidenter iniquam eſſe, & appareat evidenter de læſione. Quia tunc poterit dicta ſententia judicis reduci ad arbitrium boni viri, ſecundum *Hoſtienſ. in c. 2. de arbitr.* & *Archi. 2. q. 6. can. à judicibus.* pro quo fac. *c. ex parte.* & *c. expoſita.* 1.

eod. tit. & hoc etiam tenet *Vincent. in d. c. expoſita.* qui dicit ita obſervari. Et idem tenet *Hoſtienſ. in ſumma. de arbitr. §. penult. verſ. quia.* & *Spec. in tit. de*
2. *arbitr. §. 1. verſ. eſt autem differentia.* Quod eſt verum, ſi contradictum fuerit infra decem dies, ſecundum *Archi. in d can. à judicibus.* & ita etiam tenet *d Anthon. in c. quinta vallis. de jurejur.* & ibi *Ioh. de Imol. in 37. column. in Repetitione ſuâ.* & notat. *in c. veniens. de jurejur.* & in *d. c. expoſita.* & in *d. §. ſtatt.* & per *Angel. & Dd.* in *l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de legat.* 1. & per Legiſtas in *l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.*

CXXXI. (94)

Pro dominis feudi, ne ipſi ſententiâ ſuâ privent feudo Vaſallos.

Summa.

1. *Mores Epiſcoporum, ut Vaſallis feuda auferant.*
2. *Vaſallus, qui legitimè impeditus inveſtituram non petit, non punitur.*
3. *neque ipſo jure amittit feudum, ſi negligens ſit in petendâ inveſtiturâ.*
4. *Dominus feudi non eſt judex competens, ſi Vaſallus feudo privandus;*
5. *ſed Pares Curiæ ſive Convaſalli.*

1. Solent communiter Epiſcopi, poſt acceptam Epiſcopatus poſſeſſionem proponere edicta in valvis Eccleſiæ, quòd, *ſi eſt aliquis feudatarius Eccleſiæ, debeat comparere ad petendum inveſtituram infra annum,* juxta *c. 1. & 2. quo tempore mil. inveſt. pet. deb.* & in caſu, quo non veniant infra dictum tempus, monet

monet eos, *quòd veniant* (aſſignando ſibi aliquos dies, puta novem, quorum tres pro primo, & tres pro ſecundo, & alios tres pro tertio termino & peremtorio) & *caſu, quo non veniant infra dictum tempus; ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, eos privant feudis ſuis.* Aliqui Epiſcopi, volentes uti cautelâ meliori, elapſo termino privant vaſallos ſuos, & poſtea conferunt feudum aliis. Sed adverte, quòd
2. iſta practica non eſt bona, nec aliquid valet; & eſt ratio, quia poſſibile eſt, quòd vaſallus habeat aliquam juſtam cauſam non comparendi; vel quia eſt pupillus, vel quia eſt infirmus, vel quia eſt abſens, vel per aliam cauſam ſimilem; ut eſt textus in *c. ſancimus. in dict. tit. quo tempore mil. inveſt. pet. deb.* Et ad
3. hoc, ut vaſallus privetur feudo, propter inveſtituram tempore debito non petitam; requiritur ſententia: quia ipſo jure non cadit à jure ſuo, ut patet in *d. can. ſancimus.* & ibi hoc notat *Bald. & d. Iac. de Alvarot. & Dd.* & ideò talis ſententia debet ferri per judicem competentem, aliàs eſt nulla, ut in *tot. tit. C. ſi à non compet. jud.* & in *c. ad noſtram. de conſuet.* & in *c. at ſi Clerici. de judic.* Sed quando eſt quæſtio in-
4. ter Epiſcopum & Vaſallum, videlicet, ſi Vaſallus cecidit à jure ſuo, vel ſi debeat privari propter inveſtituram non petitam, vel ob aliam cauſam; dominus feudi non poteſt eſſe judex, & ſic eſt incompetens: quia talis cauſa debet terminari inter Pares Curiæ, i. e. inter convaſallos ejuſdem domini, ut eſt *Gloſſ. ord.* & ibi per omnes *Doct. in c. certum. de judic.* & habetur per *Gloſſ. & Dd. in c. 1. §. penult. de prohibit. feud. alien. per. Frid.* Et ita aliàs vidi judicari ſæpè, &
5. benè contra Epiſcopos, privantes ſuâ ſententiâ vaſallos ſuos; ex quo fuerunt judices incompetentes inveſtituræ factæ de dicto feudo. Et ſic ab aliis fuerunt ſententiæ declaratæ nullæ. Et propterea ſint cauti Epiſcopi, ut non pronuncient contra vaſallos ſuos per ſeipſos, ſed eligant Pares curiæ, id eſt, alios

ſuos

ſuos vaſallos, & faciant, quòd illi pronuncient. Quod nota perpetuò, quia multi errant in hoc, & patiuntur Epiſcopos auferre feuda ſua indebitè.

CXXXII. (95.)

Pro cognatis Principum etiam remotiſſimis.

Summa.

1. *Quouſque extendatur ſucceſſio in Principatibus.*
2. *an in infinitum?*

Dubium eſt, an regnum tranſeat per ſucceſſionem vel electionem; de quo habetur in *c. Venerabilem. de electione.* tamen in quibusdam regnis eſt conſuetudo, quòd tranſeat per ſucceſſionem; & ita eſt
1. communiter in Italia. Sed majus dubium eſt, ad quem gradum ſucceſſionis transmittatur regnum? & videtur, quòd uſque ad ſextum, vel uſque ad decimum ad plus, juxta notata *Inſtit. de ſerv. cog. §. fin.* & in *l. juriſconſultus. ff. de gradib. cognationis.* Sed
2. dicas, quòd tranſit ad infinitum etiam uſque ad centeſimum gradum & ultra, in tantum, quòd ſi moriatur Rex vel Princeps alicujus regni, deficientibus agnatis ſuis vel cognatis, ſi reperitur unus de ſuâ familiâ, ſeu domo; ille debet ſuccedere in regno, ut ſingulariter notat *Bald. & d. Iac. de Alvarot. in c. 1. de feud. Marchiæ*, quod eſt valde utile, & notandum, quando moritur Princeps; quia tunc ille, qui eſt de ſuâ domo, licet ſit pauper, tamen debet eſſe cautus, & petere regnum.

CXXXIII. (96.)

Vt quis ſeipſum poſſit eligere.

Summa.

1. *Nemo poteſt ſeipſum eligere ſimpliciter, poteſt tamen electioni de ſe factæ conſentire;*
2. *& modò ne electio fiat per ſcrutinium.*
3. *Qui ſe electum iri ſperat, eligat inhabilem.*
4. *Electori licet in continenti pœnitere.*

Vidimus pridie in *c. cum in jure peritus. de elect.* Gloſſam, quæ dicit, *quòd quis non poſſit ſeipſum eligere, quando datur ſibi poteſtas eligendi.* & eſt *Gloſſa* ſimilis in *l. planè. ff. quod cuiuſq; univ. nom.* & alia. *cauſ. 8. quæſt. 1. can. qui Epiſcopatum.* & probatur in *l. ſi mand. vero. §. ſi tibi. ff. mand.* & in *c. fin. ext. de inſtit.* Sed quando eſſent plures electionarii, qui haberent eligere, ſi eligeretur ab aliis, poſſet unus conſentire electioni de ſe factæ, & talis conſenſus connumerabitur in numero Electorum; ut eſt caſus in *d. c. cum in jure peritus.* qui hodie non eſt correctus & procedit, niſi electio fieret per viam ſcrutinii. Quia tunc non poſſet conſentire, vel eligere ſe ipſum, ut eſt caſus in *c. Cumana. de elect.* quod ita debet intelligi, ut *ibi* notatur per *Doct.* Sed quando unus electionarius ſperat, quòd aliqui electores eligent ipſum, non ſit primus, qui faciat electionem, ſi poteſt; quia non poſſet eligere ſeipſum: reputaretur enim ambitioſus; ut not. in *d. c. cum in jure.* ſed expectet, ſi eligatur per alios, & tunc conſentiat electioni de ſe factæ. Vel ſi cogatur primò eligere, ut quia fortè habet primam vocem in Capitulo, juxta *c. auditis. de electione.* debet eſſe cautus, ut eligat illum, quem veriſimiliter nullus vel minor pars eliget: quia,

quia ſi poſtea ipſe eligitur ab aliis, poterit variare vel recedere ab electione facta per ipſum, & adhærere ele-
4. ctioni factæ de ſe ipſo. Et pone exemplum, quòd ſint ſeptem electionarii; iſte eligat unum, in quem veriſimiliter tantùm duo conſentiant; & ſic erunt tres: quia, ſi poſtea eligatur ab aliis tribus; poterit recedere ab electione facta per ipſum; & conſentire electioni factæ de ſe; & ſic erunt quatuor; & per conſequens major pars. Et hæc probantur in *d. c. cum in jure. in text. & Gloſſ.* ibi per *Ioh. Andr.* & *Dn. Anthon.* & *Doct.* quod nota tu ſcholaris, quando fiunt electionarii, ſis cautus, ut electio poſſit cadere ſuper te.

CXXXIV. (97.)

Pro emtore, ut ſecurus ſit de evictione.

Summa.

1. *Venditor poteſt renunciare caſibus, quibus non tenetur de evictione.*
2. *& cavere, ut etiam teneatur de poſſeſſione evictâ.*
3. *Formula cautionis, ſi venditor nolit præſtare evictionem, neque pretium refundere.*
4. *Quando venditor teneatur de evictione, ſi emtor ſuccubuit in compromiſſo voluntario;*
5. *& ut & neceſſario.*
6. *Formula ſolennis circa evictionem præſtandam.*

Tria faciunt ceſſare periculum evictionis; unum omiſſa denunciatio emtoris, alterum ejus abſentia; tertium judicis injuria, ut *l. emtor. C. de evict.* & ha-
1. betur in *l. ſi per imprudentiam. C. eod. tit.* Sed adverſus

verſus hæc omnia poteſt emtor uti cautelâ, ut ſit ſecurus tàm pro precio, quàm pro pœnâ dupli, & etiam pro ſumtibus litis. Ut ſcil. in inſtrumento venditionis per pactum à venditore remittatur emtori: poteſt enim renunciare juri ſuo, ex regula generali; & adjiciatur in inſtrumento, *quòd emtori non poſſit dici, vel opponi, vel allegari, quòd ſententia fuerit lata per judicis injuriam, vel per emtoris negligentiam vel abſentiam; & promittatur refectio damnorum & ſumtuum, & intereſſe, quæ ſuſtinerentur in judicio & extra:* ſecundum *Angel.* qui ita notat in *d.l. emtor. C. de evict.*

Alia cautela in materia evictionis eſt, quia regulariter non debetur evictio ratione poſſeſſionis evictæ, ſed tantùm ratione proprietatis, ut eſt caſus, & ibi *Bart. & Dd. in l.2. ff. de act. emt.* & ideo cautela eſt, quòd emtor in inſtrumento venditionis promittere faciat venditorem de evictione; ſive evincatur proprietas, ſive poſſeſſio. 2.

Tertia cautela eſt etiam utilis, quando quis non vult promittere de evictione, ut ſi dicatur in inſtrumēto: *& dictus venditor dixit & proteſtatus eſt, & ita inter partes conventum, quòd ipſe non teneatur de evictione, etiam ad pretii reſtitutionem.* Quia, licet iſta verba dicantur, & venditor non teneatur ad intereſſe, vel ad ſumtus; tamen tenetur ad reſtitutionē pretii; ut eſt caſus ſingularis in *l. emtorem. §. ibidem. ff. de act. empt.* quod eſt notandum. 3.

Quarta cautela in hâc materiâ poteſt adhiberi; quia, licet regulariter venditor non tenetur de evictione, quando emtor ſuccubuit in compromiſſo voluntario, ut *l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de act. emt.* & not. in *l. libera quidem Theodora. C. de ſent. & interloc. omn. jud.* Tamen emtor poteſt cautè uti verbis, ex quibus venditor tenebitur. verba ſunt hæc: *Et promiſit dictus venditor dicto emtori de evictione, quomodocunque & qualitercunque res vendita evincatur.* 4.

catur. arg. Gloſſ. notabilis *in l. cum pœna. ff. de arbit.* & ita ſolebat allegare illam *Gloſſam* ad hoc *Dn. Florianus de Bobio*, Doctor meus.

5. Quinta cautela eſt etiam utilis in eâdem materia; quia ſolet dici, quòd *d. §. compromiſſo* non habet locum in compromiſſo neceſſario, ſed tantùm in voluntario: tamen emtor debet eſſe cautus, quòd non eligat arbitrum neceſſarium ex forma ſtatuti ſine licentia aut conſenſu venditoris: quia tunc non poſſet agere de evictione, ut notatur in *d l. libera qui-*

6. *dem Theodora.* Et ideò ex iſtis quinque cautelis poterit confici utile inſtrumentum pro emtore in materia evictionis; ſi dicatur ſic: *Et dictus venditor promiſit de evictione, ſive evincatur proprietas, ſive poſſeſſio, & quomodocunq; & qualitercunq; evincatur, etiam ſi evincatur per arbitrum neceſſarium, vel voluntarium, electum cum voluntate vel ſine voluntate venditoris; & promiſit dictus venditor non opponere, vel allegare, quòd ſententia fuerit lata inique, vel per injuriam emtoris, vel propter ejus abſentiam, vel negligentiam, vel alio quocunque modo.*

CXXXV. (98.)

Pro Magiſtratu, ut pro incarcerato recipiat fidejuſſores judicatum ſolvi.

Summa.

1. *Fidejuſſores judicio ſiſti liberantur ſententiâ latâ.*

1. Notent bonam practicam & cautelam Prætores & alii Officiales, ne relaxent debitorem poſitum in carceribus ex causâ debiti, præſtitâ tantùm fidejuſſione *de judicio ſiſti*; quia illa durat ſolum uſque ad ſententiam incluſivè. Nam latâ ſententiâ fidejuſſores liberantur. *l. agere. §. poſt litem. ff. de fidejuſſorib.*

& l. cum

& *l. cùm apud Sempronium. ff. judic. ſolv.* Sed debent recipere fidejuſſores *de judicato ſolvendo*, ſecundum *Bald.* qui ita dicit & benè in *c. dilectis. in* 5. *columm. extr. de appell.* Qui ſubdit, *quòd quidam Poteſtas, qui hoc ignoravit, pro incauta cujusdam incarcerati relaxatione fuit condemnatus in Syndicatu, & in totum deſolatus.*

CXXXVI. (99.)

Pro eo, qui in arbitrum vult compromittere.

Summa.

1. *An arbiter debeat jus commune ſequi, an ſtatutarium?*

Dubitatio eſt, an arbiter juris teneatur ſequi jus 1.
commune, an jus municipale? de quo per *Ioh. Andr. in addit. Spec. in tit. de arbitris. §. excipitur. in additione, quæ incipit Guido de Suzaria*, ubi tenet, quòd debet ſequi jus commune; de quo ego pleniſſimè dixi in *l. nominis & rei. §. verbum Ex legibus. maximè in 7. quæſt. ff. de verb. ſign.* Quod nota cautè, quando in causâ, quam habes committere, jus commune diſponit aliter, quàm municipale, ut ſcias, qualiter cauſa ſit committenda; quia poteris faciliter obtinere, & adverſarius non perpendet.

CXXXVII. (100.)

Pro obtinendâ poſſeſſione.

vid. infr. 254.

Summa.

1. *Quando quis poſſeſſionem armatâ manu poſſit ingredi:*

2. ; *ità ut non teneatur l.7.C. unde vi.*

Nota diligentèr tu Advocate unam cautelam, per quam poteris facere clientulum tuum obtinere. Si enim vides utramque partem æqualiter probare,
1. dic clientulo tuo, ſi potens eſt, *quòd poſſeſſionem*, de quâ controverſia eſt, *manu armatâ ingrediatur*, & *dicat adverſario, quòd veniat, ſi audet*: qui ſi non venerit, quia ſuſpicatus eſt, ſe poſſe repelli, ſtatim perdet poſſeſſionem, quam dicit ſe habere, ut *ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi id quod. §. fin.* unde clientulus tuus erit potior: & ſi veniat ejectus ad Judicem dicens: *Domine, talis violenter me de poſſeſſione ejecit, & eam propriâ auctoritate ingreſſus eſt*; *unde peto, eum puniri & privari, quòd ſe prætendat habere cum propriâ auctoritate, quod habere non debuerit, per l. ſi quis*
2. *in tantam. C. unde vi. cauſ. 16. quæſt. 6. can. placuit.* Clientulus tuus reſpondebit: *Domine, imò ſententia pro me eſt ferenda: æquè enim probaveram, me poſſidere, ſicut & ille; unde meam poſſeſſionem, non alienam ſum ingreſſus, & adverſarius, ſi quā habebat, perdidit per dict. l. ſi id quod.* Et ita fecit fieri Rogerius Mutinæ, prout recitat *Hubert. de Bobio* & *Rofred.* & *Specul. in tit. de petit. & poſſeſſ. §. 1. verſ. nota diligenter cautelam.* Et iſtam cautelam nota perpetuò, quia eſt quotidiana & valdè utilis; ſed eâ non utaris, ubi poſſit ſcandalum veriſimiliter oriri propter *l. quoniam multa facinora. C. unde vi.* ſed ubi non eſſet ſcandalum vel periculum futurum, veriſimiliter non invenies meliorem cautelam iſtâ in hâc materiâ.

CXXXVIII. (106.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Si adverſarius ab altero ſpoliatus ſit, ipſe vacuam*

vacuam poſſeſſionem poſſum invadere.
2. *& per eam obtinere jus uſucapiendi, retentionis &c.*

Item nota aliam cautelam, ſi vis, quòd Amicus tuus apprehendat poſſeſſionem alicujus rei abſq; vitio, quam ad ſe aſſerit pertinere. Eo ignorante fac poſſeſſorem ſpoliari & confeſtim deſerere poſſeſſionem coram teſtibus; & ſic ea vacua remanente, nuncies Amico tuo, ut *vacuam poſſeſſionem apprehendat*. Nec per hoc videbitur ratam habere ſpoliationem; nec dicetur rem à dejectore recipere, ſecundum ea, quæ habentur *extr. de reſtit. ſpol. c. cum ad ſedem. & de ord. cog. c. cum dilectus.* Immò uſucapere poſſum, ut notatur ibi in *Gloſſ. ut poteſtas. in verſ. ſed hoc non eſt.* unde habebit commodum retentionis, ut *cauſ.16. quæſt.3. §. poteſt. verſ. quod ſi malâ fide.* & *d.c. cum dilectus. prope princ. & C. de præſcript. 30. ann. l. ſi quis emtionis.* nec competit contra eum interdictum *Unde vi.* Et in hoc fuerunt decepti Hoſpitalarii in prædicto *can. cum ad ſedem.* credentes, interdictum *unde vi* habere locum in hoc caſu, ut notat *Spec. in d. §. 1. in tit. de petit. & poſſeſſ. in verſ. antepenult.* quæ cautela utilis eſt & vera, niſi appareat de fraude. 1. 2.

CXXXIX. (100.)

Pro judice, ſi neuter ex poſſeſſoribus velit agere.

Summa.

1. *Judex ex officio de poſſeſſione certantes poteſt citare.*
2. *& quæſtionem ſine libello terminare.*

1. Ubi duo contendunt de poſſeſſione, & quilibet dicit, *ſe in ſolidum poſſidere*; & unus turbat alium in poſſeſſione, nec vult unus de alio conqueri, nec vult unus alteri libellum dare, ne ſit actor; ſed quaſi reus ſuſtineat partes rei & commodo poſſeſſoris fungatur: cautela eſt, quòd judex ex officio eos citari faciat & cogere ſuam petitionem offerre. Vel, poteſt iſtud judicium poſſeſſorium ſine libello determinare, recipiendo probationes utriusque partis, ut ſciat, quis eorum debeat ſubire onera petitoris, & quis utetur commodo poſſeſſoris. *arg. C. de liber. cauſa. l. liberis.*
2. *§. ſi quis ex ſervitute.* & quia hoc vult judex, ut ſine libello quæſtio finiatur: cujus juſſus facit, ut actus teneat, ſi aliàs non teneret, ut *ff. quod cum falſ. tu. aut. l. 1. & C. de litis conteſtat. Auth. libellum.* quæ eſt *cauſ. 3. qu. 3. c. ſpatium.* Ex officio enim ſuo debet partes cohibere, ne veniant ad arma vel rixas. *l. ſi cujus. §. deniq; alias. & l. æquiſſimum. ff. de uſufr.* & vim fieri vetabit ei, quem in poſſeſſionem invenerit potiorem: ita dicit *Spec.* ſecundum *Iac. Balduin. in tit. de petit. & poſſeſſ. in §. 1. verſ. penult. & in tit. de concept. libell. §. nunc dicendum. verſ. 22.* & notat. in *c. cum veniſſent. extr. de inſtit.* Et idem notat *Bald.* & *Paulus in l. ordinarii. C. de rei vend.* & ad hoc etiam vide, quod notat *Innocent. in c. præſentia. in 1. column. extr. de probat.* & ita vidi ſæpiùs practicari, & benè.

CXL. (100.)

Vt probetur poſſeſſio.

Summa.

1. *Quid proſit, ſi quis dejectus iterum poſſeſſionem fundi ingrediatur.*
2. *Dejectus an præſumatur poſſeſſionem animo retinuiſſe?*

Nota

Nota etiam aliud conſilium & cautelam Sapientum circa interdictum *unde vi* & conſtitutionem *ſi quis in tantam.* Si enim non poſſum probare, quomodo poſſedi; conſulunt, ut poſſim probare, quòd ſim dejectus; quòd intrem fundum præſentibus teſtibus & tabellione; & ſi ille, qui poſſedit, permittit: poſſeſſionem habeo; ſi verò me intrare volentem non admittat, ſed me incontinenti poſſeſſione ſpoliat, (de quo fieri faciam publicum inſtrumentum) poſſeſſionem amitto in continenti. *ff. de acquir. poſſeſſ. l. clàm poſſidere. §. fin. & l. quod ſi nolit.* & illam poſſeſſionem animo retinui (quòd ſemper de quolibet præſumitur, ſcil. quòd animo retineat) niſi fortè videres illũ poſſidere, & ex tuâ patientiâ pareretur tibi præjudicium rei. *C. de acquir. poſſeſſ. l. minus.* & non multum tempus tranſivit, quo fuit ille in poſſeſſione. Nam ex longo tempore ſequitur oblivio. *ff. de uſucap. l. fraus.* & notat. in *l. 1. C. de ſerv. fugitiv.* Et ita notat *Specul.* ſecundum *Roſ. in tit. de petit. & poſſeſſ. in §. 1. in verſ. fin.* Et nota has quatuor cautelas, quia ſunt quotidianæ, & de lacte & lanâ.

1. (beside "probare")

2. (beside "de")

CXLI. (101.)

Ne quis licentiam impetret agendi contra juramentum.

Summa.

1. *Quia abſolutio à juramento difficulter obtinetur, hinc licentia ſolet impetrari.*
2. *quæ tamen jure concedi nequit.*

1. In multis contractibus ſolet apponi juramentum de non contraveniendo; & jurantes, qui volunt contravenire ante præſtitam abſolutionem vel relaxationem juramenti (quia difficile eſt eam obtinere) utuntur iſtâ cautelâ: Accedunt ad Epiſcopum, & di-

ſunt: *Domine, ego juravi in tali contractu: ego vellem contravenire; quia ſum læſus, nec poſſum expectare judicium relaxationis; peto, quòd detis mihi licentiam contraveniendi: quoniam me ſubmitto judicio veſtro, ſi me apparuerit injuſtè veniſſe contra juramentum*: Et multi Epiſcopi ſolent concedere iſtam licentiam. Et ita intelligo, quòd obſervetur in civitate Brixiæ; & ita vidi aliquando obſervari per Epiſcopos Veronenſes. Et iſta licentia poteſt impetrari etiam altera parte non vocatâ, ex quo non agitur de
2. viribus juramenti. Et ita etiam videtur velle Dominus *Paulus de Caſtro in conſilio ſuo* 215. Sed tu dicas, quòd iſta cautela non eſt bona; quia ipſi non poſſunt concedere hujuſmodi licentiam; quia concedendo poſſent eſſe cauſa perjurii; ut eſt caſus in *c. ſi verò. de jurejur.* & ibi hoc notat *d. Anthon.* Et ideò ſis cautus; quia potes venire contra dictam licentiam, & impedire judicium in foro ſeculari; donec cognitum fuerit de juramento & relaxatione.

CXLII. (102.)

Ne quis agat petitorio, cui competat poſſeſſorium.

Summa.

1. *Qui poſſidet, rejicit onera probandi in adverſarium.*

Si quis vult rem petere, animadvertere debet,
1. an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, quia longè commodius eſt ipſum poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quàm ab alio poſſidente petere. ita ſcribit *Cajus* in *l. is qui deſtinavit. ff. de rei vindic.* & propterea ſis cautus, ut nunquam agas petitorio, ſi prius agere potes poſſeſſorio.

CXLIII. (103.)

De proteſtatione contra perſonas & dicta teſtium.

Summa.

1. *Teſtes non aliter admittendi, niſi ſalvis & reſervatis omnibus &c.*

Quando teſtes examinantur, debes eſſe cautus, ut ante aperturam proceſſus facias partem tuam proteſtari, *exceptiones ſibi ſalvas fore contra perſonas.* 1. Nam effectus hujus proteſtationis eſt, ut absque ullo juramento præſtito, quòd non malitiosè expoſcat, poterit excipere contra perſonam, etiam publicato proceſſu; ut in *c. præſentium. de teſtibus.* & ibi per *Innocent. Ioan. Andr.* & *Doct.* & per *Bart. in Auth. de teſtib. §. ſi verò dicat.* Sed tutius eſt, quòd ante delationē juramenti factā teſtibus facias dictā proteſtationē; & ita faciunt boni procuratores, qui dicunt: *ſalvis & reſervatis mihi omnibus & ſingulis exceptionibus contra ipſos teſtes, tàm contra eorum perſonas, quàm etiam dicta.*

CXLIV. (104.)

Quòd probatio admittatur contra jusjurandum.

Summa.

1. *De ſtatutis Italiæ, quòd credatur juramento damnum paſſi.*
2. *Evidens probatio, quæ incurrit in ſenſus.*
3. *Judex juramentum agentis poteſt moderari.*

1\. Multa ſunt ſtatuta in Italia, quæ dicunt, *quòd pro damno dato credatur ſacramento damnum paſſi, vel Officialis denunciantis uſq; ad certam quantitatem*. Sed remedium & cautela eſt, quòd non ſtetur dicto juramento; videlicet probando contrarium. Nam tale ſtatutum non prohibet contrarium probari, ut not. per *Cyn. & Dd. in l.1. C. ſi adverſ. liber.* &
2\. in *l.1. C. de re judic.* & per *Bart. in c.1. ſi de inveſtit. int. dom. & vaſall. lis or.* maximè probando contrarium per evidentiam facti; quia nulla probatio eſt melior, quàm illa, quæ fit per effectum oculorum, ut notat *Azo in ſumma. C. ad L. Aquil. & Bald. in l. contra negantem. in fin. ff. de teſtam. mil.* Et per *Angel. in l. reſtituere. ff. de rei vindic.* & per *Salicet. in l. ea quidem. in 10. quæſt. C. de accuſat.* & per *Caſp. de Cal.* & *Luc. de Zocchis in c. continebantur. de deſponſ.*
3\. *impub.* Item eſt aliud remedium, quia judex poteſt taxare hujusmodi juramentum, ut notat *Angel. in Auth. de requir. re. jud. §. 1. in princ.* Sed prædicta procedunt, niſi ſtatutum figat pedes dicendo, *quòd ſtetur juramento, & ultra non poſſit inquiri*, quia tunc non poſſit probari contrarium, nec taxari per judicem, ut notat *Bart. in d. c. 1. ſi de inveſtit. int. dom. & vaſ. lis or.* ad quod optimè fac. *Gloſſ. in l. ſi non ſiunt. ff. pro ſocio.*

CXLV. (105.)

Si judex delegatus habeatur pro ſuſpecto.

Summa.

1\. *Si judex delegatus videatur ſuſpectus, cauſa alij deleganda.*

1\. Sæpiſſimè judices, maximè delegati, allegantur pro ſuſpectis, ad hoc, ut impediatur judicium; ut habetur

habetur in *c. cum ſpeciali de appell. & in c. ſuſpicionis. de offic. deleg. & in l. apertiſſimi. C. de judic.* Sed contra iſtam allegationem poteſt judex uti iſtâ cautelâ; videlicet, quòd deleget cauſam alteri, qui non ſit ſuſpectus, & non impedietur judicium, ut *l. Pretor. ff. de jurisd. omn. jud. & ibi per Legiſtas.* & ponitur per *Anthon. in c. cum contingat. de for. compet. & ibi per Canoniſtas.*

CXLVI. (106.)

Quomodo contra libellum obſcurum ſit excipiendum.

Summa.

1. *Exceptio generalis quando non relevet.*
2. *Contra exceptionem generalem quid actor replicare debeat.*

Quando libellus eſt incertus & obſcurus vel generalis in aliquâ parte; & reus vult opponere exceptionem: non debet opponere, ſicut communiter fit, dicendo: *quòd libellus eſt incertus vel dubius, varius vel obſcurus.* Quia exceptio generalis & dubia nihil relevat, ſi opponatur à parte, ut *l. fin. C. de anna. except. & ibi nota.* Et ideò ſit cautus reus, quando vult, quòd non procedatur ſuper eodem libello actoris, opponat exceptionem in ſpecie, in quo loco, & in quâ parte ſit obſcurus; & ſi opponat in genere, actor debet eſſe cautus, quòd replicet, *quòd exceptio rei ſit varia, dubia & incerta,* & petat *declarari, in quo loco libellus ſuus non procedat,* ut dixi plenè in libello meo *de contractibus ſimulatis*, & facit illud, quod dicam in ſequenti cautelâ.

(Margin numbers: 1. at "Quando libellus…"; 2. at "excep. & ibi nota…")

CXLVII. (106.)

Ne libellus ineptus mutetur.

vid. infr. 210.

Summa.

1. *Si reus libellum ineptum acceptet in ſpecie, mutari amplius non poteſt.*
2. *idem eſt, ſi dicat Nego narrata &c.*

Si libellus actoris, productus in judicio, eſt ineptus; non procedit, & non poteſt mutari, niſi uſque ad litem conteſtatam, ut habetur in *l. quæ familia. ff. fam. herciſc.* & *Gloſſ.* & *Dd. in §. fin. minus. Inſtit. de act. in l. edita. C. de edend.* & in *c. examinata. de judic.*
1. Sed in hoc datur duplex cautela, quòd non poſſet revocari vel mutari libellus ineptus. Prima eſt, quòd reus acceptet in ſpecie libellum productum, ut notat *Bart. in l. cumprecum. C. de lib. cauſ.* Non autem ſufficeret acceptare in genere, dicendo; *accepto libellum in parte & partibus pro me facientibus*: facit, quòd dixi in præcedenti cautela. Et ita tenet *An-*
2. *gel. Inſtit. de except. §. 1. in 6. quaſt.* Alia cautela eſt, quòd reus viſo libello inepto in continenti dicat corã judice, *nego narrata, prout narrantur, vera eſſe, & dico petita, prout petuntur, fieri non debere animo litẽ negativè conteſtandi &c.* (nam hæc verba habent vim conteſtandi litem, juxta notata per *Bart. in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fidejuſſ.*) *ſalvo jure producendi in ſcriptis. &c.* & deinde poterit producere ſuas exceptiones. Et ita faciunt boni practici.

CXLVIII. (106.)

Pro eo, qui excipit de ſimulatione.

Summa

Summa.

1. *Qui certam ſpeciem ſimulationis non opponit, ſuccumbit.*

Ille, qui dicit, *contractum eſſe ſimulatum*, debet eſſe cautus, ut deducat ſpeciem ſimulationis. Quia, ſi diceret ſimpliciter, *contractum eſſe ſimulatum*, ſuccumberet; cùm plures ſint ſpecies ſimulationis; ut notat ſingulariter *Bart. in conſilio ſuo, quod incipit Petrus Nicolæ*: quod procedit, quando per adverſarium eſſet facta oppoſitio ſpecialis de incertitudine libelli, ut notat *Bald. in l. ab Anaſtaſio. C. mand.* de quo dic, ut plenè dixi in *d. libello de contractib. ſimulatis*. 1.

CXLIX. (107.)

Quando neque actio neque exceptio de dolo locum habeat, etſi dolus commiſſus.

vid. infr. 212.

Summa.

1. *Contra parentes, dominos, eos, qui in dignitate poſiti &c. actio vel exceptio in factum competit.*
2. *Exceptio doli an infamet?*

Filio contra patrem, & ſervo contra dominum, & homini humili ſive plebejo contra eum, qui eſt poſitus in dignitate. & alteri contra hominem vitæ emendatioris non datur nec dari poteſt actio de dolo, licet dolum commiſerint, ut eſt textus ſingularis *in l. non debet. ff. de dol.* & per conſequens non competit eis exceptio doli. Et ideò tunc cautela eſt, quòd ipſe intentet actionem vel exceptionem in factum, verbis temperatis, non faciendo mentionem doli. Quia iſta 1.

judicantur

judicantur à pari, actio & exceptio, quantum ad hoc,
2. ut *l. apud Celſum. §. adverſus. ff. de dol. except.* juncta. *d. l. non debet.* Quod perpetuò tene menti contra hujuſmodi plebejos vel viles perſonas. Et poteſt eſſe ratio in exceptione doli; quia licet illa non infamet infamia juris, tamen infamat infamia facti, ut *d. §. adverſus.* Et ideò hoc notat *Rapha. Cuman.* & ideò talis exceptio, quæ ſaltem de facto infamat, non datur contra dictas perſonas; ut patet in *d. §. adverſus. ibi: apud bonos viros ſugillat.* Et hoc tenet *Angel. inſtit. de except. in princ. verſ. quaro, an contra parentes.*

CL. (108.)

Pro præſcribente, qui non habet titulum.

Summa.

1. *Servitutes quanto tempore præſcribantur.*
2. *In ſervitutibus etſi quis non probat titulum, ſi probat tamen diuturnam poſſeſſionem, obtinet.*
3. *An decimæ præſcribi poſſint?*
4. *In decimis, ſi adducatur titulus, minoris temporis præſcriptio valet.*

1. In præſcribendâ ſervitute, quæ habet cauſam continuam, ſufficiunt decem anni inter præſentes, vel viginti inter abſentes. Sed ſi habet cauſam diſcontinuam, requiritur tantum tempus, cujus non extat memoria in contrarium, ut *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiv.* & notat *Gloſſ. in l. ſervitutem. ff. de ſervit. titul. generali.* Sed cautela eſt, quòd ille, qui allegat ſervitutem ſibi delatam,
2. quæ habet cauſam diſcontinuam, dicat, *ſe habere titulum*

tulum ab illo, qui potuit concedere: &, ſi illum non probet, tamen ſi probet, *poſſediſſe ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes*, ſufficit, & obtinebit in cauſa, *arg. l. cum in rem verſo.* & quod ibi notatur per *Gloſſ. & Dd. ff. de uſufr.* & in *l. ſi certis annis. C. de pact.* Et iſtam cautelam docet *Gloſſ. notabilis*, quam ſequuntur ibi *Dd. in d. l. ſervitutes.* quod perpetuò tene menti. Et propter iſtam cautelam vidi plures libellantes in materia præſcriptionis decimarum, quæ *ſecundum aliquos* nunquam poteſt 3. habere locum, quia eſt contra jus divinum; vel *ſecundum aliquos* poteſt præſcribi ſine malâ fide per tantum tempus, cujus initii non extat memoria in contrarium. Quia tale tempus habet vim tituli, ut probatur in *c. ſuper quibusdam. in §. præterea de verbor. ſign.* & in *c. 1. de præſcript. in 6.* Et iſtud eſt ve- 4. rius, quia libellantes, ut poſſent probare præſcriptionem decimarum tempore breviori, allegant & dicunt, *ſe habuiſſe titulum exemtionis à ſummo Pontifice propter aliquam cauſam coloratam.* & ad probandum illum titulum deducunt poſſeſſionem, vel quaſi decem, vel viginti, aut triginta annorum per notata in *d. l. ſervitutes.* quod eſt quotidianum; & aliqui tamen ignorant.

CLI. (109.)

Pro accuſato ut abſens defendatur.

Summa.

1. *In cauſa capitali procurator intervenire nequit.*
2. *Poteſt tamen inſtructor ad informandum judicem de innocentiâ rei.*

Dixi ſuprà unam cautelam pro accuſato vel in- 1. quiſito, qui non poteſt ſe defendere per procuratorem;

rem; quia cauſa eſt capitalis juxta *l. ſervum quoque. §. publicè. ff. de procurat. cum ſimilib.* Sed hîc adde unam aliam ſimilem; ut videlicet aliquis compareat coram judice, non tanquam procurator aut defenſor,
2. ſed tanquam inſtructor; quia talis, licet non poſſit in ſe ſuſcipere judicium; tamen admittendus eſt ad inſtruendum & informandum judicem de innocentiâ rei; & judex debet eum audire; & pro veritate inquirere, ut *l. fin. ad L. Iul de annon. C.* & *l. fin. ff. de liber. cauſ.* & ibi hoc notat *d. Benedict. de Plumb.*

CLII. (110.)

De uſu L. Diffamari.

Summa.

1. *Qui alterum ſibi debere dicit, ex L. Diffamari poterit conveniri;*
2. *modò bis extra judicium monitus ſit.*

1. Quando aliquis diffamat unum, *quòd eſt debitor ſuus*; attamen non petit in judicio; diffamato ſuccurritur per *l. diffamari. C. de ingen. manum.* & notat. in *l. unic. C. ut nemo invitus. acc. vel accuſ. cog.* Et tu infamatus ſis cautus, ut primò facias moneri infamantem bis, *ut petat, ſi quid vult petere; aliàs impo-*
2. *netur ſibi perpetuum ſilentium.* Etſi eſſes monitus ſemel tantùm, non poſſet procedi ad ſententiam perpetui ſilentii; ut eſt *Gloſſa multùm notabilis in Auth. de hæred. & fal. in §. ſi quis agens. in verb. admonitus.* Et ita tenet etiam in terminis. *d. Angel. Inſtit. de except. §.1.* ubi ponit materiam *d. l. infamari.* & idem ipſe notat *in ſuo tractatu maleficiorum in Gloſſ. in verſ. nec non ad querelam Titii infra ſcripti in 18. column.*

CLIII.

CLIII. (III.)

Pro fideicommiſſario, ut legitimè ſibi curet hæreditatem reſtitui.

Summa.

1. *Fideicommiſſarius non poteſt adire hæreditatem ſemel aditam;*
2. *ſed petere debet reſtitutionem;*
3. *niſi fortè ſtatutum aliter caverit.*

Poſtquam ſumus in materiâ ultimarum voluntatum, volo dare tibi unam cautelam, quæ eſt hujuſmodi. Quidam eſt hæres inſtitutus & gravatus poſt mortem reſtituere hæreditatem alteri. 1. Communiter fideicommiſſarius adveniente cauſâ reſtitutionis ſolet adire hæreditatem ex primo teſtamento, & poſteà apprehendit poſſeſſionem, & agit contra debitores hæreditarios; quod eſt contra *l. reſtituta. in princ. ff. ad Trebell.* quia ad hoc, ut fideicommiſſarius habeat jus ad hæreditatem, requiritur, quòd prius fiat reſtitutio, ut *d. l. reſtituta.* & prius nullum jus habet contra debitores hæreditarios, ut *l. cum hæreditas. ibi nempe enim. eod. tit.* Nec debet aut poteſt adire hæreditatem defuncti, quia fuit adita per hæredem. 2. Nec poteſt apprehendere hæreditatis poſſeſſionem, antequam fiat ſibi reſtitutio per hæredem hæredis; ad quem hæreditas pertinet, ut *l. quamvis. §. 1. eod. tit. & d. l. reſtituta.* Et tu fideicommiſſarius ideò ſis cautus, ut primò petas, cogi hæredem hæredis ad tibi reſtituendam hæreditatem, & poſtea apprehendas bona & agas per jura prædicta. Et hoc etiam vult *d. Paulus de Caſtro in d. l. reſtituta.* qui dicit, quòd vidit multos procuratores errare in hoc, & fecit caſſare multos proceſſus propter hoc. Et prædicta pro- 3. ceduṅt

cedunt, niſi eſſet ſtatutum in loco, quòd non requiratur aliqua reſtitutio, neque realis, neque verbalis. Non tamen dico, quòd fideicommiſſarius debeat adire; quia iſtud nullo modo poteſt, ex quo ſemel adita eſt. Et vide in ſequenti.

CLIV. (III.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Per reſtitutionem hæreditatis non tranſeunt jura per hæredem directum contracta.*
2. *nisi ea ſpecialiter fideicommiſſario cedantur.*

1. Per reſtitutionem hæreditatis, factam ratione fideicommiſſi, ulteriùs non tranſeunt obligationes hæreditariæ contractæ per hæredem, etiam occaſione dictæ hæreditatis reſtitutæ, niſi etiam ſpecialis fiat reſtitutio, & ceſſio etiam de illis, ut probatur in *l. cum hæreditas.* quæ præcedit. *l. reſtituta. ff. ad Trebell.* Et propterea *Bart.* dicit *ibi* ſe conſuluiſſe de facto, cùm quidam hæres inchoâſſet quandam litem occaſione hæreditatis ſibi delatæ, & poſtea ceſſiſſet omnia jura & actionem, quam habebatur hæres; non tranſibat inſtantia per ipſum hæredem de novo incepta. Et
2. ideò ſis cautus tu fideicommiſſarius, ut, quando fit reſtitutio & ceſſio, apponi facias in inſtrumento ceſſionis & reſtitutionis; *quod reſtituit tibi & cedit omnia jura & actiones, quæ & quas habet hæres occaſione rerũ hæreditariarum.* Nã in ſimplici ceſſione non comprehenduntur actiones, quas ipſe cedens contraxiſſet ratione rerum hæreditariarum, ut ſi poſt mortem defuncti recepiſſet fidejuſſores, vel inchoâſſet litem, vel alia feciſſet; ſed ſolùm venirent actiones quæſitæ per defunctum, quas habet ut hæres. Et hoc

etiam

etiam voluit *Dn. Paulus Caſtrenſ. in d. l. cum hæredi-tas.* quod benè notà; quia ſæpiſſimè contingit, quando ita hæres gravatus eſt de reſtituendo poſt mortem ſuam; quia in vita multa contrahit ſuper bonis hæreditariis, quæ non veniunt in ſimplici reſtitutione, ut dixi. Et pauci ad hoc advertunt.

CLV. (112.)

Vt valeat donatio inter conjuges.

Summa.

1. *Donationes conjugum quando & quare prohibitæ.*
2. *Mutuæ donationes conjugum non ſunt prohibitæ.*
3. *ſ modò fiant in continenti.*
4. *An donationes reciprocæ alterius morte confirmentur?*
5. *Niſi conjuges ſimul deceſſerint, ſolùm illa donatio valet, quæ facta eſt ſuperviventi.*
6. *ſ maximè ſi conditio adjecta ſit, ſi unus præmoriatur.*
7. *Donatio conjugis jurata procedit.*
8. *ſ an ſit contra bonos mores?*
9. *An juramentum firmet actum?*
10. *Diſtinguendum inter bonos mores naturales & civiles.*
11. *Si judex pronunciet donationem inter conjuges ex legitimâ causâ factam, an revocari queat?*
12. *ſ an ſolutum, tanquam indebitum, repeti?*

M Donatio

1. Donatio inter virum & uxorem regulariter eſt prohibita, ut in *tot.tit.ff.* & *C.de don. int. vir.* & *ux.* & *c. donatio. extr. eod. tit.* & , etiamſi interveniat traditio, eſt ipſo jure nulla, nec eſt alicujus momenti, ut eſt textus *in l.3. §.ſciendum. ff. eod.tit.* quod intelligitur, quando donans efficitur pauperior, & alter locupletior, ut *l.3. in princ.* & *l.ſi ſponſus.§.conceſſa. cum §.ſeq. ff. de donat. int. vir.* & *ux.* & *in d.c. donatio.* & eſt ratio, ne mutuo amore ſe ſpolient, ut *l.1. ff. eod.* Sed poſſunt circa hoc adhiberi aliquæ cautelæ, ut valeat talis donatio, & non poſſit revocari.

2. Prima eſt, quòd conjuges ſibi faciant mutuam donationem, hoc eſt, ſibi invicem reciprocam; videlicet, *ſi contingat alterum præmori, ſuperſtes habeat bona ſua:* quia tunc propter dubium eventum valet donatio; ut patet in *l.ſi pater puellæ. C.de inoffic. teſt.* & ibi hoc ſingulariter notat *Cyn.* quem *Dd.* ibi ſequuntur. Et pro hoc vide bonam *Gloſſ. in l. licet. in verbo inter privatos. C.de pact.* & probatur in *l.quod autem. in §.ſi vir* & *uxor. ff. de donat. int. vir.* & *ux.* & hoc etiam tenet *Ludov. de Roma in ſuo Singulari, quod incipit, Prohibiti inter ſe donare non intelliguntur prohibiti inter ſe facere donationem reciprocam.*

3. Et iſta cautela debet intelligi & limitari, quando donatio unius ſequitur donationem alterius in continenti; ſecus ſi ex intervallo. Quia tunc eſſet invalida, etiam donatio reciproca, ut eſt textus ſingularis in *l. quæ jam nupta. ff. de donat. int. vir.* & *ux.* ſecundum *Ludov. in ſuo ſingulari prædicto,* ubi ſubdit *per illum textum,* quod *ſi ego donâſſem uxori meæ hodie mille,* & *poſtea hæc ad decennium donâſſet mihi fundum: utraq; donatio eſſet invalida.* Item in-

4. tellige hanc cautelam, quòd donatio mutua talis non intelligatur prohibita, etiamſi dicatur, quòd ſit donatio inter vivos, & non poſſit revocari; ſecundum *l. ubi ita donatur. ff. de don. cauſ. mort.* quia talis donatio ſtatim erit valida, & non eget confirmatione, &

per

per conſequens etiam non interveniente traditione
poſt mortem poterunt bona peti. Ita notabiliter
intelligit *Dn Paulus de Caſtro* declarando *Cyn. in d.*
l. ſi pater puella. in fin. Sed adverte, quia hoc ulti- 5.
mum non videtur verum, ſed videtur, quòd immò
non valet donatio, etiam mutua, nec etiam morte
confirmatur, niſi ambobus ſimul decedentibus;
vel quando alter moritur, confirmatur illa, quæ eſt
facta ſuperviventi; ut eſt caſus de utroque in *l. cum*
hic ſtatus. in §. ſi ambo. ff. de donat. int. vir. & uxor.
ibi: *cùm ſimul deceſſerint. & in verſ. proinde ibi: u-*
trasq; donationes valere. & ibi: *quia ſimul deceſſe-*
rint. & neuter alteri ſupervixit. Ergò à contrario
ſenſu, ſi alter ſupervixiſſet, donatio, quam feciſſet,
non valeret. Sed dic, quando eſt donatio mutua 6.
ſub conditione; *ſi unus præmoriatur*, alteri dicitur va-
lere tanquam donatio inter vivos conditionalis; un-
de nimirum, ſi conditio evenit in uno, non valet in
alio, quia deficit conditio. Et ita intelligitur *d. Cyn.*
& d. Paul. Caſtr. Sed ſi eſſet facta donatio mutua
ſive reciproca purè inter virum & uxorem, & unus
moriatur, vel fiat divortium, an donatio valeat vel
confirmetur, vide *text.* cum *Gloſſ. in l. cum autem. §.*
ſi vir & uxor. & in l. cum hic ſtatus. §. quod ait &
in §. ſi ambo. ff. de donat. int. vir. & ux.

Secunda cautela ad idem eſt, quòd fiat donatio 7.
cum juramento: quia per tale juramentum validari
videtur donatio, vel ſaltem, quòd non poſſit contra-
veniri; ex quo poteſt obſervari tale juramentum ſine
interitu ſalutis æternæ, *ut in c. ſi verò. extr. de jure-*
jur. & etiam ſine diſpendio ſalutis æternæ, *ut in c.*
cùm contingat. eod. tit. & iſtud tenet *Bart. in l. ſi*
quis pro eo. in fin. ff. de fidejuſſ. & in l. Sejus & Au-
gerius. in fin. ff. ad L. Falcid. & fuit opinio ... *Ioh.*
liter *Gulíel. de Cun. in l. ſed ſi poſſeſſor.* ... *fin. ff. de legat.* ...
ff. de jurejur. & iſtam opini... quia
de Imol. in l. ſi quis in...

quia dicit; *ſe ita conſuluiſſe.* Et idem reperio eſſe conſultum per alios *Doct.* ut per *Dn. Recuperatum de ſancto Geminiano,* & per *Dn. Miniatum de Peruſio,* & *conſilium* incipit: *Factum tale eſt: Dn. Petrus donavit inter vivos.* & per quendam *Dn. Boniſacium,* & *conſilium* incipit: *Idem mihi Boniſacio.* Sed
8. *Bart.* tenet contrarium *in l. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* motus eâ ratione; quia eſt contra bonos mores, ut *ibi & in d. l. ſi quis pro eo, poſt princ. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3.* & ita invenio conſultum per *Dn. Ioh. Papienſ.* & *conſilium* incipit: *Quicquid dicant barbatuli, qui neſciunt, ſe nimias fabas comediſſe, niſi cum dolent ventre &c.* & per *Ray. de Peruſio,* & per *Dn. Ray. de Monte,*
9. ubi iſta quæſtio eſt dubia valde. Ego nunc teneo ſine diſputatione, quòd iſta ſufficiat cautela. Quia ſaltem jurans tenetur ad obſervantiam juramenti; ut tenet *Dn. Anthon.* in quæſtione noſtrâ, in *c. cùm contingat. circa medium. verſ. ex his deciditur, quid de donatione.* Et fortè juramentum adjuvat contractum & ipſum confirmat, *arg. Gloſſ. notab. c. ex parte. in verſ. aliena.* ibi: *ſed ſi juraverit, non contravenire tenet venditio. exc. de conſuet.* & *ibi etiam de hoc not.* Et licet dicatur, quòd ſit contra bonos mores. *l. 1. §. de donat. int. vir. & ux.* & ſic non valet per *c. non eſt obligatorium. de reg. jur. lib. 6.* tamen dico, quòd
10. contra bonos mores dicitur quid fieri duobus modis: uno modo contra bonos mores naturales, ut ſi juro interficere hominem. *l. veluti.* & *l. generaliter. ff. de verb. oblig.* & iſto caſu juramentum non valet: alio modo contra bonos mores civiles: quia lex præſupponit, quòd ſit contra bonos mores, ut *in pacto de futura ſucceſſione,* & *in donatione inter virum & uxorem.* & iſto caſu juramentum validat contractum. naturales ... *cum contingat.* & *c. ſi verò. praal.* & per *c. quam-* ... & iſta diſtinctio inter bonos mores ... eſt. & ponitur per *Bald. in l. pactum.*

pactum, quod dotali. in 19. *quaeſt. C. de collat.* & per *Dn. Anthon. de Roſell. in ſuâ Repetitione. d. c. cum contingat.* & de iſtâ quæſtione vide ibi per *Dd.* & per *Canoniſtas. in c. donatio. extr. de donatione inter virum & uxorem*, & vide omninò *Freder. de Senis in conſilio* 135. ubi firmat, quod ſupra dixi, & examinat ſatis plenè; ſed vide etiam notata *in l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Tertia cautela ad idem poteſt ſumi hoc modo, videlicet, quòd, factâ donatione, moveatur lis de dictâ donatione; & ille, cui donatum eſt, alleget etiam aliam cauſam, quæ ſufficiat ad donationem validandam, & donans non opponat aliquam exceptionem in contrarium; & pronuncietur *donationem valere*, & donatarius abſolvetur. Quia tunc, ſi donans vellet poſtea contravenire, ſubmoveri poſſet exceptione rei judicatæ, ut eſt caſus valde notabilis in *l. ſi ſponſus. §. ſi uxor vel maritus.* cum *Gloſſ. ibid. ff. de dot. int. vir. & ux.* fac. *l.* 3. *§. item quæri poteſt. ff. de rejud.* & quod ibi notatur per *Alber.* Sed ſi pronunciaretur per judicem: *donationem inter virum & uxorem ſine aliquâ juſtâ causâ valere*, ſententia eſſet ipſo jure nulla, ut in *l* 3. *§. ſciendum. eod. tit.* & notat ſingulariter *Gloſſ. dict. §. ſi uxor vel maritus.* 11.

Sed adverte, quod iſta cautela non videtur ſufficiens; quia, licet ſententia valet, & obſtaret exceptio rei judicatæ, & videatur impedire repetitionem ſoluti, ut *l. Julianus verum debitorem. & l. judex. ff. condict. indeb.* Tamen dico, quod ſolutum poteſt per condictionem indebiti repeti; quia *d. l. Julianus. & d. l. judex.* non procedunt in ſententia, quæ eſt lata pro eo, cui alter ex litigatoribus donare prohibetur. Caſus eſt ſingularis in *d. §. ſi uxor vel maritus.* ſecundum *Bald. in l. cum allegas. C. de uſur.* & *Ludov. de Rom. in ſuo ſingulari* 311. quod incipit: *Tuſcis, quòd donatio.* Item ſi poſſet probari, quòd illa lis conſultò fuit facta, dicta ſententia non valebit, ut *l. cum his. §. ſed cum lis.* & *ibi not. ff. de tranſact.* 12.

CLVI. (113.)

Vt filiusfamil. poſſit teſtari.

Summa.

1. *Filiusfamilias Clericus poteſt teſtari, etiamſi tantùm primam habeat tonſuram.*
2. *etiamſi aliunde, quàm ex dignitate Eccleſiaſticâ aliquid acquiſiverit.*

1\. Filiusfamilias regulariter teſtari non poteſt, etiam patre conſentiente, ut *l. qui in poteſtatem. ff. de teſt. & l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Inſtit. eod. tit. in princ. & l. tam hi. de donat. cauſ. mort.* & plenè per Canoniſtas *extr. de teſt. c. 2.* quod fallit, ſi eſt Clericus; qui, etiamſi haberet primam tonſuram tantùm, poteſt facere teſtamentum, & idem videtur probari in *c. quia nos. extr. de teſt.* Nam ibi textus permittit Clericis indiſtinctè teſtari, & non diſtinguit, utrum ſint in patria poteſtate vel non. Et propterea ibi poteſt colligi, quòd Clericus etiam exiſtens in poteſtate patris, ſicut eſt ille, qui habet primam tonſuram tantùm, ut eſt *Gloſſ. ord. in c. cum voluntate. ext. de ſent. ex.* poſſit teſtari: & hoc voluit *Hoſtienſ. in d. c. quia nos.* & *Dn. Anthon. de Butr.* qui dicit, *illum textum habere locum in omnibus cujuscunq; ordinis.* & ſic, nedum in Presbyteris, ſed etiamſi Clericus habeat primam tonſuram duntaxat; quia et-
2\. iam iſti appellantur Clerici. Et hoc etiam tenet *Petrus de Anchor. & Ioh. de Imol. in d. c. quia nos.* At *Iac. Butrig. & Bart. in l. ſacroſanctæ. C. de Epiſc. & Cler.* videntur dicere, quòd illud procedit in acquiſitis ratione officii & dignitatis Eccleſiaſticæ. Sed in adventitiis, acquiſitis aliunde, videntur tenere, quòd teſtari non poſſit. Et contra eos videtur eſſe textus in *Auth. Presbyteros.* ibi: *quomodolibet ad eorum dominia*

nia venientes. C. de Epiſc. & Cler. & *in d. l. ſacroſancta.* ibi: *in quacunq; bona. eod. tit.* & pro prima opinione vide *Gloſſ. ſingul. cauſ. 19. quæſt. ult. 6. can. quia ingredientibus.* in verbo: *teſtandi.* quæ dicit, *quod Clericus in poteſtate conſtitutus poteſt teſtari.* & loquitur indiſtinctè; ut aliàs *d. Auth. Presbyteros.* & ideò ex his filiusfamilias, qui vult, poteſt teſtari, etiam patre invito, & poteſt adhibere iſtam cautelam, quòd incipiat ſaltem primam tonſuram; quod eſt multùm notabile, & menti tenendum perpetuò.

CLVII. (113.)

Ejusdem argumenti.

vid. infr. 196.

Summa.

1. *An filiusfamilias poterit emancipari ad actum teſtandi?*
2. *Affirm. Si fiat per viam diſpenſationis.*

Dixi in præcedenti unam cautelam, per quam filiusfamilias poſſet facere teſtamentum. Sed nunc do tibi aliam; videlicet, quòd pater emancipet filium, quantum ad iſtum actum teſtandi, & in reliquis retineat eum in poteſtate; quod fieri poteſt ſecundum *Bart.* qui ita ſingulariter dicit in *l. 1. §. filii. ff. ad Trebell.* Et licet multi *Dd. ibi:* & *Bald. in l. Senium. C. qui teſt. fac. poſſ.* teneat contrarium, dicentes, *quòd ſtatus hominis eſt indiviſibilis:* quia non poteſt quis eſſe in uno in poteſtate, & in alio non, per text. *in l. ſi pariter. in fin. ff. de liber. cauſ.* ubi dicit, *minimè autem Prætor pati debeat, ut pro parte quis ſervus fiat.* & *ibi* notat. per *Dd.* & per notata *in l. 1. C. de lati. liber. toll.* & in *c. cum inhibitio. extr. de cland. deſponſ.* & *in c. per venerabilē. ext. qui fil. ſint leg.* 1.

2. Tamen dictum *Bart.* poteſt procedere, quando per viam diſpenſationis hoc fit, ut pro certo actu diſpenſetur, quòd fiat ſtatus mutatio, ut notatur in *l. fin. ff. de jure annul. aur.* & in *d. l. ſi pariter. in fin.* Circa quod vide, quod dicam in ſequenti cautelâ.

CLVIII. (114.)

Ut filij legitimati tantùm pro parte ſuccedant.

Summa.

1. *Comes Palatinus, vel, qui habet jus legitimandi, an poſſit diſpenſare?*
2. *Idem quamvis non poſſit plus facere, quàm ei commiſſum; poteſt tamen minùs.*

Alia cautela eſt, quam ſæpè dedi parentibus ſeu patribus, qui habent filios legitimos & naturales, in unum vel plures ſpurios, qui vellent ipſos ſpurios facere legitimari, ſed nollent, quòd ſuccederent pariter cum aliis legitimis & naturalibus, niſi certo modo;
1. prout eis parentibus placuerit. Nam dixi, quòd Comes Palatinus vel alter, qui habet poteſtatem legitimandi, licet non poſſit legitimare, quantum ad unũ tantum: quia legitimatio eſt reintegratio totius ſtatus. *Fac. l. quæſitum. cum ibi not. ff. de adopt. & l. ſi pariter. ff. de liber. cauſ.* Tamen poteſt diſpenſare, ut poſſit ſuccedere; quia iſta non eſt propriè legitimatio, ſed diſpenſatio. Et licet iſtud non videtur eſſe commiſſum Comiti, qui habet poteſtatem legitimandi, tamen ſecus eſt, quando eſt ſibi collata ordinaria poteſtas legitimandi & habilitandi univerſaliter; per ea, quæ habentur & nôtat *Bart. in l. 2. ff.*
2. *de opt. leg.* unde, cum exercet rem jure ſuo, licet non poſſit plus facere, quàm ſibi commiſſum ſit; minus

tamen

tamen facere poteſt: quia non habet ſervare formam ſui privilegii, ſicut debet facere judex delegatus. Et ita tenet *Dn. Paul. in l. ſolet Prætor. ff. de jurisdict. omn. jud.* qui dicit, ſe ita aliàs conſuluiſſe, & idem notat ipſe *in l. pactum quod dotali. C. de collat.* ubi omninò vide, & vide *Benedict. de Plumb. in l. fin. ff. de jure aur. annul. & in d. l. ſi pariter. in fin. & in ſua diſputatione*, quæ incipit, *Conſtituto Piſano cavetur.* & vide etiam *Dn. Iac. de Zocchis in c. per venerabilem. §. 1. in* 49. *column. qui fil. ſint leg.* & adde quod dixi in præcedenti. Quod nota pro parentibus, qui vellent legitimare filios cum hoc, quòd ſuccederent ſolùm in certa parte.

CLIX. (115.)

Vt filius poſſit bona dotalia à patre conſequi.

Summa.

1. *Si inter patrem & filium malè conveniat, an pater teneatur dotem acceptam reſtituere?*
2. *Maritus ſi ex juſtis cauſis expendat dotem, ſecurus eſt.*
3. *idem, ſi ex mandato uxoris id faciat.*
4. *An pater filio emancipato tutò reſtituat dotem?*
5. *an cogi poſſit ad emancipandum?*
6. *Emancipatione à filio impetratâ, omnia materna bona ſunt reſtituenda.*
7. *etiam res nurui donatæ.*

Multi ſunt filii, qui non poſſunt pacificè cum patre vivere, & recedunt à patre, vel pater expellit filium de domo, & petitur à filio, quòd pater reſtituat ſibi 1.

dotem uxoris ſuæ, quam ipſe pater recepit & obligavit ſe pariter cum filio ad dotē reſtituendam in omnē caſum & eventum dotis reſtituendæ, juxta notata *in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff. ſolut. matrim.* Pater dubitat, ſi debeat dotem reſtituere; quia dos conſtante matrimonio reſtitui non debet, ut in *tot. tit. C. ſi dos conſtant. matrim.* & ſi filius conſumeret, nollet pater teneri ad eam amplius reſtituendā: & de hoc
2. ſæpiſſimè eſt quæſtio. Sed tu dicas, ſi conſultus fueris, quòd triplex cautela vel conſilium dari poteſt, ut pater ſecurè dotem reſtituere poſſit. Quarum prima eſt, quòd reſtituat ſolummodò ex cauſis legitimis & à jure expreſſis, de quibus habetur in *l. quamvis. & in l. ſequenti. ff. ſolut. matrim.* & non habebit aliquam dubitationem.
3. Secunda cautela eſt, quòd reſtituat alteri de mandato mulieris; tunc enim ipſa mulier tenebitur actione mandati; unde conventus ſocer ad dotem, poterit ei compenſationem opponere. *arg. ff. de jur. dot. l. ſanè.*
4. Tertia cautela eſt, quòd pater emancipet filium. Nam tunc, ſicut filio mortuo pater debet nurui dotem reſtituere, ita hic filio emancipato. *arg. ff. de jur. dot. l. ſi pater filiæ nomine.* Et ita conſuluit *Iacob. de Aret.* Sed *Raynerius* dicebat, *primam cautelam meliorem.* Et hoc etiam notat *Florian. in l. ſi filia. §. ſi filius in 4. column. verſ. Sed & ſi pater. ff. fam. erciſc.*
5. *in Apoſtillis.* Sed hîc eſt dubium, quid ſi pater nollet ipſum emancipare? & expulit ipſum de domo; an poſſet cogi ad ipſum emancipandum? Et videtur, *quod non.* quia regulariter ad hoc cogi non poteſt, ut notat. *Inſtit. quibus modis jus patr. pot. ſolvi. §. fin.* Sed dicas contrarium; quia ex quo pater malè tractat ipſum, expellendo eum de domo, & tractando ipſum, ita, quòd ſecum vivere non poſſit; conſtat patrem facere contra pietatem, non tractando ipſum ut filium. *arg. l. quidam cum filium. cum ibi notatis. ff. de verb.*

ff. de Verb. obl. juncta. *l. Divus. ff. ſi quis à patr. fuer. manumiſſ.* & hoc caſu talis emancipatio debet peti 6.
impetrata venia juxta *l. Venia. C. de in jus voc.* quâ emancipatione obtenta & bona dotalia & non dotalia, ut bona materna, ei ſunt reſtituenda. Et licet, quando pater emancipat filium voluntariè poſſit dimidiam uſusfructus retinere: *C. de bon. qua lib. l. cum oportet.* propter quandam remunerationem, *ut ibi:* tamen quando propter ſævitiam vel injuriam aut defectum patris cogitur ipſum emancipare, debet pater omne commodum uſusfructus amittere: quia dictus uſusfructus ſervatur patri propter remunerationem per *d. §. cum oportet.* quæ remuneratio hoc caſu non debetur, *ut d. l. Divus. ff. ſi quis à patr.* Et ita ſingulariter tenuit conſulendo *Dn. Rapha. Raynerius in conſilio ſuo,* quod incipit, *In Chriſti nomine Amen. Inſpectis cauſis præmiſſis poterunt filii cogere patrem. &c.* Et quod dictum eſt de dote, puto idem eſſe di- 7.
cendum de donariis factis à patre nurui, ut illa etiam debeant reſtitui filio. Si propter defectum filii & non patris, non poſſunt ſimul vivere, pater non cogeretur ipſum emancipare; non ſubſiſtente aliquâ causâ ex his, quæ habentur in *d. § fin.* quod nota, & tene menti; quia quotidie eris interrogatus.

CLX. (116.)

Ut impetratio bonorum publicatorum firma ſit.

Summa.

1. *Bona confiſcata per importunitatem cenſentur obtenta.*
2. *niſi Princeps dicat, ea ſe motu proprio conceſſiſſe.*
3. *aut, non obſtante l. 1. C. de petit. bonor. ſublat.*

4. *Formula*

4. *Formula conceſſionis.*

Nonnulli aliquando impetrant à Principe vel
1. Domino ſibi concedi vel donari bona alicujus rebellis, in fiſcum delata: quæ impetratio de jure non valet; quia præſumitur eſſe facta propter importunitatem petentis; ut eſt caſus multùm notabilis in *l.* 1. *C. de petit. bon. ſub. lib.* 10. & *in c. cum ex juventute. §. cæterum. in princ. extr. de purgat. ca.* & quod notat *Gloſſ. in verſ. noſcatur. ad fin. in c.* 1. *de conſtit. lib.* 6.
2. Sed cautela eſt, ut talis impetratio valeat; videlicet, quòd Princeps concedendo dicat, *quòd hoc faciat motu proprio.* quia tunc benè valeret, ut eſt textus in *d. l.* 1. *in fin.* Nam motus proprius in dubio regulariter non præſumitur, niſi exprimatur, ut ibi notat *Bart.* & eſt textus *in c. ſi motu proprio. de præbend. in* 6. Adverte tamen, quòd iſta cautela non ſufficeret, ſi Princeps nollet dicere *motu proprio*, ſed *ad ſupplicationem*
3. *ſupplicantis.* Sed tunc eſt alia cautela; videlicet, quòd Princeps concedat vel donet dicta bona ad fiſcum delata, *non obſt. d. l.* 1. *C. de petit. bon. ſublat.* & pro hoc vide, quod in ſimili habetur *in l. evacuatis. C. de decur. lib.* 10. ubi dicitur, quòd non valet reſcriptum vel privilegium concedens immunitatem, niſi dicatur *non obſt. d. l. evacuatis*, ut ibi notatur per *Bart.*
4. Etiam dixi ſuprà in unâ cautelâ. Et adde circa hoc, quod habetur *in l. fin. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* Et ideò ſupplicans, vel qui habes conſulere, qualiter debeat fieri talis donatio, ſis cautus, ut hæc duo ſimul jungantur; videlicet, quòd Princeps vel dominus concedens dicat, *quod hoc faciat motu proprio & ex certâ ſententiâ, non obſt. l. quæ incipit, quiſquis. C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10.

CLXI.

CLXI. (117.)

Ut à patre ſubſtitutus pupillo matri ne præferatur.

Summa.

1. *Mater à ſubſtituto in ſucceſſione filij excluditur, etiam quoad legitimam.*
2. *Per arrogationem pupilli evaneſcit ſubſtitutio.*
3. *An ergò ſubſtitutus à ſucceſſione excludatur, ſi ſtipulationem in arrogatione interponi ſolitam omiſerit?*
4. *Teſtamentum pupilli per arrogationem ruptum quando convaleſcat.*

Si pater inſtituit filium pupillũ, & ei ſubſtituit pupillariter extraneũ; mater pupilli, ſi filius moritur in pupillari ætate, excluditur à ſucceſſione &, quia admittitur ſubſtitutus expreſsâ ſubſtitutione pupillari, excluditur etiã à legitima, ut eſt caſus in *c. ſi pater. de teſt. lib.* 6. & habetur in *l. Papinianus. in §. ſed nec impuberes. ff. de inoffic. teſt.* & *in l. precibus. C. de impub. & alim. ſubſt.* Sed tu adhibere potes unam cautelam, quòd mater admittatur ad ſucceſſionem omnium bonorum filii, non obſtante dictâ pupillari ſubſtitutione expreſsâ; videlicet, ut detur pupillus in arrogationem alterius. Quia ex hoc tollitur ſubſtitutio, quæ eſt teſtamentum pupillare, ut *l. patris & filii. ff. de vulg. & pupill.* & quòd tollatur ſubſtitutio, probatur in *l. nec ei. ff. de adopt.* Nam per arrogationem teſtamentum rumpitur; ut *inſtit. quib. mod. teſt. infirm. §. 1.* cùm enim per arrogationem capite minuatur, ut *eod. tit. §. alio.* ſublata eſt ſubſtitutio, & ſic pupillare 1. 2.

pupillare teſtamentum, ut *ibi.* & *ff. de jure codicill. l. conficiuntur. §. poſt teſtamentum.* ipſo ergò ſublato, ſi moritur filius in pupillari ætate, admittitur mater vel ejus hæres ab inteſtato. Sed iſta cautela non
3. videtur eſſe tibi utilis propter ſtipulationem, quæ ſecundum leges facienda eſt tempore arrogationis, ut *l. non aliter.* & *l. his verbis. ff. de adopt.* unde dic, quòd habet locum, quando talis ſtipulatio fortè fuiſſet omiſſa. Et iſtam cautelam tradidit *Tancred. de Corneto in quodam ſuo judiciali, quod Compendium appellatum eſt, in ultimâ parte in verſ. 3. quaritur.* Sed adverte; quia iſta cautela non videtur efficere, etiam ſi ſtipulatio fuiſſet omiſſa: quia tunc, licet non competat actio directa, tamen videtur competere a-
4. ctio utilis, per text. *in d. l. his verbis.* Item adverte, quia prædicta cautela, etiam ſi eſſet vera, debet intelligi, ſi filius in eo ſtatu permanſerit tempore mortis ſuæ; videlicet, ut duret arrogatio uſque ad tempus mortis: alioquin ſecus eſſet. Quia, licet de jure civili teſtamentum ſit ruptum per arrogationem; tamen jure prætorio valet, ſeu reconvaleſcit, ſi tempore mortis non reperitur arrogatus; ut *inſt. quib. mod. teſtam. infirm. in §. alio.* quia tunc devenit ad caſum, in quo incipere potuit, ut *l. cum vir. ff. de uſucap.* & dicam etiam in ſequenti cautelâ.

CLXII. (117.)

Ad infirmandum teſtamentum, ſi fortè revocari nequeat.

Summa.

1. *Si teſtator ſe det arrogandum, infirmatur teſtamentum.*
2. *modò ne tempore mortis ſit emancipatus.*

Eſt

Eſt magna dubitatio, ſi poteſt fieri teſtamentum ita & taliter, quòd nullo modo poteſt revocari, ut habetur plenè per *Bart. in l. ſi quis. in princ. ff. de leg.* 3. & dicam in cautelâ ſequenti. Poſito pro conſtanti, 1. quòd quidam condidit teſtamentum ita, quòd mutare non poteſt: tunc poterit adhibere cautelam ad rumpendum dictum teſtamentum, quæ ſit ſimilis præcedenti; videlicet, ut ſe det in arrogationem alteri, qui ſecundum naturam eum arrogari poſſit, ut *ff. de adopt. l. arrogator.* Aut ſe faciat exbanniri ex eo delicto, propter quod capite minuatur, *juxta §. cum autem. Inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ſol.* Nam per hujuſmodi capitis diminutionem rumpitur teſtamentum, ut in *d. §. alio. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm.* facit quod in ſimili de exbannito dicitur in *l. ſi non pro condemnato. in princ. ff. qui ſatisdar. cog.* Et iſtam 2. cautelam intellige, ſicut præcedentem, videlicet quòd iſte, qui facit teſtamentum, ſit in eodem ſtatu tempore mortis ſuæ, ſcil. quòd ſit bannitus vel condemnatus, per ea, quæ dixi in cautelâ præcedenti. Et iſtam etiam cautelam poſuit *Tancred. de Corneto in ſuo opere prædicto.*

CLXIII. (117.)

Ne ultima voluntas ſit revocabilis.

Summa.

1. *Si teſtator juret, non revocaturum teſtamentum; an juramentum ſervandum?*
2. *Utile eſſe, ſi per cenſuram Eccleſiaſticam ſub pœnâ excommunicationis revocatio inhibeatur.*
3. *Si teſtator non conſenſit iſti cenſuræ, poteſt ab eâ appellare;*

4. *Etiam*

4. „ *etiam poſt decem dies.*

5. *Prædictum caſum de non infirmando teſtamento maximè locum habere, ſi liberi ſint inſtituti;*

6. „ *non autem ſi extranei.*

Ego dixi in cautelâ præcedenti, quòd maximum dubium eſt apud *Dd.* an poſſit dari remedium, quòd fiat teſtamentum ita, quòd non poſſit revocari? de quo habetur plenè per *Doct. in c. quod ſemel placuit. de reg. jur. in* 6. & ibi plenè per *Ioh. Andr. in med.* & pleniſſimè per *Bart. in l. ſi quis. ff. de legat.* 3. & per *Salicet. in l. ſancimus. C. de teſtam.* & per *Bald. in c.*
1. *2. de feud. dat. in ∇ic. l. commiſſ.* Et inter alia remedia ponitur unum; videlicet, quòd teſtator juret, ſe non revocare teſtamentum, & non contravenire; de quo plenè per eundem *Ioh. Andr. in d. c. quod ſemel placuit.* ubi hoc diſputat, & per *Pe. de Anchor. in c. ea, quæ. de reg. jur. in repetitione ſuâ.* & per *Ioan. de Imol. in c. cum contingat. extr. de jurejur.* & per *Bart. in d. l. ſi quis in princ. & in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de ∇erb. obl.* & per *Bald. in c.* 1. *in §. item ſacramenta. ∇erſ. quæritur, ſi faciens teſtamentum, in tit. de pact. juram. firm.* & per eundem *Ioh. de Imola. in l. ſi quis*
2. *inquilinus. ff. de legat.* 1. Sed tu potes adhibere hanc cautelam, quòd, ſi quis teſtamentum faciat, & juret, *non re∇ocare & non contra∇enire*, etiam per cenſurã Eccleſiaſticam ſibi præcipiatur, & quidẽ peremptoriè ad inſtantiam hæredis inſtituti, *ſecundum quòd habetur in c. ſacro. ex. de ſent. excomm.* quod obſervet juramentum & non contraveniat; & ſi contravenerit vel contravenire tentaret, *ex nunc prout ex tunc, & ex nunc prout ex tunc* dicâtur, *ferimus ſententiam excommunicationis contra eum.* Nam ſi poſtea revocat teſtamentum vel revocare velit, aliud faciendo; reperietur excommunicatus per ſententiam excommunicatio-

municationis jam latam priùs contra eum; & ſic, quia excommunicatus, non poterit teſtari; nec ſecundum ejus teſtamentum poſtea factum valebit; ut *in c. pia. de except. lib.*6. Facit quod habetur in *cap. decernimus. de ſent. excommun. lib.*6. & vide circa cautelam prædictam *Bart. in d. l. ubi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort.* & *in conſilio ſuo* 138. Sed adverte, quòd iſta cautela eſſet utilis, & procederet, 3.
quando ille teſtator conſenſiſſet illi ſententiæ excommunicationis latæ ſub conditione per ſuum judicem competentem, per *text. & Gloſſ. & quod ibi ſingulariter notaVi.* ut notat *Ioh. Andr. & Dd. in c. pen. & Gloſſ. extr. de offic. deleg.* ubi habetur; *an quis promittere poſſet, ſe ſoluturum aliquid ad certum terminum: & ſi non ſolVat, ex nunc excommunicetur?* de quo dic, ut ibi. Sed, ſi teſtator non conſenſit illi ſententiæ & præcepto; tunc contra dictam cautelam poſſet dari remedium; videlicet, quod, antequam revocet & ſic pendente conditione, appellet etiam poſt decem dies à tempore dicti præcepti, vel ſententiæ. Quia quando eſt lata ſententia excommunica- 4.
tionis vel cenſuræ contra unum ſub conditione, illâ pendente, poteſt ab eâ, etiam poſt decem dies à tempore ſententiæ, condemnatus appellare; ut eſt textus notabilis in *c. præterea.* 2. *extr. de appellatione.* ſecundum *Ioh. Andr. ibi*; licet ab aliis ſententiis conditionalibus debeat appellari infra decem dies à tempore latæ ſententiæ, ut *l.* 2. *§. biduum. ff. quand. appell. ſit.* & notat. *in d. c. præterea.* Si autem teſtator non conſenſit præcepto ſibi facto, appellet infra decem dies à die præcepti; & res non habebit dubium ſecundum omnes, vel etiam poſt decem dies, ante eventum conditionis; & valebit appellatio. Item 5.
prædicta cautela procederet ſine dubio; quando teſtator inſtituiſſet filium venientem ab inteſtato: quo caſu non poterit revocare teſtamentum, quod primum fecit. Et licet poſſit lacerare teſtamentum, ut

l. noſtram. C. de teſtament. vel cancellare, ut in *tot. tit. ff. de his, quæ in teſtam. delent.* & ſic poſſet lacerare, cancellare vel revocare; tamen ex quo aliud facere non poteſt, inſtitutus in teſtamento revocato veniet ab inteſtato.
6. Sed ſi fuiſſet inſtitutus extraneus, iſta cautela non videtur ſufficiens. Quia licet teſtator non poſſit ſecundum teſtamentum facere, quia excommunicatus eſt: tamen videtur, quòd poſſit lacerare vel delere teſtamentum, & mori inteſtatus per *d. l. noſtram.* & per *d. l. 1.* & ſic venientes ab inteſtato ſibi ſuccederent, & non inſtitutus; quia eſt extraneus. Cogita tamen ſuper hoc, ſi eſt verum.

CLXIV. (118.)

An in dubio quis præſumatur filiusfamilias.

Summa.

1. *Pater præſumitur vivere centum annos.*
2. *Præſumtio juris multum facit ad victoriam.*
3. *ſ neque videtur eſſe pro filiofam.*
4. *Alleganti minorem ætatem incumbit probatio.*
5. *Si filius litigans non docet, ſe patremfamil. non habet perſonam ſtandi in judicio.*
6. *Præſumtio juris relevat ab onere probandi.*
7. *ſ neque durat in iis, quæ ſolo temporis curſu mutantur.*

1. Quis præſumitur eſſe filiusfamilias in dubio; quia pater ſuus præſumitur vivere *c. annis. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & not. *ibi Gloſſ. in l. ſed etſi de ſua. ff. de acquir. hæred.* per quam *Gloſſ.* dicit ibi *Angel. Nota benè iſtam Gloſſam, ex quâ habebis magnum honorem,*

norem, ſi ſcias practicare. Nam infiniti actus prohibiti ſunt filiisfamilias, maximè ex forma ſtatutorum Italiæ.

Nam pro allegante eſt quædam præſumptio juris, *quòd ſit filiusfamilias*; & ita ſufficit ad victoriam reportandam, etiam in criminali. *l. abſentem. ff. de pœnis.* & in civili; ut probatur *in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred.* unde ſi adverſariò non ſuppeteret de tempore probandi; ſuccumberet in cauſa. Et hoc dictum reprobat *Ioh. de Imol.* & *Rapha. Cuman.* & *Ludov. de Rom. in d. l. ſed etſi de ſuâ.* Quia, licet pater præſumatur vivere centum annis, non tamen ſequitur, *quòd ſit filiusfam.* Poteſt enim eſſe emancipatus, aut naturalis, qui in patria poteſtate non eſt. *l. filium definimus. ff. de his, qui ſui vel alien. jur.* Præterea, an quis præſumatur filius, an non? ponit *Gloſſ. in l. Titia. ff. ſolut. matrim.* Et ut dicimus in ſimili, allegans minorem ætatem ad ſui fundamentum, tenetur eam probare. *l. ſi minore. C. de in integr. reſtit.* & plenè notatur per *Bart. in l. de ætate. ff. de minor. in Repetitione ſuâ.* & habetur in *l. 2. C. ſi minor ſe maj. dix.* ita, qui allegat, quem eſſe filiumfamil. pro fundamento ſuo, tenetur id probare. Item, ex quo quis litigavit cum eo, ut patrefam. pro eo præſumitur, *arg.* ejus, quod notat, in *l. inter quos. §. 1. ff. de damn. infect.* & *in l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat.* Et de iſtâ quæſtione vide per *Freder. de Senis in conſilio* 208. & ibi non determinat. Sed tu dicas, quòd iſta cautela poteſt ſuſtineri, ſi adverſarius litigans in principio judicii fecerit proteſtationem contra adverſarium, dicens, *quòd non intendit litigare cum ipſo, niſi ſi & in quantum habeat legitimam perſonam in judicio comparendi*, juxta not. *in d. l. inter quos. §. 1.* Quo caſu, ſi ſecum litigans non doceret, *ſe patremfamil.*; non videretur eſſe perſona legitima; ex quo præſumptio juris eſt contra ipſum, quia, ut dictum eſt, pater præſumitur vivere

2. 3. 4. 5.

6. vere. Item non præſumitur emancipatio, vel quòd ſit filius naturalis; ex quo iſtud ſapit delictum; ut notavi in *l. concubinatu. ff. de concub.* Nec *obſtat* ratio, quam ſupra dixi ſecundum *præfatos Doctores.* videlicet, quòd ille, qui allegat aliquid affirmativè vel negativè ad ſuam intentionem firmandam, illud debet probare: ſicut dicitur in allegante minorem ætatem vel majorem. Quia iſta regula non procedit, quando eſt juris præſumptio pro allegante, qui tunc non teneretur probare, ut notanter dicit *Bart. in l. in illâ ſtipulatione, ſi Kalendis. ff. de verbor. oblig. ante fin.*

7. Nec valet *arg.* de allegante ætatem; quia verum eſt, quòd in his, quæ tempore mutantur, non ſufficit allegare, *fuiſſe in præteritum aliquid*, puta aliquem minorem, ut vult *Bart. in d. l. de ætate.* ſed in his, quæ ſolo curſu temporis non mutantur, ſecus eſt; ſicut dixi in caſu noſtro. Et ptopterea teneo, quòd *Angel.* veriùs dicat.

CLXV. (119.)

Ne lite per procuratorem conteſtatâ ipſe dominus poſteà cauſam agat.

Summa.

1. *Proceſſus eſt ipſo jure nullus, ſi poſt litem à procuratore conteſtatam, ipſe dominus ſine conſenſu adverſæ partis agat.*
2. *unde juvat, ab initio tàm per procuratorem, quàm per ipſum dominum litem conteſtari.*
3. *Procurator lite conteſtatâ ipſum dominum poteſt ſubſtituere.*

1. Si tu Advocatus vis cauſam vincere, adverte diligenter, quòd, ſi lite conteſtatâ per procuratorem tantum,

tantùm, intervenit dominus perſonaliter in judicio, & tractat cauſam per ſeipſum; ſemper contradicas, & ſcribi facias in actis, *te non conſentiente, imò contradicente*, juxta ea, quæ notat *Bart. in l.1. C. de relat.* Nec te ultrà in verbis extendas, & in fine cauſæ, ſi videas, contra te debere ferri ſententiam; immediatè alleges, *quòd omnes actus facti per dominum ſunt nulli ipſo jure*, cùm fuerint facti te invito, & poſt litis conteſtationem factam per procuratorem ſuum, non interveniente cauſæ cognitione, *an dominus potuerit interVenire Vel non?* ut probatur in *l. poſt litem. ubi Videtur caſus de hoc. ff. de procur.* & hoc videtur velle *Bart.* ibi & aliàs in *l. mutari. de procur.* & ita tenuit *Angel.* expreſsè in *d. l. poſt litem*: quod debet eſſe verum, niſi dominus in judicio compareat ratione juris utilis, quod habet in inſtantiâ; ut habetur in *l. quæ cauſa. eod. tit.* Et propterea, ut tollatur illud 2.
periculum & illa dubitatio; aliqui volentes litigare per procuratorem, in libello faciunt ſcribi nomen proprium & procuratoris, disjunctivè & copulativè, dicendo: *Titius, ſiVe Sempronius, tanquam ejus procurator &c.* ad hoc, ut tàm dominus, quàm procurator efficiantur domini litis & inſtantiæ directæ. Quo caſu, lite conteſtatâ in perſonâ utriuſque, poterit eſſe ſolus dominus in judicio & comparere. Eſt & aliud remedium, quando lis eſt conteſtata in perſona 3.
procuratoris tantùm, quod procurator conſtituat ſuum procuratorem dominum ſuum. Quia ſicut poteſt lite conteſtatâ procurator alium procuratorem conſtituere. *l. neque. C. de procuratorib. cum ſimilib.* ita poteſt & dominum ſuum ſubſtituere. Et propterea ſit cautus dominus, ut ſolus non compareat in judicio, lite conteſtatâ; niſi litis conteſtatio ſit facta etiam in perſonâ ſuâ; vel niſi ſubſtituatur à procuratore, vel niſi præſente adverſario & conſentiente; aliàs geſta per eum eſſent nulla per prædicta.

CLXVI. (120.)

Pro eo, qui cupit excludere exceptionem declinatoriam judicis.

Summa.

1. *Si adverſarius in jure interrogatus, affirmet ſe velle litigare; videtur judicem agnoſcere.*
2. *non autem, ſi procuratorem conſtituat ad reſpondendum.*

1. Nota novam cautelam excludendi declinatoriam judicis, videlicet, ut interrogetur adverſarius, *an velit litigare?* quia, ſi reſpondit: *quòd ſic*, excludetur. Ita dicit *Anthon. de Butrio in 7. notabili* 12. *col. in verſ. oppono ſecundo, quòd hæc interrogatio. extr. de judic. c.* 1. & movetur per *Gloſſ. ibi.* Notabiliter tamen ſubdit in *d. verſ.* quòd putat eſſe verum, quando litigans eſt certus, vel debet eſſe, de exceptione competenti: quia hoc pactum vel renunciatio non extendit ſe ad incognita. *arg. ff. de pac. l. tres fratres.* & quia dato errore exceptionis non datur conſenſus in judicio. *ff de juriſdict. omn. jud. l. ſi per errorem.*
2. Item hoc verum, quando reſpondet, *ſe velle litigare.* Si autem conſtituat procuratorem ad reſpondendū, per hoc non renunciat declinatoriæ competenti, ut dicit *Gloſſ. notab. in c. expoſuit. extr. de dilat.* Tutum tamen eſt ſecundum eum, quòd conſtituat procuratorem ad reſpondendum; ſalvis omnibus exceptionibus ſuis. Et pro iſtâ cautelâ vide *text. cum Gloſſ.* & per *Dd. in l. ſi fidejuſſor. in princ. ff. qui ſatisd. cog.*

CLXVII. (121.)

Ne creditor temerè admittat ſolutionem pro reſiduo.

Summa.

1. *Qui reliquum ſolvit, nihil videtur ampliùs debere.*

Ego do tibi unam cautelam mirabilem, quam tene menti perpetuò: quia eſt de pane lucrando. Nam ſi debes alicui centum, ſolvendo ei decem, dicas *pro reſto.* quia ſolvendo *pro reſto*, præſumitur, antè aliam 1. quantitatem eſſe ſolutam. Quia aliàs non diceretur *pro reſto.* Unde ſi creditor conveniat te ad alia 90. eſt præſumptio pro te, quòd illa ſolveris. Ita dicit *Paul. de Caſtro in l. 2. C. de hæred. inſtit.* per *Gloſſ. notab. in l. ſi ex pluribus. ff. de ſolut.* & è contra ſint cauti creditores recipientes ſolutionem, ne faciant apponi in inſtrumento vel libello mercantiæ, quòd *pro reſto* recipiunt ſecundum *Dn. Paul.* ibi.

CLXVIII. (122.)

Vt valeat legatum relictum rebelli.

Summa.

1. *Legatum ita rebelli relictum, ut ipſe habeat & retineat, non ſpectat ad fiſcum.*

Nota tu, qui vis relinquere rebelli, ut dicas: *ſic* 1. *lego tali fundum, ut ipſum habeat vel retineat.* Quia hoc relictum non debetur ſibi, niſi ſit factus capax & reſtitutus ad gratiam, & non antè. Unde ad fiſcum non pertinet, ſicut dicitur de legato facto filiofamil.

modo prædicto. Quia ei non debetur, niſi facto ſui juris. *textus eſt notab. in l. fideicommiſſ. §. hæc verba. & §. ſi filio. ff. de legat.* 3. & ita aliàs dixit *Dn. Ioh. de Prato*, Advocatus fiſcalis.

CLXIX. (123.)

Ne creditor temerè à debitore rem in ſolutum recipiat.

Summa.

1. *Re in ſolutum acceptâ, hypotheca & fidejuſſorum obligatio extinguitur.*
2. *niſi creditor contra fuerit proteſtatus.*

1. Si aliquis eſt debitor alterius ſub obligatione vel hypotheca vel cum fidejuſſoribus, & det in ſolutum creditori aliquam rem, volente creditore; liberatur à debito principali, & liberantur etiam fidejuſſores, & tolluntur hypothecæ. Quia ſolutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio. *Inſt. quib. mod. toll. obl. in princ.* Et ſi contingat, quòd res data in ſolutum evincatur per tertium à creditore, non poterit creditor amplius agere in fidejuſſores, qui per dationem in ſolutum jam liberati ſunt, nec poterit agere hypothecaria: quia illa etiam eſt ſublata, ut dixi; & ſi debitor non haberet, unde ſolveret, nullum re-
2. medium creditori competeret. Et ideò cautela eſt, quando debitor vult tibi dare aliud in ſolutum, quod tu recipias cum reſervatione & proteſtatione; videlic. *quòd non intendis per illam dationem in ſolutum recedere ab hypotheca, neque ab obligatione fidejuſſorum.* Nam tunc, ſi res evincatur, durabit tamen obligatio hypothecæ & fidejuſſorum. Hæc probantur in *l. ſi quis aliam.* & not. per *Bart. & Dd. ff. de ſolut.* quod nota, quia multi recipiunt in ſolutum, & remanent decepti.

CLXX. (124.)

Vt creditor præferatur etiam anteriorem hypothecam habentibus.

Summa.

1. *In obligationibus bonorum qui prior tempore, potior jure.*
2. *Ampliationes dictæ regulæ.*
3. *Exceptiones ejusdem.*
4. *Si res emta ſpecialiter venditori obligetur, præfertur hic creditoribus omnibus.*
5. *Idem eſt, ſi eâ conditione quis emat, ut certa res ſibi ſpecialiter obligata ex datâ pecuniâ comparetur.*
6. *An iſtiusmodi creditor etiam præferatur mulieri ratione dotis.*
7. *Quod negatur contra Br.*

Vulgaris eſt regula juris, *quòd, qui prior eſt tempore, potior eſt jure*, ubi eſt obligatio bonorum; ut in *regula, qui prior. de re jud. in* 6. & in *l. potior.* & in *l. balneum. ff. qui pot. in pign. hab.* & in *l. prius. ff. de privil. cred.* Et iſta regula procedit, etiamſi res debitoris ſit emta ex pecunia poſterioris creditoris, ut habetur in *l. quod quis. eod. tit.* & in *Auth. quo jure. C. qui pot. in pign. hab.* & ideò ſi mutuavit pecuniam laboratoribus, ut emerent boves pro vecturando, & laboratores haberent creditores anteriores cum hypothecâ, illi creditores præferrentur, & poſſent per hypothecam avocare dictos boves; quod idem juris ſit cenſendum de iſtis bobus, ſicut de aliis bonis debitoris. Item procedit dicta regula, etiamſi poſterior creditor vendiderit res ſuas, puta mercantias, de- 1. 2.

bitori habitâ fide de precio. Quia in illis ille, qui eſt prior in tempore, eſt potior, & non vendens; ut eſt caſus ſingularis ſecundum aliquos in *l. quidam. ff. de in rem verſ.* & ita dicit *Angel. in l. licet. C. qui pot. in pign. hab.* Sed tu allega ſimilē text. *in l. procuratoris. in §. ſed ſi dederit mercē ff. de tribut.* & ibi etiam notat *Dn. Paul. de Caſtro. & Angel. & Dd. in l. fin. ff. de ſo-*
3. *lut.* Sed iſtud fallit primò in dote, ut eſt caſus *ibi:* ſecundò, quando emtor eſſet fugitivus, & jam cogitaverat fugam, antequam emeret, & ſic dolus dedit cauſam ad habendum fidem de precio. Nam tunc habetur fides pro non habita, ut *l. 3. ff. de pign.* ac ſecundum *Angel. qui ibi ſingulariter notat. §. fin. & dicit, quòd iſta quæſtio fuit de facto Bononiæ.* Addit tertiò, quando venditor non habuiſſet fidem de precio, & hoc poſſet taliter conſtare; quia tunc non tranſeat dominium, & ſibi competeret vindicatio, ut habetur in *leg. incivile. C. de rei vind. & in §. vendite. Inſtit. de re. div.* & quando dicatur habita fides vel non, vide *Gloſſ. notab. in d. l. incivile.* & ibi per
4. *Bald & Dd. in d. l. 3.* Fallit quartò, quando ex pecuniâ creditoris poſterioris res emta, & eidem ſpecialiter obligata. Quia tunc eſſet potior iſte vendens omnibus creditoribus, ut eſt caſus multùm notabilis *in d. l. licet. C. qui pot. in pign. hab.* quam omninò vide circa iſtam materiam. Ex quo nota unam cautelam utilem, quòd, ſi vis mutuare uni laboratori pecuniam tuam pro emendis bobus ad laborandum tuam poſſeſſionem, mutues ei pecuniam cum iſtâ conditione, *quòd illi boves ſint tibi ſpecialiter obligati.* Quia tunc mutuans erit potior in illis bobus, aliis creditoribus etiam anterioribus; aliàs ſi ſimpliciter mutuares pro emendis bobus, & non diceres, *quòd eſſent tibi ſpecialiter obligati*, creditores anteriores præferrentur. Et idem dicas in ſimilibus.
5. Potes etiam ex prædictis colligere aliam cautelam, ſi tu emiſti rem ab uno, qui eſt gravatus ære alieno, & dubitas,

dubitas, quòd res tibi vendita evincatur à ſuis creditoribus. Quia tunc debes dicere venditori: *Volo, quòd pro pecuniâ meâ emantur fundi, qui mihi ſpecialiter ſint obligati pro evictione.* Nam tunc, ſi evinceretur res vendita, ille emtor erit potior omnibus creditoribus, etiam anterioribus, in illis fundis emtis de pecuniâ ſuâ, quod benè nota: & adde, quòd dixit *Alber. de Roſat. in l. obligatione generali. in fin. ff. de pignor.* ſecundum *Hubert. de Bobio*, quòd etiam *d. lex* habeat locum, ſi res emta ſpecialiter non ſit obligata, dummodò ille emtor obligaverit ſe & omnia bona ſua venditori: de quo dic, ut dicam in cautelâ ſequenti. Item adverte, quia *Bart. in l. interdum. ff. qui in pign. pot. hab.* videtur hoc limitare, *ut mutuans pecuniam præferatur in re emta ex pecunia mutuata aliis creditoribus etiam anterioribus.* Nam dicit ipſe, *quòd fallit illud in dote*, quia non præferetur mulieri dotem habenti; quia iſte mutuans habet ſolummodò tacitam hypothecam, per ea, quæ habentur *ibi*, & notantur per ipſum. 6.

Sed in iſto caſu noſtro credo, illud non eſſe verum. Nam quando mutuans pecuniam, ut ematur ex eâ res, cum iſtâ conditione & pacto, *quòd res inde emta ſit obligata ſpecialiter mutuanti*, mutuans debet habere expreſſam hypothecam, & non tacitam; ex quo expreſsè ita conventum eſt; & pro hoc fac. *l. unic. §. prior. ff. de rei ux. act.* Et talis mutuans propter talem hypothecam expreſſam etiam poſteriorem debet præferri omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & etiam mulieri in dote ſuâ, ut probatur expreſsè per *d. l. licet. C. qui potior. in pign. hab.* Nam ſi præfertur omnibus creditoribus habentibus expreſſam hypothecam, *ut ibi:* etiam illis, qui præferrentur mulieri in dote, & ita etiam dictæ mulieri præferendus eſt per *l. ſi pignus & ibi notatis. ff. qui pot. in pign. hab.* 7.

CLXXI. (124.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Si creditori hypothecario vendam fundum, & is mihi quoque omnia bona obliget, uter in fundo præferendus?*
2. *Qui vendit rem, in eâ præfertur, etiamſi hypotheca ſit generalis.*

1. Si quis obligavit creditori ſuo omnia bona ſua generaliter, & ego vendidi ſibi fundum meum, & habui fidem de precio. & ipſe obligavit mihi poſtea omnia bona ſua; quis erit potior in dicta re ſibi priùs per me vendita? Et videtur, quòd primus creditor: quia, quamprimum habui fidem, transtuli in eum dominium; ut eſt caſus in *l. quidam. ff. de in rem verſ. & in l. procuratoris. §. ſi dedi mercium. ff. de tribut.* ut dixi in præcedenti cautelâ. Tamen *Hubert. de Bobio*, quem ſequitur *Alberic. de Roſat.* tenet 2. contrarium per *l. licet. C. qui pot. in pign. hab.* & licet illa lex loquatur, quando ſpecialiter eſt obligatus; tamen dicunt ipſi, quòd non refert, an ſpecialiter vel generaliter obligetur, ut *C. de pign. l. & quia.* Item præferuntur præfati fiſco ex generali, ſicut ex ſpeciali obligatione, ut *ff. qui pot. in pign. hab. l. ſi pignus. C. de remiſſione pignor. l. ſi ignorante.* Nam & ille, ex cujus pecunia navis eſt ſalva, præfertur, ut *l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.* ergò iſte venditor, cujus res fuit, potiùs debet præferri, *arg.* eſt optimum & quaſi expreſſum in *l quòd quis. ff. de privileg. cred.* Ad tollendum tamen omne dubium conſulunt ipſi, & dant cautelam, quòd venditor dominiū retineat, quouſq; ſibi ſatisfiat de precio. Et ita communiter fit, & obſervatur ſecundum eos, & benè.

CLXXII.

CLXXII. (124.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Qui emit rem, fortè à creditoribus evincendam;*
2. *ſ pretium ſolvat creditori potiori, eâ lege, ut in ejus locum ſuccedat.*
3. *An conſtante matrimonio creditores mulieri poſſint offerre dotem & perſequi bona mariti?*
4. *Affirm. ſi maritus vergat ad inopiam.*
5. *Limitat. Niſi mulieris ſit electio ex inſtrumento dotali.*

Quotidie contingit, quòd quis emit rem ab aliquo, qui malè utitur ſubſtantiâ ſuâ, & ære alieno gravatus eſt, & habet creditores anteriores hypothecam habentes; & dubitat, quòd, ſi ſolvat precium, res evinceretur à creditoribus venditoris anterioribus. Si imminet evictio in limine contractûs, poteſt petere à vendente, ut ſibi caveat de evictione, antequam ſolvat precium. *ut l. poſt perfectam. C. de evict.* & ſi non poteſt cavere, neque ſecurum reddere emtorem, & emtor velit omninò retinere rem emtam: Dic, quòd cautela eſt, quòd precium ſolvat uni priori creditori, qui omnibus præfertur ſuæ hypothecæ vigore, ut tempore ſolutionis & antequam conveniatur, ipſe creditor anterior ponat ipſum emtorem in locum ſuum, & ſuam hypothecam & obligationem; & ita etiam tempore dictæ ſolutionis vel pòſt ille creditor anterior cedat jura ſua & omnem ſuam hypothecam & obligationem ipſi emtori, juxta *l. Modeſtinus. cum ibi*

(margin: 1. beside line 1 of paragraph; 2. beside "quòd cautela eſt")

ibi notatis per Gloſſ. & Dd. ff. de ſolut. Quo caſu creditor habebit precium, & emtor, ſolvens ſibi precium, habebit hypothecam, & præfertur omnibus creditoribus ipſo anterioribus & poſterioribus illo, cui ſolvit, & probatur in *l. 1. & plenè. in fin. & per tot. tit. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucc.* & eſt *Gloſſ. ord. in l 1. eod. tit. & in l. Ariſto. ff. quæ res pign. ob. poſſ.*
3. & ibi per *Bart. & Dd.* Sed nunquid creditores mariti conſtante matrimonio poſſunt occupare bona mariti, pro jure creditorum, volentes offerre dotem uxoris? Videtur, *quòd non.* quia adhuc actio de dote non competit, neque eſt caſus, in quo poſſit ſolvi dos, conſtante matrimonio, ut in *tot. tit. ff. ſi dos conſtant. matrim.* & notat. *in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolut. matrim.* ſed ſoluto matrimonio creditores poſſunt occupare bona mariti, offerentes dotem uxori, ut *l. cum tibi. C. qui pot. in pign. hab.* & hoc tenet ibi *Bart.* ſecundum *Iac. de Aret.* quod dicit eſſe tenendum menti perpetuò. & idem tenet *Bart. in l. ſi conſtante matr. in princ. in 7. quæſt. principali tertiæ partis in Verſ. ex his ergò reſpondetur.* Et *Bald. & Angel. & Dn. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi conſtante.* videntur
4. tenere contrarium. Sed tu dic, aut eſt ſolutum matrimonium; & ſic eſt locus reſtitutioni dotis; & tunc omnes concordant, quòd creditor poſterior poteſt offerre dotem uxori anteriori in hypotheca; & in ejus locum ſuccedere. ut *d. l. cum tibi. & l. 1. per totum. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucc.* Vel non eſt ſolutum matrimonium, ſed maritus vergit ad inopiam, & mulier incipit agere contra maritum pro dote ſuâ. *l. ſi conſtante præallegat. & l. ubi adhuc. C. de jur. dot.* Et tunc idem: quia ex quo mulier agit & agere poteſt pro dote ſuâ, ita poteſt offerri dos ſua per anteriorem creditorem, *per jura præalleg.* Et iſto modo in-
5. telligatur, quod notat *Angel. & Dd. prædicti.* Aut non eſt caſus dotis petendæ, quia maritus vivit, nec vergit ad inopiam; & tunc teneo opinionem *Iac. de*
Aret.

Aret. & *Bart.* Quia ſicut non poteſt peti nec reſtitui dos, ita nec ejus jus poteſt alteri creditori cedi, vel offerenti dictam dotem. Et quòd dixi, *creditorem poſſe offerre pecuniam dotis mulieri*, intelligo, niſi in inſtrumento dotis diceretur, *quòd in caſu dotis reſtituendæ mulier poteſt petere dotem ſuam in pecuniâ, vel in bonis mariti, electione ipſius mulieris.* Quia tunc creditores, eâ invitâ, non poſſunt offerre pecuniam, ſed volente, ne ſibi tollatur electio data in inſtrumento dotis; quod nota, quia quotidianum eſt.

CLXXIII. (125.)

Pro venditore, ſi integrum non recipiat pretium.

Summa.

1. *Si venditor emtori locet fundum, donec pretium ſolvat, interim recipit penſionem.*
2. *quam non tenetur remittere, ſi conductor re uti nequit.*
3. *neque ad rem tradendam, ut frui poſſit emtor.*
4. *Uſuræ hodie prohibitæ.*
5. *De re ſuâ nemo tenetur penſionem ſolvere.*
6. *Res vendi poteſt pro diviſo, ſive pro parte, quâ ſolvitur pretium;*
7. *ita ut pro reſiduo præſtentur fructus vel intereſſe.*

Si quis vult vendere fundum ruſticum vel urbanum, & emtor non vult nec poteſt ſolvere pretium integrū, ſed ad terminū: quæ cautela adhiberi poterit 1.
venditori, ut durante termino ſolutionis faciendæ venditor fructus rei venditæ percipere poſſit, licet non poſſit

poſſit aliàs percipere. *ut l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt.* Et reſpondeo *ſecundum aliquos:* debet venditor locare fundum venditum emtori certo precio, donec venditori precium venditionis ſolutum fuerit, per text. *in l. ſicut emtio. §. 1. cum l. ſequenti. ff. de locat.* ubi eſt de hoc caſus ad literam, & erit utilis
2. iſta locatio venditori, quoad tria. Primò quantum ad penſionem; ſecundò, quòd ipſe locator idemque venditor non obligabitur ipſi conductori, ſed conductor locatori, ut eſt *text. in dict. §. 1.* Quod declaro. Nam licet locator aliàs ſit obligatus ad exonerationem mercedis, ſi res locata periit, vel fructus conductor percipere non poteſt, ut *l. ſi uno. §. item cum quidam. & ibi plenè per Bart. & Dd. ff. locat.* & in *l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis.* & in *§. ſed ſi labes.* & *in l. ſi merces. §. vis major. eod. tit.* & *c. propter ſterilitatem.* & *ibi per Canoniſtas extra locat.* tamen hoc caſu, quo res vendita & locata ſit emtoris ejuſdemq; conductoris, venditor idemque locator non erit obligatus ad exonerationem mercedis, ſi res locata perierit, vel aliàs conductor damnum fuerit paſſus: quia poſt perfectam venditionem omne commodum & incommodum ſpectat ad emptorem, ut *l. neceſſariò.*
3. *in princ. ff. de peric. & commod. rei vend.* Tertiò quia nec etiam venditor idemque locator tenetur ad rem tradendam, ut uti frui poſſit, ut *l. cum venderem. ff. locat.* & iſtas duas ultimas utilitates ponit *Gloſſ. in l. ſicut emtio. ff. locat.* & eſt ratio ſecundum *Bart. ibi:* quia illa penſio magis debetur pro precio, quod ſibi non ſolvitur, quam pro re, ut notatur *in d. l. ſi uno. §. item cum quidam. ff. locat.* Et ita vidi obſervare
4. hîc Paduæ. Et adverte, quòd dicta cautela procederet de jure civili ſecundum tempora *ff.* ſecundum quæ uſuræ adhuc non erant prohibitæ. Sed cum hodie uſuræ ſint prohibitæ pagina utriusque teſtamenti, & de jure canonico, ut eſt caſus in *c. quia in omnibus. de uſur. & in toto illo titulo. & in 6. & clem.*
etiam

etiam in jure civili hodie. ut in *Auth. ad hæc. C. de uſur.* & not. in *l. cunctos populos. C. de ſumm. Tri. & fid. Cathol.* prædicta cautela non procederet, quia dicta locatio contineret in ſe uſurariam pravitatem. Nam, ex quo res erat vendita, & habita fide de precio tradita, tranſlatum erat dominium in emtorem, *ut l. traditionibus. C. de pactis. & Inſtit. de rer. div. §. per traditionem.* Et ideò de re ſuâ penſionem 5.
ſolvere non tenetur, & ſi ſolveret, eſſet uſura. Nam una ratio eſt principalis, quare in mutuo uſura eſt prohibita; quia ille, qui recipit mutuum, ſi aliquid ſolveret ultra ſortem, ſolveret de re ſuâ, & propter rem ſuam. Et ideò dicitur, quicquid accedit ſorti, uſura eſt, ut *l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.* & *l. ſi tibi decem millia. ff. de pact.* unde propter hoc nunquam utaris iſtâ cautelâ. Sed potes uti aliâ, videlicet, quòd tu 6.
vendas pro diviſo tantam partem rei, quantam capit precium, quod ſolvitur; aliam partem retineas & proteſteris, *quòd non intelligatur translatum aliquod dominium in emtorem*, & illam partem loces eidem emtori, cum pacto, *quandocunq; dabit tibi reſiduum precii, quod teneatur pro venditâ, vel quòd tenearis ſibi facere inſtrumentum venditionis.* Et hoc erit utile, quia non poterit per creditores emtoris tibi auferri, antequam ſolvatur tibi precium, ex quo dominium manſit apud te. Vel potes ei dictam partem, non 7.
venditam, locare ad partem, tanquam colono partiario. Vel tertio potes facere pactum, *quòd deductis expenſis teneatur ſolvere fructus, vel quantum intereſt tua.* Quia iſte eſt unus de caſibus, in quibus poſſunt peti fructus de re alicujus; videlic. quando non eſt ſolutum precium, ut not. *Gloſſ. in c. conqueſtus. extr. de uſur.* & eſt caſus ibi, & per *Bald. & Dd.* Sed iſtud ultimum eſſet difficile, ſicut difficile eſt probare intereſſe, *ut in l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. pro.* & in *l. 2. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* unde modus primus retinendi dominium & locandi melior eſt.

CLXXIV. (126.)

Pro fidejuſſore conductoris, ut quædam excipiat in obligatione.

Summa.

1. *Qui pro penſione domus fidejubet, videtur etiam ad ea teneri, quæ culpâ conductoris corrumpuntur.*

1. Ille, qui fidejuſſit pro ſcholari, qui conduxit domum, videtur fidejuſſiſſe non ſolum pro penſione, ſed etiam pro maſſariis fractis vel conſumtis; ut probatur in *l. commiſſi. §. fidejuſſores ſecundum unum intellectum. Gloſſ. ibi. ff. de fidejuſſor.* & ita tenet *Ludov. de Rom. in ſuo Singulari in* 325. Et ideò ſit cautus fidejuſſor, ſi vult teneri tantum de penſione, ut illud exprimat; aliàs in dubio tenebitur in totum, ut ſupra dixi.

CLXXV. (127.)

An fidejuſſor incarcerati etiam teneatur pœnâ contumaciæ?

Summa.

1. *In judiciis Venetorum, qui intra octiduum mulctam non ſolvit, tenetur in quadruplū.*
2. *Pœna contumaciæ non eſt principalis delicti.*
3. *Si fidejuſſor obligavit ſe ad pœnam proceſſus, etiam præſtat contumaciam rei.*

1. Quidam fidejuſſit pro incarcerato ex causâ criminali, qui poſtea condemnatus eſt; & quia non ſolvit infra certum tempus, puto octo dierum, incurrit in pœnam quarti pluris ipſius condemnationis, ſicut incur-

incurrunt communiter condemnati in arengo in civitatibus ſubditis dominio Venetorum. An fidejuſſor erit obligatus pro illo quarto pluri? Dicas, *quòd nõ.* idẽ; ſi incurreret majorem pœnam propter ſuam negationem; quia de illâ majori pœnâ fidejuſſor non tenetur. Et eſt ratio, quia illa pœna quarti pluris, 2.
ſive agendi propter negationem, non eſt pœna delicti principalis, pro quo fidejuſſit; ſed eſt pœna contumaciæ vel negationis, pro quâ non interceſſit fidejuſſor, ut eſt caſus *in l. fin. ff. de fidejuſſ. & in l. 1. ff. de in lit. jurand.* & ibi hoc notat *Bart. & Dd.* Et ideò ſit cautus judex, ſecundum eum, ſi vult quòd ad hoc etiam fidejuſſor teneatur, quòd ſcribi faciat, *quòd fidejuſſit non tantùm pro pœnâ delicti, ſed etiam pro pœnâ proceſſûs.* Quia cùm pœna negantis ſeu contumacis ſit pœna proceſſus, fidejuſſor tenebitur, ut notat 3.
Bart. eleganter in d. l. 1. ff. de in lit. jur. & per Dd. & Dn. Angel. in ſuo tractatu maleficiorum in Gloſſ. in verſ. in quibus Anthonius fidejuſſit. Et de iſta materia vide etiam *Bart. in l. quarto. in princ. ff. locat.* & pleniùs in *l. 2. ff. de publ. judic.* Et an fidejuſſor in dubio videatur intercedere etiam pro uſuris; vide per *text. Gloſſ. Bart. & Dd. in d. l. quarto. in princ.* & per *Gloſſ. Cyn. & Dd. in l. fidejuſſor. C. de fidejuſſor. in c. conſtitutus. in verſ. acceſſiones. extr. de fidejuſſor. & ibi per Dd.*

CLXXVI. (128.)

Pro ſociis, ut exprimant rem pecuniâ communi emtam.

Summa.

1. *In dubio ſocius præſumitur ſuâ pecuniâ aliquid comparâſſe.*
2. *unde contrarium inſtrumentis expreſſè inſerendum.*

1. Si unus ex fratribus emit fundum pro ſe & pro fratre ſuo, & in inſtrumento continetur, *quòd precium numeravit emens*; vel dictus venditor confeſſus eſt, *habuiſſe & recepiſſe à dicto emtore*, nec dicitur, *de ejus propriâ pecuniâ vel communi*: in dubio intelligitur de pecunia ſolventis propriâ; ita quòd ab alio fratre poteſt repetere partem pecuniæ, ſi vult partem habere fundi, ut eſt caſus notabilis in *l.2. C. pro ſocio. & ibi* hoc notat *Bart. & Bald.* Et notat *Bart. in l. Patruus.* aliàs *ſi patruus. C. communia. utri. jud. & l. Titium & Mævium. in §. altero. in princ. 2. column. ff. de adminiſtr. tut.* Et ita ſint cauti, qui habent fra-
2. tres vel patruos in communione bonorum, quòd ponatur in inſtrumento, quando unus tantùm ſolvit, *quòd precium ſolvat de communi pecunia.* Ita dicit, *Bart. in d.l.2.* Et dicit, *hoc eſſe notandum perpetuò; quia valebit tibi mille aureos.* Et circa hoc vide omninò *Bald. in l. cum duobus. in §. ſi fratres. circa princ. & in verſ. unde de facto accidit, quòd duo fratres. ff. pro ſocio.*

CLXXVII. (129.)

Ut hæres obligatus ſit præſtare legatum, etiamſi non ſit munitum ſeptem vel quinq; teſtibus.

Summa.

1. *An duo teſtes ſufficiant ad probandam ultimam voluntatem?*
2. *Si teſtator vivus ſtipuletur ab hærede præſtationem legati, valet id in vim contractûs.*
3. *& adeoque ſufficiunt duo teſtes.*

1. Legata communiter relinquuntur in teſtamento, in quo requiruntur ſeptem teſtes, ut *l. hac conſultiſſima.*

tiſſima. C.de teſtamentis, vel in codicillis, in quibus quinque teſtes debent intervenire. *l.fin.C. de codicill.* Et eſt magnum dubium, nunquid duo teſtes ſufficiunt ad probandum teſtamentum vel codicillos; an verò requirantur ſeptem vel novem, ut habetur per *Gloſſ.ord. in l.2. C.de bon.poſſ. ſecund.tabb. & ibi per omnes Dd.* Sed tu potes adhibere hanc cautelam, ut 2.
duo tantùm teſtes ſufficiant ad probandum; videl. quòd, quando teſtator facit teſtamentum, faciat ſibi promitti ab hærede *de præſtando legatum legatario.* Nam tunc tale legatum tranſit in vim contractûs ſecundum *Bart.notat. in l.nemo. circa princ. ff.de leg.1.* qui allegat ad hoc *l.fin.C.de fidejuſſ. & l. quidam.ff. de hared. inſtit. & l.ſpadonem. §.1. ff.de excuſat.tut.* Nec eſt mirum, quia etiam contractus poteſt fieri in teſtamento, ut eſt *Gloſſ. notab. in l. hæredes palam. §. fin.ff.de teſtam.* Et eſt *alia ſimilis in l.conſequenter. §. ſed cum emolumentum.ff.famil hercisc.* Et effe- 3.
ctus hujus contractus erit, quia per duos tantum teſtes probari poteſt, ſicut probantur cæteri contractus, ut *l. ubi numerus ff.de teſtib.cum ſimili.* Et ut tollatur omnis dubitatio, facias, quod in teſtamento hæres promittat teſtatori & notario præſenti, tanquam publicæ perſonæ, ſtipulanti & recipienti, nomine & vice ipſius legatarii, ſi eſt abſens, vel ſi eſt præſens, promittat etiam ipſi legatario. Et hoc dico, ut tollatur dubium, an teſtator poſſit legatario ſtipulari, ut habetur in *l.ſtipulatio iſta. §.alteri.ff. de verb.oblig.* Et circa hoc vide quod notat *Bart. in l.ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legat.* 3. & vide etiam *Bald. in l. eam, quam in 3.colum. & in l.ſi ex teſtamento. C.de fideicommiſſ.*

CLXXVIII. (130.)

Ut ſecundò inveſtitus præferatur primo.

Summa.

1. *Si dominus feudi ſecundo tradidit poſſeſſionem, primo tantùm obligatus eſt ad intereſſe.*

2. *An idem, ſi vaſallus duobus vendidit, & poſteriori poſſeſſionem tradidit?*

Si dominus inveſtivit aliquem de feudo, cogitur tradere poſſeſſionem vel quaſi illius feudi, nec li-
1. beratur præſtando intereſſe. Caſus eſt in *c. ſi facta. in tit. ſi de feud. fuer. controverſ.* Sed remedium & cautela eſt, quòd dominus non præcisè compellatur ad tradendam poſſeſſionem vel quaſi; videlicet, quòd inveſtiat alium, & ei ſecundo inveſtito tradat poſſeſſionem. Quia tunc prior erit ſecluſus, & ſecundus erit potior per *l. quoties. C. de rei vend.* & ita tenet *Bald. & Iac. de Alvarot. in d. c. ſi faciam.* Et idem remedium procederet, quando dominus alienâſſet feudum uni, & poſteà alteri & ſecundo tradidiſſet poſſeſſionem priùs per *d. l. quoties. ſecundum Bald. in d. c.*
2. *ſi faciam.* Sed quid, ſi vaſallus vendidiſſet duobus, & ſecundo prius tradidiſſet poſſeſſionem; an tunc ſecundus præfertur? Dicas, aut primo vendidit cum conſenſu domini; & tunc primus præfertur, etiam ſi dominus ſecundæ alienationi conſentiat: quia tunc nullum jus habet conſentiendi. *arg. l. quotieſcunque. §. qui Cujum. ff. de legat.* 3. & ita tenet *Bald. notabiliter in d. c. ſi facta.* per quod limitatur *d. l. quotieſcunque.* Aut primo dominus non conſenſit, ſed ſecundo ſic: & tunc ſecundus præfertur indiſtinctè. Quia prima alienatio facta ſine conſenſu domini nullum jus tribuit, ut in *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Fred. cum ſimil.*

CLXXIX.

CLXXIX. (131.)

Pro eo, qui emit fundum dotalem.

Summa.

1. *An fidejuſſor teneatur, ſi uxor fundum dotalem vendiderit?*
2. *an, ſi maritus?*
3. *Quid, ſi tertius ſe obliget principaliter?*
4. *Qui promiſit evictionem, non tenetur; ſi contractus eſt contra leges.*
5. *ſecus, ſi eſt præter leges.*

Non poteſt quis emere fundum dotalem; qui prohibitus eſt alienari; ut in *tot. tit. C. de fundo. & Inſtit. quib. mod. alien. licet. in princ.* Sed quæ erit 1.
cautela, ut emtor fundi dotalis ſit ſecurus, quòd ſaltem precium non amittat? Aliqui dicunt, quòd ſi uxor vendat ſive maritus, debet adhiberi fidejuſſor, qui erit obligatus, ex quo iſta prohibitio alienationis rei dotalis eſt favor mulieris, non viri; ergò obligabitur fidejuſſor, ut *l. ſi is. C. de præd. min.* & hoc tenet *Cyn. in l. ſi prædium. C. de jur. dot.* Sed adverte. Quia quando inter partes non contrahitur obligatio, non ſubſiſtit etiam fidejuſſoria, ut *l. cum lex. ff. de fidejuſſ.* & notatur in *d. l. ſi prædium.* Et ideò alii 2.
dicunt, quòd cautela eſt, ut uxor non vendat, quia non tenet datio fidejuſſorum per prædicta: ſed vendat maritus, quia tunc ejus fidejuſſor indiſtinctè tenebitur. quia quoad eum non eſt prohibita alienatio, cum lex non prohibeat favore viri, ſed favore mulieris, ut eſt *Inſtit. quib. alien. lic. vel non. in fin. princ.* & ita debet intelligi, quod not. *Bart. in d. l. cum lex.* ſecundum *Bald. in d. l. ſi prædium.* qui dicit, *quòd iſta ſit veritas.* Alii ponunt tertiam cautelam, videlic. 3.

quòd non interveniat fidejuſſor, ſed alius, qui ſe obliget principaliter & in ſolidum; cujus obligatio erit valida, ex quo illa non eſt acceſſoria. Et iſtam etiam tenet *Bald. in l. ſi prædium ſupr. alleg.* dicens, quòd ſecundum eam ceſſat omnis ſcrupulus. Et ſi dicatur, nonne maritus vendens tenetur de evictione & pœna dupli, ſi in inſtrumento venditionis appoſita eſt, ut in *tot. tit. ff. de evict.* & maximè in *l* 1. & 2. Re-
4. ſpondeo quòd non tenetur, quia, quando contractus ſit contra legem, ſicut ipſe contractus non valet, qui eſt principalis; ita non valet promiſſio de evictione vel pœna, quæ eſt ejus acceſſorium, ut eſt *Gloſſ. ſingularis. in l. ſi patronus. in §. patronum. in verſ. Flaviana. ante fin. ff. ſi quid in fraud. patr.* & eodem modo non valeret conſtitutum vel precarium, ſi eſſet appoſitum in inſtrumento venditionis, ut dicit *Bald. notab. in can.* 1. *ante fin. in tit. de feud. da. in vic. leg.*
5. *commiſſor. in uſib. feud.* Et intellige iſta, quando contractus eſt contra legẽ; ſecus, ſi eſſet præter legẽ. Quia tunc, ſi non valeret promiſſio ſeu contractus principalis; valeret tamen pœna appoſita, ut in *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig.* & ita notat *Bart. in l. ſi quis in conſcribendo. in princ. C. de pactis.* quod nota.

CLXXX. (132.)

Pro eo, qui vult agere rei vindicatione ſive Publicianâ.

Summa.

1. *Res mobiles quomodo præſcribantur.*
2. *Qui rem vindicat & deficit in probatione tituli, ſuccumbit.*
3. *Res modici præjudicij non adeò curantur.*

Res mobilis regulariter uſucapitur triennio. *l. unic.*

l.un. C. de uſucap.in princ. quod eſt verum, quando intervenit titulus, & bona fides, & poſſeſſio continuata, *ut ibi.* Sed ſi defecerit aliquod iſtorum, non præſcriberetur minori tempore, quàm præſcribuntur res immobiles, ut *l. ſervum. cum ibi notatis. C. ſam. hercisc.* & ibi hoc notat *Angel.* qui dicit, *quod requiruntur* 30. *anni.* & notat etiam in *l. nullo. C. de rei vindic. & in l. ſervorum. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.* Et ideò dixit *Angel. in d. l. ſervum.* quod tu ſcholaris ſis cautus, ſi emis librum pulchrũ, quòd fieri facias publicum inſtrumentum emtionis, ne deficias in probatione tituli, comperto libro apud alium ſine vitio. Quia tunc ſuccumberes agendo rei vindicatione vel Publiciana juxta notata in *§. ſed iſte.* per *Gloſſ. & Dd. inſtit. de act. & in c. Abbate ſanè. de re judic. lib.*6. Etiamſi ille, apud quem eſt liber, nihil doceret de jure ſuo, ut eſt caſus notabilis *in l. fin. C. de rei vind.* Et idem dicas in aliis rebus precioſis, non quia idem non ſit in rebus aliis mobilibus etiam minimis; ſed quia de minimis non eſt multum curandum, ex quo in eis non poteſt eſſe magnum periculum ſeu damnum, ut *l. ſcio. ff. de in integr. reſtit.* Sed tu qui habes librum alienum, non utaris iſtâ cautelâ, quia eſſet in perniciem animæ tuæ.

Margin: 1. 2. 3.

CLXXXI. (133.)

An hæreditatis petitio detur contra titulo poſſidentem.

Summa.

1. *Contra eum, qui quotam hæreditatis emit, datur petitio hæreditatis.*
2. *Qui vendit partem hæreditatis, transfert tantùm jus hæreditarium.*
3. *An petitione hæreditatis poſſint vindicari res ſingulæ?*

4. *Qui agit petitione hæreditatis, tantùm probat, rem fuiſſe in bonis teſtatoris vel defuncti.*
5. *De intellectu l.2. in fin. C. de petit. hæred.*
6. *Reus poteſt excipere, ne actor res ſingulas diverſis judiciis petat.*
7. *ſ modò actor totum aut rem per univerſitatem petere poſſit.*
8. *Si judex eſt minoris ſummæ, nihil impedit, res ſingulas per vices peti.*

Licet petitio hæreditatis non detur contra titulo poſſidentem, etiam titulo univerſali regulariter, ut *l. hæreditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.* & in *l. 2. C. de petit. hæred.* tamen hoc fallit in pluribus caſibus, de quibus per *Gloſſ. & Dd. in d. l. 2. & d. l. hæreditatem.* & per *Bald. in l. fin. C. de edict. Divi.*
1. *Adr. toll.* Et ultra prædicta poſſumus dare alium caſum notabilem & ſingularem; videlicet, pone, quòd ille, qui poſſidebat hæreditatem, vendidit partem ſuam, & ſic quotam bonæ fidei emtori, & ſic tranſtulit dominium per illum titulum. Nunc ego, qui prætendo me hæredem, potero agere petitione hæreditatis contra iſtum emtorem, dummodo agam ad ſingulas res, non ad quotam, quod poſſum. *l. licet minimam.*
2. *ff. de petit. hæred.* Quia iſte, qui vendit hæreditatem, non videtur tranſtuliſſe dominium in quâlibet re per ſe, ſed ſolum jus hæreditariũ videtur eſſe translatum, ut notat. in *l. 2. C. de hæredit. vel acq. vendit.* fac. *l. eum qui adem. in princ. ff. de uſucap. & l. 1. & quod ibi notat. C. de evict.* & ibi hoc tenet expreſsè *Bart. in princ.* qui dicit, *quòd ille, qui vendidit hæreditatem, & idem quotam, non videtur vendere ſingulas res, ſed jus hæreditatis. ff. de re judic. l. hæreditas.* & idem tenet ibi *Salicet. in princ.* Fac. etiam, quod notat

notat *Bart. in l.1. ff. de legat.1. in quæſtione, An tranſeat dominium rei ſingularis, quando legatum eſt generale.* Et quòd poſſit agi ad ſingulas res petitione 3.
hæreditatis, videtur eſſe caſus ſecundum aliquos in *d.l. 2. in fin. C. de petit. hæred.* ibi: *ſingularium rerum jure conVenitur*; ſcil. petitione hæreditatis, ut conveniat prædictis & titulo. Ex quo nota cautelam, quòd, quando aliquis poſſidet titulo univerſali res hæreditarias; licet non poſſes agere contra eum petitione hæreditatis ad totam, vel ad quotam; tamen agas, quia agere potes, ad ſingulas res hæreditarias, quod eſt valde ſingulare. Quia iſte agens non 4.
tenetur agere rei vindicatione, & ſic non gravabitur in onere probandi dominium, quod eſſet ſibi difficile, ut *l. cum res. & ibi nota. C. de probat.* Et ſufficit ſibi petitione hæreditatis agendo probare, quòd illæ res fuerunt de hæreditate, tempore mortis teſtatoris vel defuncti, ut *l. & non tantum. ff. de petit. hæred.* quod erit ſibi valdè facile & utile. Pro iſtâ opinione adduco iſtam rationem; quia ſi eſt verum, quòd non cenſetur ille habere titulum in particularibus rebus, qui emit totam vel quotam hæreditatis: ergò agens petitione hæreditatis dicitur habere meliora & potiora jura: & ſic agere poterit, per notata in *d.l.2.* Sed textus in eâdem *l.2.* nihil videtur probare. Quia dum 5.
dicit litera: *jure conVenitur.* debet intelligi ſecundum *Gloſſ. ibi*: ſcil. *rei Vindicatione*, non *petitione hæreditatis.* Nam in fine illius *l.* textus loquitur de titulo ſingulari: ergò non poteſt loqui de petitione hæreditatis; quia illa non datur contra poſſidentem res titulo ſingulari. Sed per rationem, quam ſtatim dixi, credo poſſe dici illam eſſe veram. Sed adverte: 6.
quia iſta cautela videtur poſſe deſtrui ex alio capite. Nam videtur, quòd poſſit dicere reus conventus, *nolo, quòd tu agas contra me ad ſingulas res pluribus judiciis, quia intereſt mea, ne diſtrahar per plura judicia*; *ut l. ne in plures. ff. de exerc.* & notat. per *Bartol.*

thol. & Dd. in l. quidam exiſtimaverunt. ff. ſi certum petatur. & per *Bartolum & Dd. in l. in commodato. §. duobus. ff. commodat.* & in *l. ſcire debemus. ff. de verb. oblig.* Sed tu dic, quòd prædicta cautela procederet indiſtinctè, quando non opponeretur à parte,
7. ut totum peteret. Item poteſt dici, quòd etiam non poſſet opponi à parte conventa. Quia dicta oppoſitio, ut quis petat totum, habeat locum, quando actor totum petere poteſt. Sed ibi non poſſet totum petere; unde in caſu noſtro dicemus; quòd ſibi non poſſit opponi talis exceptio. Et hoc in ſimili videtur velle *Bart. in d. § duobus.* ubi dicit, *quòd ſi ſum creditor*
8. *tor tuus in magnâ quantitate, & judex non poſſet cognoſcere, niſi usq; ad 25. ad hoc, ut judicium valeat, poſſet etiam petere omnes res ſingulariter in uno & eodem judicio; ſic ceſſabit dicta oppoſitio,* quod benè nota. Et idem tenet *Matth. de Mattheſilan. in Notab. 116. quod incipit, Nota, quòd ſi ex centum.*

CLXXXII. (134.)

De fraude emtorum in ſubornandis evictoribus.

Summa.

1. *Si agatur de evictione, an emtor juramento ſe purgare tenebitur.*
2. *maximè ſi ſit ſuſpectus.*

Multi emtores ſolent uti fraudibus, quando nolunt ſolvere precium venditori. Quia ſupponunt unum tertium, qui moveat litem ipſi emtori de re emta, & hoc faciunt ad finem, ut non teneantur ſol-
1. vere precium, ut *l. ſi poſt perfectam. C. de evict.* Sed cautela eſt contra eos, ut deferatur juramentum ipſis emtoribus, quòd non ſubmiſerunt illum tertium ad litigan-

litigandum. *arg Gloſſ. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de negot. geſt.* Ita dicit *Ioh. de Pla. Inſtit. ſuſpect. tutor.* ſecundum *Angel. in l. penult. §. ſtipulatio. de V. O.* Iſta tamen cautela non eſt multùm 2.
bona; quia facilè quis juraret ad ſui favorem. Meliùs tamen eſt, quòd allegetur judici quædam præſumtio contra emtorem: quia ſecundum eam poterit judex arbitrari, *arg. l. ſi fidejuſſor. Verſ. in animo ſederit. ff. qui ſatisd. cog.* & ita tenet *Angel. in d. l. ſtipulatio.*

CLXXXIII. (135.)

Ne emphyteuta poſſit purgare moram?

Summa.

1. *Si poſt biennium dominus ſtatim Emphyteutam rejiciat, moram non ſoluti canonis purgare nequit.*

Tu ſcis regulam vulgarem, quòd Emphyteuta, non ſolvens canonem, cadit à jure ſuo, ut *l. 2. C. de jur. emphyt.* poteſt tamen purgare moram, ut in *cap. potuit. de locat.* Sed eſt cautela, ut non admittatur 1.
ad purgandum moram; quòd dominus ſtatim elapſo biennio proteſtetur, etiam abſente Emphyteuta, *quòd non intendit habere ipſum amplius pro libellario:* quia tunc non poteſt purgare moram, niſi celeri ſatisfactione. Aliàs enim non factâ proteſtatione, credo, quòd poſſit purgare moram. Et ſic intelligo *d. c. potuit.*

CLXXXIV. (136.)

Pro debitore, qui ſecretò ſolvit & iterum convenitur.

Summa

Summa.

1. *Qui ſolvit, non ſimpliciter debitum confiteatur.*
2. *ſ etiamſi juraverit, ſe ſolviſſe.*

Si debitor ſolvat in ſecreto, &, cùm iterum convenitur, non poteſt de ſolutione probare; quo-
1. modo ei ſubvenietur, quando creditor ei defert juramentum, ut juret, an ſit debitor ſuus, vel non? Dicit *Iohan. de Imol. notab. in c. cupientes. in Gloſſ. in verſ. malignantium. de elect. in 6.* quòd ſit cautus debitor tali caſu, quòd juret hoc modo: *quòd nil debeo tibi, propter quod ſim tibi obligatus.* quia tunc ſalvat conſcientiam ſuam; pro quo vide etiam *Archi. 4. quæſt. 1. can. nullus.* quod etiam ſingulariter
2. notat *Dominic. in d. c. cupientes.* Caveat ergò debitor, ne juret. quia ſibi non crederetur. Nam ex quo videtur fateri debitum, tenetur *arg. l. 3. §. 1. C. de jura. cap.* Poſſet etiam debitor ſic jurare: *ſi mihi mutuaſti, juro; quòd tibi reſtitui*, ſecundum *Ioh. de Imol.* quod ſingulariter nota: quia eſt quotidianum: & vide ad hoc *Gloſſ. & Dd. in l. ſiquidem. C. de except. & Bald. in l. quinquaginta. ff. de probat.* ubi taliter loquitur.

CLXXXV. (137.)

Ne fidejuſſoribus excepto ordinis proſit.

Summa.

1. *Quando ceſſet beneficium excuſſionis principalis.*
2. *ſ quomodo per replicationem elidatur.*

Ego

Ego do tibi unam ſingularem cautelam, ut poſſis convenire fidejuſſorem vel pignorum poſſeſſorem, etiam principali debitore non excuſſo: debet enim regulariter fieri excuſſio, ut in *Auth. hoc ſi debitor. C. de pign.* niſi eſſet notorium, quòd principalis 1.
non eſſet ſolvendo, ut in *l. fin. ff. ſi cert. petat. & l. decem. de verb. oblig.* vel niſi eſſet potens, vel in loco inexpugnabili, ſecundum *Bart. in d. l. fin.* Quando autem non eſſet notorium, utaris hâc cautelâ; videlicet, quando agis contra fidejuſſorem vel poſſeſſo- 2.
rem, & ille excipiat de non factâ excuſſione principalis: tu replices, *quòd ſua non intereſt fieri excuſſionem; quia principalis non eſt ſolvendo.* Nam tenet judicium cum illo, & ipſe excipiens non auditur. *Gloſſ.* eſt ſingularis *in l. niſi hoc actum. ibi: alii dicunt. ff. de pact.* ſecundum *Angel.* qui ponit hanc doctrinam *in l. licet pro hoc. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*

CLXXXVI. (138.)

Ne valeat alienatio dotis, ſi acceſſerit juramentum uxoris.

Summa.

1. *Alienatio dotis cum juramento matris facta liberos ſive hæredes non ſtringit.*

Quando uxor conſentit alienationi bonorum dotalium, faciendæ per maritum ſuum, & jurat, non contravenire: Cautela eſt, quòd compareat filius, & 1.
contraveniat tali contractui, quia illud juramentum matris non afficit hæredem. Ita dicit *Bart. & Angel. in l. qui ſuper. ff. de acquir. hæred.* Sed tu adde notat. in *l. generaliter. in princ. C. de reb. cred. & jurejur.* & *Bald. in Auth. ſacramentum puberum. C. ſi adverſ. vend.*

CLXXXVII.

CLXXXVII. (139.)

Ne Legati petant reſtitutionem in integrum, quaſi Reipubl. causâ abſuerint.

Summa.

1. *In jure noſtro ſola Reſpublica Romanorum talis æſtimatur.*

1. Ambaſſiator non petat reſtitutionem in integrum, quia abſuit causâ Reipublicæ. quia nulla Reſpublica vocatur, niſi Romanorum. Sed petat ex clauſula generali: *ſi qua mihi juſta cauſa videbitur.* ita dicit *Angel. in l. cum quidam. in princ. ff. de acquir. hered.*

CLXXXVIII. (140.)

Pro eo, qui emit fideicommiſſum.

Summa.

1. *Procurator in rem ſuam agere non poteſt, ut hæres fideicommiſſum ſibi reſtituat;*
2. *poteſt tamen, ut reſtituatur fideicommiſſario.*

Communis opinio eſt *Gloſſ. & Dd.* quód licet fideicommiſſum poſſit peti per procuratorem, ut ha-
1. betur in *l. qui ita.* aliàs. *ita. ff. ad Trebell.* per *Gloſſ. & Bart. in l. reſtituta. in princ. eod. tit. & in l. ſi mulieres ex aſſe. ff. de jur. dot.* & *in l. ſi ſtipulatus ita fuerit. ff. de verb. oblig.* tamen per procuratorem in rem ſuam peti non poteſt, id eſt, fideicommiſſum vendi non poteſt, ut notatur *in leg. praall. arg. l. per diverſas. C. mandat.* Tamen cautela ſingularis eſt, quòd emens jus

jus fideicommiſſi, ex quo non poteſt illud petere ab hærede, id eſt, quia hæredem convenire non poteſt ad hæreditatem; quam tenetur alteri, à quo ipſe emit, reſtituere per fideicommiſſum *per prædicta*: conveniat illum hæredem pro ſuo intereſſe; ſcilicet, *quòd reſtituat fideicommiſſario.* Et poſtea in ipſum tranſibunt omnia jura venditoris ſive fideicommiſſarii, cui ſit facta reſtitutio. Ita ſingulariter dicit *Bald. in l. penult. C. ad Trebell.* 2.

CLXXXIX. (141.)

Pro eo, qui cum tutore contrahit.

Summa.

1. *Expedit, tutorem obligari tutorio nomine.*

Cyn. in l. poſt mortem. §. tutor. ff. quando ex fact. tutor. dat unam cautelam, quòd volens contrahere cum tutore, faciat illum obligari tutorio nomine; quod benè nota. 1.

CXC. (142.)

Pro eo, qui ab executoribus teſtamentorum emit.

Summa.

1. *Hæres cogi poteſt, ut venditionem executorum ratam habeat.*

Tu, qui emis rem hæreditariam ab executoribus teſtamenti, ſis cautus, quòd petas ab hærede, *venditionem tibi factam ratificari*: quia hæres ad hoc cogitur ſecundum *Bald. notab. in Auth. ſi captivi in ultim. colum. C. de Epiſc. & Cler.* 1.

CXCI. (143.)

Pro tutore, quando reddit rationes.

Summa.

1. *Quam in rem expediat tutori finitâ tutelâ eligere arbitros.*

1. Nota pulchram cautelam tutoris in *l. ut vix.* aliàs *vix. ff. de judic.* videlicet, quòd finitâ tutelâ petat eligi arbitros, qui videant & cognoſcant, an ipſe remaneat debitor pupilli, vel non? Quia ſi arbitri declarent, *cum nil debere pupillo,* non poteſt amplius convenìri ad aliquid.

CXCII. (144.)

Pro eo, qui matrimonium metu contraxit.

Summa.

vid. infr. 200.

1. *In causâ matrimonii magis creditur uni teſti de metu aſſerenti, quàm pluribus negantibus.*

Tempore meo duo ſcholares Paduæ omnes de Forlivio fuerunt coacti, deſponſare Amaſias ſuas, cum eis reperti in domo, à conſanguineis minantibus eis &c. pro quibus eſt caſus in *c. cum locum. extr. de ſponſ.* Sed pro eis erit optima cautela; ſcil. quòd inveniant etiam unum teſtem, qui deponeret de me-
1. tu. Quia licet alii multi teſtes deponant de voluntate, magis creditur illi ſoli. Ita dicit *Bald. in l. obſervare. §. proficiſci. in* 13. *quæſt. ff. de off. Proconſul. & Leg.* & *Ludov. Pontan. in Reſp. de arbitr. in* 8. *colum.* poſt *Innoc. in c. cum ſuper. de re judic.* Nec refert, an

metus

metus præceſſerit ante tẽpus contractus matrimonii, per notata in *l.1. §. quæ oneranda. ff. qua. re. acc. non dat.* & per *Bart. in l. fin. ff. ſi quis aliq. teſtari prohib. & Bald. in l.1. C. eod.*

CXCIII. (145.)

Pro Eccleſiâ, cujus Prælatus in judicio non admittitur.

Summa.

1. *In defectum Prælati vel ipſum Capitulum audiri debet, vel illi curator conſtitui.*

Sunt duæ cautelæ pro Eccleſiâ litigante, ſi fortè Prælatus ſuus à judicio repellatur. Prima eſt, quòd 1. ipſa Eccleſia compareat; quia admitti debet. Secunda eſt, quòd detur curator Capitulo, vel ipſi Eccleſiæ per notata in *c. fin.* §. *qu.3.* & *c. edoceri. de reſcript.* & ita dicit *Ioh. Andr. in c. 1. in 2. column. de reſtitut. in int. in 6. in Novell.*

CXCIV. (146.)

Pro examinatione teſtis infirmi.

Summa.

1. *Infirmus præſumitur eſſe immemor.*

Scis, quòd infirmus propter mortis agitationem 1. turbatus præſumitur immemor, ut *l. hâc conſultiſſima. §. at cum humanæ fortis. in princ. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Ideò dicit *ibi Bald.* quòd tunc teſtis, ſcilic. infirmus, nõ debet examinari: unde eſt cautela, quòd examinetur in principio, quando incipit infirmari. Et ita procedit, quod habetur in *Auth. ſi teſtis dicatur. C. de teſtib.*

CXCV. (147.)

Si res in ſolutum data evincatur.

Summa.

1. *Expedit creditori, qui rem in ſolutum accepit, in caſum evictionis veterem ſibi actionem reſervare.*

Eſt magna quæſtio, ſi res data in ſolutum evin-
1. catur, quando ſit ſuccurſum creditori contra debitorem, an primævâ actione, an verò de evictione? de quo habetur in *l. libera. C. de ſentent.* & ibi *Ang.* Sed *Iac. de Arer.* dat cautelam, poſt *Gloſſ.* quòd ſemper in datione in ſolutum apponatur pactũ, *quod non recedatur, nec recedi intelligatur à priori contractu, ſi contingat rem in ſolutum datum evinci.* Nam tunc ſuccurritur ſibi veteri actione; quòd benè nota in practicâ.

CXCVI. (147.)

Pro filiofamil. ut poſsit teſtari.

vid. ſupra 157.

Summa.

1. *Filiusfamilias ad actum teſtandi poteſt emancipari.*

De jure communi filiusfam. non poteſt teſtari, niſi de caſtrenſi peculio, vel quaſi, ut *l. fin. C. qui te-*
1. *ſtam. fac. poſſ. vel non.* Non autem de adventitiis, in quibus pater habet uſumfructum, *l. penult. eod. tit.* & *l. cum non ſolùm. §. filiis C. de bon. quæ lib.* Sed cautela eſt, quòd pater ipſum emancipet, quoad illum actum teſtandi tantũ, quod notat *Bart. ſingulariter*

riter. in l.1. §. in filii. ff. ad Trebell. licet *Bald.* contra & malè ſecundum *Dd. in l. ſenium. §. fin. C. fin. C. qui teſt. fac. poſſ.*

CXCVII. (148.)

Ne amiſſio inſtrumenti probari poſſit juramento.

Summa.

1. *Si adverſarius offerat probationem falſitatis, non ſufficit inſtrumenti amiſſionem jurejurando aſſerere.*

Regula eſt, quòd amiſſio probatur per juramentum. *l. fin. C. de fid. inſtrum.* & notat *Ludov. Pontan. in l. quotiens. in 5. col. ff. qui ſatisd.* Et *Petr. de Peruſ. in tract. de ſocio in 8. parte. quaſt.*13. *ubi plenè*: quod verum, niſi adverſarius offerret ſe velle probare de ejus falſitate. Quia tunc non ſufficeret probatio per juramentum ſecundum *Ioh. de Prato.* qui conſultus de facto ita reſpondit. Unde cautela eſt, quòd quis, cum petit, *ſibi edi inſtrumentum*, dicat, *ſe velle probare de falſitate.* Quia tunc adverſarius, allegans de ejus perditione, non audietur, volens probare per juramentum. 1.

CXCVIII. (148.)

Pro reſtauratione molarum.

vid. infr. 298.

Summa.

1. *Molâ vi fluminis everſâ juvat in loco relinqui ſigna durantis dominij.*

Tu, qui habes molendinum in flumine publico, ſis cautus; quando illud corruit, & non potes, ni-
1. ſi poſt certum tempus illud reficere: Unde pone in loco certa ſigna, puta palos vel moles in ſignum veteris molendini; & poterit quandocunque illud reædificare, ut per *Bart. in l. quo minus. ff. de flumin.* & per *Angel. in l. fin. ff. de uſucap.* & per *Bald. in rubr. ff. de rer. diviſ.*

CXCIX. (149.)

Pro muliere, ne videatur emere pecuniâ mariti.

Summa.

1. *Si mulier præſentibus aliis ab amico pecuniam accipiat, ematq́ꝫ, ceſſat præſumtio pro numis mariti.*

Nota cautelam auream pro muliere, etiam quæ vult emere cum pecuniâ viri, quod tamen dubio præ-
1. ſumitur, ut notatur *in l. Quintus Mutius. ff. de donat. int. vir. & ux.* Nam evitandæ ſuſpicionis gratiâ de turpi quæſtu, ſit cauta, quòd faciat, quod unus amicus vel conſanguineus ſibi det vel conſignet illam pecuniam in præſentia aliquorum, quam ei clam ipſa det, & inde emat. Nam tunc ceſſat præſumtio in caſu dubio. Ita dicit *Bald. in l. cum oportet, in princ. in penult. colum. C. de bon. quæ lib.*

CC. (150.)

De probatione metus.

vid. ſupr. 192.

Summa.

1. *Metus probatio per unum teſtem facta prævalet inſtrumento.*

Sufficit

Sufficit, quòd unus teſtis deponat de metu contrahentis, licet in inſtrumentis dicatur, quòd ſpontè ſecundum *Bald. & Lud. de Roma.* 1.

CCI. (151.)

Pro creditore, cui domus obligata pignori.

Summa.

1. *Si domus debitoris ob delictum diruenda vi ſtatuti, excipitur oppignorata.*

Nota cautelam pro creditore, cui jure pignoris ſeu hypothecæ obligata eſt domus alicujus, qui poſteà crimen committit vel delictum, propter quod domus prædicta ex ſtatuto civitatum veniret diruenda. 1.
Quia ſtatutum non intelligetur de eâ, quæ ſit alteri prius impignorata. Ita dicit *Bart. Bald. & Angel. in l.* 1. *ff. ad Syllan.* quod intellige verum, niſi de fraude conſtet, per notata in *l. poſt contractum. ff. de dolo.* utputa, ſi cùm jam deliberatam habebat voluntatem delinquendi pignori, dediſſet, & poſtea delictum commiſit.

CCII. (152.)

Interdum ſatiùs eſſe, unum, quàm plures teſtes produxiſſe.

Summa.

1. *Juramentum ſuppletorium deferri non poteſt, ſi plures teſtes adducti ſint ſingulares.*

Sis cautus tu, quòd, quando producis teſtes pro te, ut priùs eos examines. Quia fortè ſi ſint ſingulares, non producas niſi unum. Quia ſic poterit tibi 1.

poſtea juramentum deferri in ſupplementum probationis; quòd non poſſes facere, ſi plures produceres, qui eſſent ſingulares. Ita pulchrè dicit *Bald. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.* quod nota in practica.

CCIII. (153.)

Ne teſtes examinentur ad perpetuam rei memoriam.

vid. ſupr. 104.

Summa.

1. *Si adverſarius ſe offerat judicio, teſtes ad perpetuam rei memoriam an poſſint recipi?*

Ut poſſis impedire, ne teſtes contra te exami-
1. nentur ad perpetuam rei memoriam: Cautela eſt, quòd offeras te in continenti ſubire judicium & velle litigare. Ita ſingulariter notat *Angel. in Auth. de teſtib. §. & hic. col. 7.* & ideò, quòd dicitur in *Auth. ſi teſtis dicatur. C. de teſtib. & in c. quoniam frequenter. ut lit. non conteſt.* debet intelligi, quando teſtes volunt recedere, antequam lis poſſet conteſtari, ut dubitaretur de morte eorum, vel ſi eſſet tempus feriarum, quo agi non poſſet.

CCIV. (154.)

Si judex non admittat exceptionem, quomodo appellandum?

vid. ſupr. 112. & ſeq.

Summa.

1. *Si judex rejectâ exceptione ad ulteriora procedat, appellari poteſt.*
2. *Idem eſt, ſi non audiatur probaturus incontinenti.*

3. Si

3. *Si dubitet judex, ter requirendus eſt antequam appelletur.*

Ille, qui vult appellare, ſit cautus, quia ſi judex 1.
non vult admittere exceptionem, ſed vult eâ non obſtante ad ulteriora procedere, & de facto procedit; tunc appellet. ſecus autem, ſi judex tacitè vel expreſsè non rejicit exceptionem ſolum allegatam, ſed tamen eam non admittit, non enim tunc poteſt appellari, ut probatur in *c. dilecto. de appell.* & *ibi per Dd.* & *Anthon. de Butrio in c. interpoſita. de appell.* Ad 2.
idem etiam eſt alia cautela, quòd opponens exceptionem offerat, ſe eam probaturum in continenti: quia, ſi judex non audiat eum, appellatione interpoſitâ, juſtificabitur ſolùm probando, quòd ſe obtulerit incontinenti probaturũ; textus eſt in *c. interpoſita. in princ. in Gloſſ. fin.* & *Dd. de appell.* Eſt etiam tertia, quòd, 3.
quando judex exceptionem non rejicit tacitè, vel expreſsè, nec etiam admittit; ſed ſimpliciter dicit, quòd dubitat, & ſuper hoc vult habere conſilium, quod ſæpè fit, & ſic tenet in verbis illum objicientem. Sit cautus ille, qui exceptionem oppoſuit, ut requirat judicem ter cum intervallo temporis; & tunc, ſi judex aliter non declarat, poteſt appellari, & non antè. *arg. c. 2. de ſup. neg. præl.* ſecundum *Anth. de Butrio.* not. in *d. c. dilecto. de appell.* & *Abba. Siculum in cam. intimâſti, eod. tit.* De aliis cautelis circa hoc vide *Specul. in tit. de appell. §. qualiter. Verſ. in ſumma. in ſecundâ parte Specul.*

CCV. (185.) & (155.)

Pro hæreſeos ſuſpectis, ne pertinaciter opiniones ſuas defendant.

vid. infr. 240.

Summa.

1. *Formula proteſtationis eorum, qui ſuſpecti de hæreſi.*
2. *Qui errores pertinaciter non defendit, hæreticus non eſt.*

1. Bonum & utile conſilium eſt pro illis, qui aliquando inculpantur de hæreſi, ut proteſtetur maximè in extremis, *ſe fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe & tenere fidem catholicam, quam tenet, docet & prædicat Romana Eccleſia: & cum eâdem fide vixiſſe & mori velle.* Et probatur, quòd hæc proteſtatio ſit utilis & valida, *extr. de ſumm. Trin. & fide cathol. in c. damnatus. prope fin. & not. in c. firmiter. eod. tit.* Nam & *Beatus Hieronymus* idem fecit inculpatus ab æmulis, ut eſt textus notabilis 24. *q.* 1. *can. hæc*
2. *eſt fides.* & ita dicit *Alberic. de Roſat. C. de hæretic. circa fin.* Sed tu adde dictæ proteſtationi, *quòd, quicquid credunt, ideò credunt: quia credunt, Eccleſiam ſic credere, & ſuam opinionem fidei Eccleſiæ eſſe, & ei ſubjiciant.* Quia ille non dicitur hæreticus, nec peccat, dummodò errorem ſuum non defendat, ut ſingulariter notat *Innocent. in d. c. firmiter. in fin.* & intelligo errorem defendere, quando pertinaciter defendit, ut dixit *Gloſſ. notab. in* 24. *quæſt.* 4. *can. dixit Apoſtolus.* & vide *Gloſſ. in d. c. hæc eſt fides.* Et iſta cautela eſt etiam utilis pro Advocato & procuratore, qui vult defendere inculpatum de hæreſi, ut dicit *Alberic. in* 3. *parte. qu.* 22. Et dicit, ſe ita obſervaſſe in Curiâ Romanâ, dum defenderet coram ſummo Pontifice quoſdam Mediolanenſes, inculpatos de hæreſi.

CCVI. (156.)

Pro Advocato vel procuratore, qui prohibitus eſt pro alio intervenire.

vid. infra 241.

Summa.

1. *Qui prohibitus eſt agere in judicio, poterit agere per epiſtolam.*
2. *Idem eſt, ſi interdictum ſit cum bannito colloquium.*
3. *Poterit etiam agere in Camerâ Principis.*
4. *ſ aut gratis à judice aliquid impetrare.*
5. *Reſp. ad l. 8. ff. de legat.*

Reperitur in multis caſibus prohibitum per legem vel ſtatuta aut pacta, quòd quis non poſſit poſtulare vel procurationem exercere. Sed remedium 1. eſt, ſi tu procurator vel Advocate vis adjuvare aliquem in prædictis caſibus, ut mittas unam ſchedulam judici ſcriptam, in quâ ſint rationes partis tuæ. Quia per hoc non venies contra legem vel ſtatuta aut pactum. Nam poſtulare, advocare ſeu procurare eſt in judicio aliquid dicere. *l. 1. §. 1. ff. de poſtulant.* & ibi per *Dd.* & *l. Paulus.* & ibi hoc notat *Bart. ff. de legation.* & idem hoc tenet *Ludov. de Rom. in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* Et ad idem facit quod notat *Bald.* 2. *in d. l. 1. in princ. ff.* ubi dicit, *quòd ſi ſtatutum puniat loquentem cum bannito, non comprehendit eum, qui mittit nuncium vel epiſtolam, ſed cum ore ad os loquitur.* & idem tenet *Alberic. de Roſat. in ſuo opere ſtatutorum in prima parte. quæſt. 166.* ubi tenet, *quòd, ſi ſtatutum prohibet Doctores ſalariatos eſſe Advocatos in cauſis, quòd propter hoc non prohibentur facere allegationes*

gationes in ſcriptis. Ex quo nota, tu ſcholaris, quòd licet ſit ſtatutum Univerſitatis noſtræ Paduæ, *quòd Doctores legentes non poſſunt advocare contra ſcholares, tamen poterunt allegationes in ſcriptis facere.*
3. Item eſt aliud remedium, ut detur conſilium ſuum in Camera: quia hoc poteſt, cum advocare ſit pandere alienum deſiderium in judicio, ut in *l.* 1. *§.* 1. *ff. de poſtulat.* & ibi hoc notat *Bart.* & *Dd. in l.* 1. *§. Advocatos. ff. de var. & extraord. cog.* ubi eſt optimus textus cum *Gloſſ.* de iſta materia. Item poteſt
4. eſſe tertium remedium. Nam poteſt cum judice loqui, & aliquid gratis impetrare à judice, ut *d. l. Paulus. in fin. ff. de legat.* & hoc vult *Bart. in d. l.* 1. *§. advocatos*, qui dicit, *quod D. Peruſini, qui habent pacta cum civitate, quod non poſſunt eſſe Advocati, non prohibentur à judice aliquid gratis impetrare.* Et ſic præſupponit *Bart.* quod in aliis duobus remediis præcedentibus poſſit etiam cum pecunia allegationes facere, & in Camerâ conſulere. Et hoc credo verum, licet *Ludov. de Rom.* dixerit in *d. l.* 1. *ff. de verb. oblig.* quod hoc intelligit, quando gratis per *d. l. Paulus in fin.* aliàs ſecus. Quia in dictis caſibus non dicitur propriè poſtulare, ex quo non prodit in publicum, exponendo cauſam vel deſiderium ſui clientuli, ut
5. *d. l.* 1. *§.* 1. *ff. de poſtum.* Nec obſtat *d. l. Paulus. in fin.* quia ibi non loquitur de prohibito poſtulare, ſed de prohibito interponere alienis negotiis vel propriis, quod eſt plus; quia ligatus eſt propter dignitatem legationis. Et proprerea dico, quòd, licet Epiſcopus vel Cardinalis propter dignitatem non debet conſulere vel exercere officium Advocati; tamen poſſunt pro amicis gratis conſulere per illum textum, & *in l. quiſquis. C. de poſtul. ibi: non ad turpe compendium.* & ibi: *ſed laudis per eam augmenta quærantur.* Et ad hoc audivi ſæpius allegari illum textum per *Dn. Flor. de Bononia*, quod bene nota.

CCVII.

CCVII. (157.)

Vt nobis judex faveat nolens- volens.

Summa.

1. *Ante judicium ſi judex in cauſâ conſulatur, facilè pro nobis ſtabit.*

Cautela, quòd judex, coram quo cauſa tua agitari debet, tibi faveat, velit nolit; primò videas, quòd quando partes intendunt proceſſum ad eum dirigere, quòd præoccupes tempus, & facias tibi conſuli in causâ illâ, mutatis nominibus, contentis in proceſſu; ita quòd de facili pro te conſulet. Et quando erit is ad manus, poteris conſilium ejus in medium deducere, ita quòd contra conſilium ſuum nihil audebit attentare; tamen cautus advocatus recuſaret ipſum ſuſpectum. 1.

CCVIII. (158.)

Ne ſententia tranſeat in rem judicatam.

Summa.

1. *Dum pendet judicium, locus eſt transactioni.*

Cautela, ſi vis differre judicium, quando eſt ſententia contra te lata, una vel plures, ſi non potes per viam appellationis, petas reſtitutionem in integrum contra ſententiam, vel nullitatem ſententiæ opponas. Et interim poteris ad concordiam venire. *Hæ duæ ultimæ cautelæ in noſtro exemplari fuerunt cancellatæ.* 1.

CCIX. (159.)

Pro eo, qui repudiat hæreditatem.

Summa.

Summa.

1. *Qui probatur res hæreditarias conſumſiſſe, videtur adire.*

1. Advocatus creditorum ſit cautus, ut probet, ſi poteſt, qualiter filius teſtatoris bibit de vino, vel comedit de frumento patris poſt mortem ejus, vel aliquos fructus conſumſit in uſum vitæ. Quia tunc per iſtos actus filius non negans hoc, videtur hæreditatem adiviſſe: unde repudiare non poteſt, & tenetur creditoribus. Et ſic etiam ipſe ſit cautus, & non teneatur, quod in continenti faciat publicum inſtrumentum fieri de repudiatione. Ita eleganter dicit *Angel. in l. ſi ſervum. §. prætor. ff. de acquir. hæred.*

CCX. (160.)

Ne libellus ineptus mutetur.

vid. ſupr. 147. & 249.

Summa.

1. *Si libellus ſtatim acceptetur in ſpecie aut reus neget narrata prout narrantur &c. libellus mutari nequit.*

1. Nota duas cautelas, ut libellus ineptus revocari & mutari non poſſit. Prima eſt, quòd reus acceptet in ſpecie libellum productum ſecundum *Bart. in l. cum precum. C. de lib. cauſ.* non autem ſufficit acceptare in genere ſecundum *Angel. Inſtit. de act. §. ſi minus. in 6. quæſt.* Alia cautela eſt, quòd reus viſo libello dicat: *nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, dico, fieri non debere*, ſecundum notata per *Bart. in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fidejuſſ. ſalvo jure producendi in ſcriptis.* & deinde poteſt deducere ſuas exceptiones, ut faciunt boni practici.

CCXI. (161.)

Pro obtinendâ poſſeſſione.

Summa.

1. *Poſſeſſio vacans à judice peti poteſt.*

Quando aliquis negat ſe poſſidere, tu dic, quòd 1.
Judex te faciat immitti in poſſeſſionem, tanquam vacantem: ita dicit *Angel.* ſe practicaſſe in *l. fin. ff. de rei vind.*

CCXII. (162.)

Quando actio de dolo non habeat locum.

vid. ſupr. 149.

Summa.

1. *Actio de dolo per vilem perſonam contra nobilem intentari nequit.*

Scias unum ſingulare, quòd actio de dolo non poteſt intentari per vilem perſonam contra nobilem, 1.
nec contra patrem per filium. Et ideò ſint cauti viles, ut agant actione in factum, & non actione de dolo: quia eorum libellus, in quo faciunt mentionem de dolo, non valet; caſus eſt ſingularis in *l. non debet. ff. de dolo.* quia talis actio de dolo infamat de facto, ut notatur in *l. Apud Celſum. §. adverſus.* & ibi per *Rapha. ff. de dol. except.* Ita dicit *Angel. inſt. de except. in princ. in verſ. quaro an contra parentes.*

CCXIII. (163.)

Ne confeſſio poſſit revocari.

Summa

Summa.

1. *Judex aſſignare poteſt terminum, intra quem confeſſio revocanda.*

1. Cautela, quod confeſſio revocari non poteſt, quòd judex ei aſſignet terminum brevem ad revocandum confeſſionem; poſt quem, etiamſi velit, non audietur. Ita dicit *Angel. Inſtit. de act. §. ſi minus.* vel facias eam per Notarium ſcribi parte præſente ſecundum *Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſthum.*

CCXIV. (164.)

Ut quis invitus creditor admittat delegationem.

Summa.

1. *Si ſolutionem ab extraneo non recipiat creditor, liberatur debitor.*

1. Vos ſcitis, quod creditori invito non poteſt debitor cedere nomen debitoris ſui, ut notatur in *l. inter debitorem. juncta. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.* per *Paul. de Caſtr. ibi.* Sed cautela eſt, quòd debitor faciat, quòd unus tertius offerat creditori, ſe ſoluturum pro ipſo. Nam ſi creditor nollet ab ipſo recipere, debitor remanet liberatus; caſus eſt ſecundum *Angel. in l. tale pactum. §. poſt diviſionem.* ubi tradit hanc cautelam. *ff. de pactis.*

CCXV. (165.)

Relicta in codicillis firmiora, quàm quæ in teſtamento.

vid. ſupr. 124.

Summa.

Summa.

1. *Codicilli per alios aut ſequens teſtamentum quando infirmentur.*

Melius eſt, quòd relictum certæ partis bonorum 1.
potiùs fiat per codicillos, quàm in teſtamento; niſi fortè quis vellet inſtituere hæredem; quod fieri non poteſt in codillis. *l. hæreditatem. C. de codicill.* Ratio eſt, quia teſtamentum per aliud ſequens rumpi poſſet; ſed codicilli primò facti, non rumpuntur per alios, nec etiam per aliud teſtamentum, niſi expreſsè hoc dicatur: caſus eſt & textus *Inſtit. de codicill. §. non tantū. & Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè. Verſ. ſed ad conſultandum.* Et quod ratione prædictâ hoc fit tutiùs, tenet *Spec. §. viſo de impugnatione. Verſicul. & nota, quòd tutiùs eſt eodem titulo.*

CCXVI. (166.)

Poſt publicatas atteſtationes ut alii teſtes examineutur.

Summa.

1. *Si pro abſente novi teſtes exhibeantur, judex ex officio eos examinat.*

Regulariter, poſt didicita teſtificata, timore ſubornationis teſtes produci non poſſunt. ut in *Auth. qui ſemel. C. de probat.* ſed eſt cautela, quòd publica- 1.
tis atteſtationibus pars det notitiam judici de aliis teſtibus quaſi ſe abſente. Quia tunc judex ex officio eos examinabit; cum pro abſente ſuppleri poſſit. Et ita dixit ſingulariter *Bald. in l. ampliorem. in princ. C. de appell.* quod nota. Et refert & ſequitur *Petrus de Socin. in d. Auth. qui ſemel.*

CCXVII. (167.)

Ne quis elapſo termino ampliùs audiatur.

Summa.

1. *In aſſignatione termini quare addendum, nè de cætero audiatur.*

1. Ut quis poſt terminum non audiatur, *Innoc. in c. lator. extr. qui fil. ſunt legit.* dicit notanter, quod, licet elapſus ſit terminus aſſignatus alicui ad agendũ, tunc etiam poſt terminum ille audiendus eſt, niſi judex pronunciaverit, *eum de cætero non audiendum.* Et ideò cautela eſt, ut judex in interlocutoria, per quam aſſignat terminum actori ad agendum, dicat hæc verba: *& ſi intra dictum terminum non egerit, ex tunc prout ex nunc, pronunciet, eum de cætero non audiendum.* Ita eleganter dicit *Angel. in l. quamdiu. in* 1. *column. ff. de acquir. hæred.*

CCXVIII. (168.)

Vt acquiratur hæreditas poſt 30. *annos.*

Summa.

1. *Bonorum poſſeſſio poſt* 30. *annos peti poteſt.*

1. Nota auream cautelam, quando conjunctus tuus deceſſit, te ignorante, & lapſum eſt tempus adeundi, ſcil. triginta annorum, juxta *l. licet. C. de jur. delib.* quia non debes petere hæreditatem illius, ex quo cucurrit tibi, licet ignoranti, terminus ad adeundum, ſed petes bonorum poſſeſſionem in bonis illius, quod potes, ut ſingulariter voluit *Bald. in Rubr. C. qui admitt.*

mitt. ad bon. poſſ. 6. quaſt. & *in l. licet prealleg. in 4. qu.* & *Paul. de Caſtro in d. l. quamdiu. C. qui admitt.*

CCXIX. (169.)

Pro filia, quæ excluditur per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato.

Summa.

1. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas poſt aditam hæreditatem intentata teſtamentum non reſcindit.*

* Scire debes, quòd *Bonorum poſſeſſio contra tabulas* intentata, poſt aditam hæreditatem per ſcriptum hæredem, non reducit rem ad cauſam inteſtati; ſed ante aditam ſic, ut notatur *in l. ut liberis, in prima Gloſſ. C. de collat.* Unde filia præterita, excluſa per ſtatutum à ſucceſſione ab inteſtato, extante maſculo, ſit cauta, ut intentet *bonorum poſſeſſionem contr. tabb.* poſt aditam, & non ante aditam. Ita dicit *Paul. de Caſtr. in l. certum. C. unde cognat.* 1.

CCXX. (170.)

Si pupillus, cui defertur hæreditas, non habeat tutorem.

Summa.

1. *Cognati pupilli ægrotantis à judice peti poſſunt, ut ei decernatur Bonor. poſſeſſio.*

Quando pupillo, non habenti tutorem, defertur hæreditas, ne moriatur eâ non agnitâ; propinqui ipſius pupilli, cui eſt relicta vel delata bonorum poſſeſſio, debent eſſe cauti, quando pupillus eſt in arti- 1.

culò mortis, & non habet tutorem, qui agnoſcat; ut ſcil. petant à judice, *ut pupillo etiam abſenti & ignoranti decernat bonorum poſſeſſionem:* quia ad hoc tenetur judex. Ita dicit *Paulus de Caſtro in l. certum. C. unde cognat.*

CCXXI. (171.)

De ſtatuto, quòd vetat mulieres aſportare de domo mariti.

Summa.

1. *An qui ornatus gratiâ aliquid portat, videatur aſportare?*

1. Nota, quòd ſi ſtatutum eſt in civitate contra uxores aſportantes de domo mortui ſint cautæ, quòd veſtimenta portent ſecum & annulos in digito. quia tunc non puniuntur pœna ſtatuti de aſportantibus. Ita pulchrè dixit *Angel. in l. ſi quis dederit. §. prætor. in fin. ff. de acquir. hæred.*

CCXXII. (171.)

Ne valeat alienatio dotis jurata.

Summa.

1. *Per poſterius juramentum non tollitur prius.*

1. Ut alienatio dotis etiam jurata non valeat; cautela notabilis eſt, quòd uxor juret priùs, ſe nolle conſentire alienationi dotis. Nam licet poſtea conſentiat, & juret *non contravenire*, non obligatur ex ſecundo juramento; ſed ex primo ſic, *per Gloſſ. ſingularem in c. licet. de jurejur.* vel ſit cauta uxor, quæ conſentit alienationi dotis; ut probet, ſe conſenſiſſe ob metum vel reverentiam maritalem per notata *per Gloſſ.*

Gloſſ. & Bart. in l. 1. *§. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. non dat.* & per *Paul. Caſtr. in l. pactum. C. de collat.* quod nota ad revocandam etiam dictam alienationem juratam.

CCXXIII. (172.)

De ſtatuto, quod filias excludit à ſucceſſione, ſi nubant peregrè.

Summa.

1. *Filia, quæ dotem non accepit, à ſucceſſione excludi nequit.*

In multis locis ſtatuta ſunt, *quòd filia nupta extra civitatem, non ſuccedat patri.* Sed plerique ſolent cautelam adhibere, quòd filia nupta extra civitatem non vult dotem recipere, ut ſic poſtea poſſit ſuccedere. Sed contra hanc cautelam datur alia cautela; ut ſcil. pater ei offerat dotem, & ſi ſtabit per ipſam, nihilominus excludenda eſt à ſucceſſione. ita *Bald.* dicit in *l. fin.* 4. *colum. C. de collat.* quod benè nota. 1.

CCXXIV. (173.)

Vt valeat donatio, aliàs nulla.

Summa.

1. *Donatio jurata valet.*

Plenè nota in *Authent. ex teſtamento. C. de collat.* quòd ſimplex donatio non valet. Quod verum, niſi jurata; quia tunc valet. unde cautela eſt, quòd donans juret ſecundum *Bald. notanter. in l.* 3. *C. pro donat.* 1.

CCXXV. (173.)

Ne valeat donatio jurata.

Summa.

1. *Prius juramentum prævalet poſteriori.*

1. Ut donatio etiam ſimplex jurata non valeat, ſis cautus, ut, quando donas rem, jures per prædicta in proxima cautela. Nam prius coram teſtibus jures, quòd non vis donare, nam licet poſtea dones & jures, prævalet primum juramentum, & etiam donatio non valet per *Gloſſ. ſingularem. in can. licet in fin. de jurejurand. lib. 6.*

CCXXVI. (174.)

Alienatio dotis ut valeat.

Summa.

1. *Si mulier juramento aſſenſerit alienationi, aut pretium dotis receperit, ſubſiſtit alienatio.*

1. Ut alienatio dotis valeat, omnes ſciunt, quòd mulier non poſſit conſentire alienationi dotis, per *Auth. ſive à me. C. ad Vellej.* Sed cautela eſt, ut teneat alienatio, ut uxor juret non contravenire, ut in *c. licet de jurejurand. in* 6. vel, quòd ipſa ſimul cum marito recipiat pretium rei dotalis: quia videtur illud habere loco dotis, *Gloſſ. eſt notab. in l.* 1. *& l. ita conſtante. ff. de jure dot.* ſecundum *Bart. in conſilio; Dna. Petronilla &c.*

CCXXVII. (175.)

Vt quis poſſit adire hæreditatem ex duplici teſtamento.

Summa

Summa.

1. *Bina teſtamenta quando ſe mutuò tollant.*
2. *quomodo ex utroque adire quis poſſit.*

Si reperiantur duo teſtamenta, facta eodem die; non tamen appareat, quod prius, & quod poſterius fuerit, neutrum valet & hæres ex neutro eorum poteſt hæreditatem capere, *l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* & ibi notatur ſecundum *Tancred. in tit. de jurisdict. qu. 25.* & probatur in *l. eum, qui. in princ. ff. de acquir. hæred.* Sed nota optimam cautelam, quam *Ang.* practicavit aliàs de facto in civitate Paduæ; videlicet, quòd hæres adeat hæreditatem ex quocunque teſtamento, nec applicet animum magis ad unum, quàm ad aliud. Quia tunc non dicitur eſſe dubius, an ſit ſibi delata hæreditas, ſed certus eſſet & non dubius, an ex illo vel ex illo eſſet ſibi delata: & ideò tantùm ex uno adire non poſſit. ita dicit ipſe notabiliter in *l. eum, qui in princ. ff. de acquir. hæred.* 1. 2.

CCXXVIII. (176.)

Vt copia fidem faciat.

Summa.

1. *Quando authenticum exemplar productum, cætera deſcripta probant.*

1. Accipe mirabilem cautelam ad faciendum, quòd copia probet, quæ aliàs non probaret per *Auth. ſi quis. C. de edend.* videlicet, quando ſemel producitur originale, copietur. Nam licet poſtea illud perdatur, copia plenè probat ſecundum *Paul. Caſtrenſ. in l. 1. §. editiones. ff. de edend.* & *Florian. in l. in lege. Aq. ff. ad Leg. Aquil.*

CCXXIX. (177.)

Pro emtore, qui vult agere ad duplum pro evictione.

Summa.

1. *Ad pœnam dupli emtor agere nequit, antequam res reſtituta ſit evincenti.*

1. Nota, quòd emtor non poteſt priùs agere ad pœnam dupli pro evictione contra venditorem; niſi res emta & evicta ſit priùs ipſi ablata, & reſtituta evincenti. Nec ſufficit, quòd fuerit condemnatus ad reſtitutionem, niſi priùs reſtituat. textus eſt cum *Gloſſ. notab. in l. ſi ſervum. in verb. abeſt. ff. de ac. empt. & in l. evicta. §. fin. ff. de evict.* Cautela ergò eſt, quòd emptor expectet, donec res ab ipſo auferatur; quia ante non poteſt agere ad duplum.

CCXXX. (178.)

Pro autoritate chirographi.

Summa.

1. *Quare præſtet, chirographum ſcribi per Notarium.*

1. Mercatores debent eſſe cauti, quando recipiunt ab aliis ſcriptum de manu vel chirographum, ut non recipiant illud, niſi ſit de manu Notarii ſcriptum, & teſtibus præſentibus. Quia periculoſum eſt, illud recipere de manu debitoris. Quia ſi moritur unus de teſtibus, non probat. Caſus eſt notabilis *in c. 2. de fid. inſtrum.* & ibi per *Dd. & eſt Gloſſ. notab. in c. inter dilectos. eod. tit.* quod perpetuò nota, & tene menti.

CCXXXI.

CCXXXI. (179.)

Contra appellantem poſt tempus legitimum.

Summa.

1. *Præſumitur quis intra decendium appellâſſe.*

Cautela contra appellantem poſt decem dies, quòd appellatus neget appellatum infra decem dies, & non dicat appellatum eſſe poſt decem dies ſecundum *Ioh. Andr. in c. Romana. §. ſi verò. de appell. in 6. & ibi Dominic.* Nam præſumitur ſecundum *d. Bald. in Auth. hodie. C. eod.* quòd quis infra decem dies appellaverit. *& Ludov. de Rom. in l. ſciendum. in 12. colum. ff. de verb. oblig.* 1.

CCXXXII. (180.)

Pro eo, qui non poteſt appellare.

Summa.

1. *Ubi deficit beneficium appellationis, non deficit reſtitutionis in integrum.*

Multi ſunt caſus, in quibus non poteſt appellari; ſed tunc cautela eſt, quòd petatur reſtitutio in integrum: ut eſt caſus *in l. Præfecti. ff. de minor.* de quo plenè per *Ioh. Andr. in Novell. in c. 1. in 1. colum. de in integr. reſtit. lib. 6.* 1.

CCXXXIII. (181.)

Vt contractus tantò validior ſit.

Summa.

1. *Quæcunque autoritate judicis fiunt, in iis ceſſat doli ſuſpicio.*

1. Semper allegatur doctrina, *Bart. poſt Gloſſ. in l.* 1. *C. de prædiis curia. lib.* 10. quòd contractus celebratus auctoritate judicis valet. Quia omnis ceſſat præſumptio doli. Unde ſis cautus tu, quando contrahis, ut facias judicem auctorari per *ibi not. in l. bonorum. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* Iudex enim tenetur & intelligitur causâ cognitâ auctoritatem adhibere, ſecundum *Bart. in l. ſæpe. de decur.*

CCXXXIV. (182.)

Pro eo, qui vult petere bonorum poſſeßionem.

Summa.

1. *Bonorum poſſeßionis termino elapſo nihilominus peti poteſt.*

1. *Bald.* ſingulariter dicit *in l. puberem. C. de jure delib.* quòd elapſo termino ad petendum bonorum poſſeſſionem, poteſt quis adhuc agnoſcere. Quia tunc videtur ſeſe gerere pro hærede, & ſic efficitur hæres de jure civili. Cautela ergò eſt, quòd quis non obſtante lapſu termini adhuc petat bonorum poſſeſſionem; licet *Bart. ibi* contrà, & malè ſecundum *Angel. de Peruſi. in Rubr. qui admitti. in* 4. *column.*

CCXXXV. (183.)

Ne filia ſuccedat in hæreditate paternâ.

Summa.

Summa.

1. *Pactum filiæ de non petendo bona patris valet.*

Tu ſcis, quòd, ſi filia renunciet ſucceſſioni paternæ ſimpliciter; non valet renunciatio. *l. pactum dotali. C. de collat.* niſi juretur, ſecundum *Gloſſ. & Dd. ibi:* & eſt textus *in c. 2. de pact. in 6. Bald.* tamen in *l. fin. C. de pact.* ponit cautelam, ut filia faciat pactum de non petendo aliquid de bonis paternis. Quia tale pactum etiam non juratum valet. Unde fit cautus pater, faciens filiam ſibi renunciare: videlicet, quòd faciat ſibi facere pactum de non petendo &c. 1.

CCXXXVI. (184.)

Ut teſtimonium inutile reddatur utile.

Summa.

1. *Teſtis iterum productus, ſi priora repetat, rejici nequit.*

Auream do tibi cautelam, quando teſtis inutiliter depoſuit, ut reproducas eum iterum, & uti dicat: *ſic depono, ſicut alias depoſui ſuper tali negotio.* tunc enim primum dictum inutiliter validatur per ſecundam depoſitionem ejuſdem, *arg. l. legata inutiliter.* ſecundum *Angel. ff. de legat.* 1. 1.

CCXXXVII.

Ut quis autor poſſit eſſe in ſuam rem.

Summa.

Summa.

1. *Nemo in ſuam rem autor eſſe poteſt.*
2. *defectus tamen per judicem ſuppleri.*

1. Regulariter non poteſt ſibi quis in facto proprio auctorare. ut *l. ſi conſul. ff. de adopt.* & facit, quia electionarius non poteſt ſeipſum eligere, ut eſt *Gloſſ. in l. planè. ff. quodcunque univerſitat. nomine.* Modò pone, quòd ſtatuto caveatur, *quòd uxor non poſſit teſtari ſine conſenſu mariti.* Nam ſi tunc uxor velit ipſum inſtituere maritum, non videtur poſſe per prædicta.
2. Sed eſt cautela, quòd ipſe maritus ſe abſentet; quia tunc judicis auctoritate poterit uxor teſtari & maritum inſtituere, ut per *Bald. & Ludov. Ponta. in l. 1. C. unde vir & uxor.* ad quod fac. *notab. C. de ſent. in l. cum ſententiam. & in l. transactionem. C. de transact.*

CCXXXVIII.

Ne amittatur facilè ſervitus.

Summa.

1. *Qui ſervitute uti nequit, utiliter tamen ejus quaſi rudera conſervat.*

1. Sis cautus, quando tibi detur ſervitus in vicinio retinendi pontem, vel trabem tuam in muro ſuo; quòd, quando trabes ruit vel pons, vel quia tu eam vel eum removes; relinquas ſignum in muro prope feneſtras, ut poſſis, quandocunque vis, illam reponere etiam per mille annos; aliàs autem amittere poteris ſervitutem. Ita notabiliter dicit *Paul. de Caſtro in l. hæc autem. ff. de ſerv. urban. præd.*

CCXXXIX.

CCXXXIX.

Pro judice, qui vult condemnare contumacem.

Summa.

1. *Condemnare non citatum eſt via ad infernum.*
2. *Magis creditur actis, quàm contrariæ nuncii relationi.*

Ad condemnandum aliquem non citatum notet judex cautelam, per quam comparabit ſibi viam ad infernum. Nam ſi facit aliquem citari, quem nuncius poſtea referat *ſe non citaſſe*, & judex habeat illum odio; Sit cautus, quòd faciat ſcribi relationem nuncii per contrarium, videlicet, *quod citaverit*, & ille reſponderit *ſe nolle comparere.* Nam ſi poſtea nuncius dicat, *ſe retuliſſe contrarium*, non creditur ſibi, ſed ſtatur actis. Unde poterit illum tanquam contumacem condemnare. Iſtud eſt ſingulare dictum *Cyn. in l. ſi quis decurio. C. de falſis & Iacob. de Aren. in l.* 1. *§. fin. ſecundum Angel. ibi. ff. quemad. teſtam. aper.* Et hoc practici Advocati benè faciunt. 1. 2.

CCXL. (155.) & (185.)

Pro hæreſeos ſuſpectis ne pertinaciter opiniones ſuas defendant.

Summa.

1. *Qui credit, quod Eccleſia Romana credit, hæreticus non eſt.*
2. *neq; is, qui errorem ſuum pertinaciter non defendit.*

Utile

1. Utile & bonum conſilium eſt pro illis, qui aliquando inculpantur de hæreſi, ut proteſtentur maximè in extremis, *ſe fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe, & tenere fidem Catholicam, quam tenet, docet, & prædicat Romana Eccleſia, & cum eadem idem vixiſſe, & mori velle.* Probatur, quòd hæc proteſtatio ſit utilis & valida, *extr. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. can. damnamus. prope fin. & nota in can. firmiter. eod. tit.* Nam & Beatus Hieronymus idem fecit culpatus ab æmulis, ut eſt *text. notab.* 24. *quaſt.* 1. *c. hæc eſt fides.* & ita dicit *Alberic. de Roſat. in rubr. tit. de hæretic. circ. fin.* Sed tu adde dictæ proteſtationi, *quòd, quicquid credunt, ideò credunt: quia credunt, Eccleſiam ſic credere, & ſuam opinionem fidei Eccle-*
2. *ſiâ ſubjiciunt.* Quia ille non dicitur hæreticus, nec peccat, dummodo errorem ſuum non defendat; ut ſingulariter notat *Innocent. in d. can. in fin.* & intellige errorem defendere, quanqo pertinaciter defendit. ut dicit *Gloſſ. notab.* 24. *quaſt.* 3. *can. dixit Apoſtolus.* & vide *Gloſſ. in d. c. hæc eſt fides.* Et iſta cautela eſt etiam utilis pro advocato & procuratore, qui vellet defendere inculpatum de hæreſi, ut dicit *Alberic. de Roſat. in ſuo opere ſingular. Reſp. in tertia parte. & in* 22. *quaſt.* dicit, ſe ita obſervaſſe in Curia Romana, dum defenderet coram ſummo Pontifice quoſdam Mediolanenſes culpatos de hæreſi.

CCXLI. (186.)

Pro iis, qui prohibiti ſunt poſtulare.

vid. ſupr. 206.

Summa.

1. *Qui prohibitus eſt poſtulare, poteſt nihilominus ſcriptis aliquem juvare.*
2. *Non videtur cùm bannito loqui, qui epiſtolam mittit.*

3. *Prohi-*

3. *Prohibitus advocare non prohibetur in conſilio Princ. cauſam dicere.*

4. *ſ aut gratis à judice aliquid impetrare.*

5. *An prioribus caſibus Advocatus teneatur gratis operam ſuam commodare?*

6. *Reſp. ad l. Paulus. 8. ff. de legat.*

In multis caſibus reperitur prohibitum per legem vel ſtatutum, vel per pacta, quod quis poſſit poſtulare, vel procuratoriam artem exercere: ſed remedium eſt, ſi tu Advocate vel procurator vis adjuvare aliquem in dictis caſibus, ut mittas ſchedulam judici ſcriptam, in qua ſint allegationes partis tuæ. Quia per hoc non venies contra legem vel ſtatutum aut pacta. Nam poſtulare, id eſt, advocare vel procurare, eſt in judicio ſeu in publico aliquid dicere. *ut l.* 1. *§.* 1. *& ibi per Dd. & l. Paulus in fin.* & ibi hoc notat *Bart. ff. de legat.* Et idem tenet *Ludov. de Rom. in l.* 1. *in princ. ff. de verb. oblig.* Et ad idem facit, quod notat *Bart. in d. l.* 1. *in princ.* ubi dicit, *quòd ſi ſtatutum punit loquentem cum bannito, non comprehendit eum, qui mittit nuncium vel literas ad bannitum, ſed cum ore ad os loquitur.* Et idem tenet *Alber. de Roſat. in ſuo opere ſingulariorum in* 2. *parte quæſt.* 166. ubi tenet, quòd ſi ſtatutum prohibet Doctores ſalariatos eſſe Advocatos in cauſis, quòd per hoc non prohibentur facere allegationes in ſcriptis. Ex quo nota, tu ſcholaris, quòd, licet ſit ſtatutum Univerſitatis noſtræ Paduæ, quòd Doctores legentes non poſſunt advocare contra ſcholares, non prohibebuntur allegationes in ſcriptis facere. Eſt & aliud remedium, ut det conſilium ſuum in Camera; quia hoc poteſt: cum advocare ſit pandere alienum deſiderium in judicio. *ut d. l.* 1. *§. de poſtulando.* Et ibi hoc notat *Bart. in l.* 1. *§. advocatos. ff. de vac. & extr. ord. cog. cum Gloſſ.* ubi eſt optimus textus. De iſta materia po-

teſt

4. teſt & dari tertium remedium. Nam poteſt cum judice loqui, & aliquid gratis ab eo impetrare. ut *d. l. Paulus. in fin. de legat.* Et hoc vult *Bart. in d. l.* 1. *§. Advocatos.* qui dicit, *quòd Doctores Peruſini, qui habent pacta cum civitate, ut non poſſint eſſe Advocati; non prohibentur à judice aliquid gratis impetrare.* & ſic præſupponit *Bart.* quòd aliis duobus remediis præcedentibus poſſet etiam cum pecunia, puta, facere
5. allegationes, & in Camera conſulere. Et hoc credo verum, licet *Ludov. de Rom.* dixerit *in d. l. in princ. de verb. oblig.* quod hoc intelligit, quando gratis per *d. l. Paulus in fine.* Aliàs ſecus: quia in dictis caſibus non dicitur propriè poſtulare; ex quo non prodit vel non procedit in publicum, exponendo cauſam vel deſiderium ſui clientuli, *ut d l.* 1. *§.* 1. *de poſtulando.* Nec
6. obſtat *d. l. Paulus. in fine.* quia ibi non loquitur de prohibito poſtulare, ſed de prohibito ſe interponere aliis negociis vel propriis, quod eſt plus: quia ligatus eſt propter dignitatem legationis. Et propterea dico, quòd licet Epiſcopus vel Cardinalis propter dignitatem non debeant conſulere vel exercere officium Advocati: tamen poſſunt pro amico gratis conſulere per illum textũ. *& text. in l. quisquis. C. de poſtul.* ibi *non ad turpe compendium.* & ibi: *ſed laudis per eum argumenta quærantur.* & ad hoc audivi ſæpiùs allegari illum textum per *D. Florian. de Bonon.*

CCXLII. (187.)

Ne frater teneatur conferre, quod præ aliis à patre accepit.

Summa.

1. *Quæ tempore collationis non inveniuntur in bonis, non conferuntur.*
2. *An ergò pecunia, quæ dotis nomine in filiam alienata?*

Si frater

Si frater habuit aliquid præcipuum à patre, forte in præmium emancipationis vel aliter, in caſu, quo regulariter illud veniet conferendum: quæ cautela debet adhiberi, ut non teneatur id conferre cum fratribus, quando agitur de collatione facienda? Dic, quòd cautela eſt iſta; quòd filius, qui habet aliquid præcipuum, antequam veniat ad collationem cum fratribus, det illud in dotem filiæ ſuæ, vel aliter diſtrahat, ita, quòd non inveniatur tempore collationis vel tempore mortis patris in bonis filii vel fratris. Quia tunc ad illud conferendum non tenebitur. ut *ff. de collat. l. 1. in fin. & nota. in l. ea demum. de collat.* & eſt ratio in dote, quia dos filiæ non eſt in bonis patris. *C. de revoc. his, quæ per fraud. alien. ſunt. l. in ſucceſſione.* & habetur in *l. 3. §. ſed utrum. ff. de minor.* & in *l. Pompon. Philadelphus. ff. fam. hercifc.* & ita tenet *Lancred. de Cor. in quodam ſuo opere judiciali in ultima parte. in 12. quæſtione.* Et iſtud ego intelligo verum, niſi conſtaret, quòd illa alienatio vel dotis datio fuiſſet facta in fraudem, causâ evitandæ collationis. *arg. d. l. in ſucceſſione.* quæ fraus probaretur, ſi dotans vel alienans hoc prius dixiſſet. *arg. gloſſ. notab. in l. Prætor. §. Marcellus. ff. de judic.* vel quando per aliqua indicia perſpicua aliter probaretur juxta *l. dolum. cum ibi not. C. de dolo.* 1. 2.

CCXLIII. (188.)

Pro tranſigente in delictis, ut evitet infamiam.

Summa.

1. *Qui paciſcitur vel tranſigit de crimine, quomodo fiat infamis.*
2. *Exceptiones aliquot.*
3. *Quid ſi injuriatus remittat injuriam?*

4. *Transactio gratis fieri nequit.*

5. *Formula paciſcendi ſuper injurijs.*

1. Qui paciſcitur & tranſigit de crimine, crimen confiteri videtur, ut *l. quoniam. ff. de his, qui not. infam.* & ideò periculoſum eſt, quando aliquis eſt accuſatus, vel eſt inquiſitum contra eum de crimine, quòd veniat ad transactionem vel compoſitionem cum adverſario, maximè, quando tale crimen irrogat infamiam. Quia efficitur infamis per illam tacitam confeſſionem, ut *d. l. quoniam.* Sed ſi quis velit evitare paciſcendo dictam infamiam, cautela eſt mul-
2. tiplex. Prima eſt, quòd dicta pactio ſeu compoſitio fiet gratis: quia tunc non infamat, ut eſt caſus in *l. furti. §. pactum. eod. tit.* Secunda eſt, quòd in transactione exprimatur, *quòd hoc faciat tranſigens, ut evitet impendia litis, non, quòd crimen, de quo tranſigit, commiſerit.* ut *d. §. pactum. arg. ff. de minorib. l. minoribus 25. annis ſubvenire.* Facit ad hoc, *c. dilectus filius.* 1. *& quod ibi notat. extra de pactis.* Tertia eſt, ſi fiat transactio juſſu judicis. ut *d. l furti.*
3. *§. qui juſſu.* Quarta eſt, ſi fiat hoc modo: *quòd injurians vel is, qui damnum paſſus eſt, tranſigit, vel transactionem facit cum eo, qui de crimine arguitur, & per pactum ſibi remittit omnem injuriam, & offenſam, & omne damnum, quod conſtat, vel conſtare poſſet illatum, quâcunq; de causâ.* Hæc tamen cau-
4. tela licet ſufficeret per viam pacti, quod conſtat, gratis fieri poſſe. *arg. d §. pactum.* tamen per viam transactionis videtur, quòd non poſſit habere locum. quia in transactione debet aliquid dari, retineri vel remitti; aliàs eſt nulla. *ut C. de transaction. l. transactio.* Sed prodeſt dicta cautela, per viam pacti faciendo. Quia talibus verbis poteſt fieri contractus pacis, & ex hoc paciſcens non confitetur maleficium, de quo a-
5. gitur. Et ideò fiat per dicta verba: ſcil. *quòd injuriatus faciat pactum cum injuriante, & ei remittat injuriam,*

injuriam, ſi quam conſtat, vel conſtare poſſet illum ſibi intuliſſe, vel, quod mutuo ſibi invicem remittant omnes injurias. Quia ex hoc nihil videtur fateri ille, qui intulit injuriam. Pro hoc facit *Gloſſ. notab. in l. ſi quidem. C. de except. & in l. ſi filium. C. de liberal. cauſ. & in l. 2. §. quod obſervari. in verſ. credit. circa med. C. de juram. calum. & Gloſſ. notab. in c. cum venerabilis. in verſ. fuiſſe confeſſus. extr. de except. & text. cum gloſſ. in c. ex tenore. de teſtib.* Ex quibus poteſt colligi alia cautela; videlicet, quòd dicatur, *quòd non ſit illata aliqua injuria per talem inculpatum. & in quantum appareat, vel conſtare poſſet, eum commiſiſſe, injuriatus ſibi remittit.*

CCXLIV. (189.)

Pro Advocato, ſi cliens noluit reſpondere.

vid. ſupr. 78.

Summa.

1. *Ut contumax habeatur pro confitente, ad id requiri ſententiam judicis.*
2. *JCtus non reſpondet niſi juxta expreſſum tenorem commiſſionis.*

Quando actor ſeu reus non vult reſpondere poſitionibus, poſitiones habentur pro confeſſatis. ut habetur *in l. 2. §. ſed quia veremur. alias. quòd ſi actor. C. de jurament. calumn.* & in *c. de confeſſ. in 6.* quod intellige, non ipſo jure, ſed per ſententiam. ut notatur *in dictis juribus*, & habetur in *Auth. ut litigantes jurent. in princ. col. 9.* & ideò, tu Advocate, ſis cautus, antequam committatur cauſa decidenda conſilio ſapientis, ut facias judicem interloqui: aliàs ſola contumacia non haberetur pro probatione, nec 1.

2. poſſet conſulere, *ſapiens eſſe probatum.* Vel faci
committi utrumque articulum; videlicet, an d
beat haberi pro confeſſo & etiam de definitiva. Na
ſuper articulo non commiſſo conſulere non poſſ
ut habetur *in l.* 1. *C. de relat.* & oporteret eum pı
nunciare, *non eſſe probatum, nec liquidum.* Quia
citur conſulere ſecundum ſtatum cauſæ, in quo ca
ſa eſt tempore commiſſionis. *ut C. de dilat. l. cum*
nobis. Et ideò ſis benè cautus circa hoc; & ita ter
Bald. in l. 1. *in* 1. *colum. C. de pœna judic. qui mal.* ju
& adde circa iſtam cautelam id, quod dixi ſupra
cautela C quæ incipit, *ille, qui non reſpondet.*

CCXLV. (190.)

Pro ceſſionario, ne cedens poſſit agere contra debitorem.

Summa.

1. *Cedens actiones ſuas, certis caſibus tamen gere poteſt.*
2. *unde juvat, eas nominatim à cedente cipi.*
3. *Delegatus delegato non manet obſtrictus.*

1. Tu habes, *l.* 3. *C. de novat.* in quâ dicitur, q
licet creditor cedat actionem uni, puta creditori
contra ſuum debitorem; tamen cedens non obſ
te ceſſione poterit agere contra debitorem ſuun
exigere, niſi in tribus caſibus, in quibus non po
Primus eſt, quando ceſſionarius egit contra deb
rem vigore ceſſionis & litem conteſtatus. Secun
eſt, quando debitor incipit ſolvere ceſſionario.
tius eſt, quando denunciatum eſt debitori, *ne ſol*
puta creditori ſuo. Sed ad hoc, ut in omnibus
ſibus cedenti præcludatur via agendi contra deb

rem ſuum; Cautela eſt, quòd in inſtrumento ceſſionis exprimatur, *quòd in ceſſionarium fiat ceſſio debitoris, contra quem omnia jura cedantur:* & *quòd cedens non ſolum transfert omnem actionem, quam habet contra debitorem ſuum, ſed etiam cedit & transfert omnem ſpem & exercitium actionis, ita, quòd apud cedentem nulla remaneant actionum reliquiæ.* 2.
Nam & hoc caſu cedens nullo pacto agere poterit contra debitorem, contra quem eſt facta ceſſio, quòd aliàs poſſet in illis tribus caſibus, de quibus ſupra dixi; qui habentur in *d. l.* 3. *C. de novat.* & iſta eſt una limitatio notabilis ad *d. l.* 3. qui fuit *Tancred. de Corneto in quodam ſuo opere judiciali, in ult. part. qu.* 11.
Item poſſet eſſe alia cautela; videlicet, quòd fiat delegatio: & ſic, quòd debitor promittat ſolvere illi, cui jura ceduntur. Quia tunc delegans nullo modo poſſet agere; ut eſt caſus in *d. l.* 3. *in princ.* Sed iſta non ſemper poteſt fieri. Prima verò poteſt, & ideò melior eſt. Et adde, quòd ille, qui dat ſeu donat omnia bona ſua, videtur etiam concedere ſpem actionis, ut notat. 18. *qu.* 1. *can. ſtatutum in gloſſ. ſed qualiter:* quæ quidem actionis ſpes donari poteſt, ut *l.* 3. *C. de donat.* & ſic non haberet locum, *d. l.* 3. *C. de novat.* quod nota, pro declaratione eiuſdem. 3.

CCXLVI. (191.)

Ut res litigioſa poſſit alienari.

Summa.

1. *Res litigioſa autoritate judicis poteſt alienari.*
2. *idem eſt, ſi alienans idoneè caveat.*

Res litigioſa regulariter non poteſt vendi vel alienari, ut *l. ult. & per tot. tit. C. de litigio. & in c.* 1. *de confirmat. util. vel inutil.* Sed tu habes cautelam, 1.

per quam poteris alienare etiam pendente judicio, videlicet, quòd juſſu vel licentiâ Prætoris, h. e. judicis, alienes. Quia valebit talis alienatio, ut eſt caſus in *l. ad finem princ. ibi. ſed res tempore perituras permittere debet Prætor. &c. ff. de petit. hæred.* & ibi hoc notat *Angel.* qui dicit, *per illum textum limitantur omnia jura dicentia, rem litigioſam pendente judicio alienari non poſſe.* Quia de juſſu vel conſenſu Prætoris ſemper alienatio fieri poterit. Et intelligo, quòd judex teneatur permittere vel jubere, quando ſubeſt cauſa. puta, quòd res erat tempore peritura vel alia
2. ſimilis cauſa, ut ibi probatur. Et adde aliam limitationem; videlicet, quòd etiam ſine permiſſu judicis poteſt res litigioſa alienari, quando ſcil. eſt judicium univerſale, & controverſiam paſſus idoneè ſatis dedit, ſecundum formam *d. l. divus.* ſecundum *Angel. ibi.* quod nota benè ad limitationem tituli, & materiam de litigioſis.

CCXLVII. (192.)

Pro Notariis, qui inſtrumentum con ficere volunt.

Summa.

1. *Quæ celebrantur in ſcriptis, antè non vale quàm ſcripta & lecta ſunt.*
2. *Communis error Notariorum notatur.*
3. *Poſtquam inſtrumentum ſcriptum & lectu nihil addi vel minui poteſt.*

1. Nota, quòd ea, quæ celebrantur in ſcriptis, ſimilia, debent primò tota ſcribi & poſtea legi, ut caſus in *l. contractus. C. de fid. inſtrum.* & ibi hoc tat *Bart.* qui dixit, ex hoc notandum eſſe per not um, qui, poſtquam eſt rogatus de appellatione, de

debet interponi in ſcriptis, ut habetur in *l.* 1. *in fin. cum l. ſequenti. ff. de appell.* vel de ſententia, quæ ſimiliter debet eſſe in ſcriptis regulariter, ut *l. ult. C. de ſentent. ex breVic. recit.* non poteſt aliquid addere vel detrahere. unde errore Notatorii dicunt, *ſe rogatos de appellatione interpoſitâ in ſcriptis*, & poſtea dicunt: *dictabis ea, & dabis mihi.* Nam ante omnia debet eſſe dictata & ſcripta, & poſtquam eſt lecta, nihil poteſt addi. Ita dicit *Barr.* ſingulariter in *d. l. contractus. in princ. C. de fid. inſtrum.* & idem tenet *Bald. in l. in minoribus. C. de his, quib. ut indign. & in l. jusjurandum. & ad pecunias. §. fin. ff. de jurejurand. & Angel. de Aret. in l.* 1. *§. libelli. ff. de appell.* & idem notat *Ioh. Andr. Dd. Canoniſtæ. in c. perVenit.* 2. *extr. appell.* Facit, quod notat *LudoV. de Rom. in l.* 1. *in* 10. *colum. ff. de arbitr.* & vide *Ang. de Peruſio in l. quicquid aſtringendæ. ff. de Verb. oblig.* Et pro- 3.
pterea ſint cauti Notarii, ne addant vel addi patiantur actis vel ſcripturis ſuis, quæ in ſcriptis debent fieri, & poſtquam de eis rogati ſunt, vel eas legerint; & eodem modo ſint cauti litigantes, ut videant ſcripturas dictatas vel ſtipulatas, quæ debent eſſe in ſcriptis, & petant copiam in continenti, ne poſſet addi vel minui. Quod nota, quia vidi ſæpiſſimè ſervari contrarium, & malè.

CCXLVIII. (193.)

Ne bis appellari poſſit.

Summa.

1. *Quare interdum bis appelletur?*
2. *Quænam illarum proſequenda?*
3. *Ter ab uno gravamine appellari non poſſe.*
4. *Si judex primæ appellationi ſtatim deferat, altera interponi nequit.*
5. *Appellatione admiſſâ exſpirat officium judicis à quo.*

 Ubi

1. Ubi quis poteſt appellare à ſententia vel ab aliquo gravamine juxta notata in *c. cum ceſſante. extr. de appell.* poteſt bis ſuper eodem puncto infra decem dies appellare; & multi in continenti appellant vivâ voce, *ſalvo jure appellandi in ſcriptis*; & aliqui etiam poſtquam in ſcriptis appellaverunt, dubitantes fortè, quòd appellatio non ſit benè concepta, iterum in ſcriptis appellant infra decem dies: & eſt dubium, ſi valent iſtæ appellationes: de quo vide textum, qui probat, quòd ſic in *l. 1. §. biduum. ff. quand. appellandum ſit. verſ quod & in ſententiis.* & tenet *Bald. in*
2. *l. 2. ad finem. C. de Epiſc. audient.* Item eſt dubium, quam appellationem debeat proſequi, an primam vel ſecundam; de quo dic, ut habetur per *Bart. & omnes Dd. in l. cum procurator. §. ſi dominus. ff. de nov. oper. nunciat.* & per *Bald. in l. appellatione. C. de appellat. & in c. 1. § ſancimus. in 2. colum. in tit. quo tempore miles inveſt. pet. deb. & in conſilio ſuo* 164. *quod incipit: appellatum eſt bis ſuper eodem &c.* ubi notabiliter loquitur, & per *Sal. in l. ſi quis libellos. C. de appell* & plenè per *Cardin. Zuba.* & per *Doct. in cap. dilecta.* & per *Abbatem in cap. ſuam no-*
3. *bis. eod. tit.* Et adverte, quia dixi, *quis poteſt bis appellare infra decem dies ab eodem gravamine.* Nam ulterius appellare non poteſt ſecundum *Bald.* qui ita notabiliter dicit in *l. eos. §. Apoſtolos. C. de appellat.* allegat rationem; quia aliàs eſſet nimium ſuperflua & oneroſa, *arg. l. ampliorem. in fin. C. eod. tit. & l.*
4. *fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat.* 3. Sed ego do tibi unam cautelam in hoc, ut quis non poſſit geminare appellationem ſuam; videlicet, ut appellatus procuret, ut judex admittat primam appellationem, & ei deferat, & appellanti det apoſtolos dimiſſorios: quia tunc, quàm primum admiſit appellationem, & ei detulit, apoſtolos conceſſit, ſtatim eſt functus officio ſuo; Et juriſdictio devolvitur ad ſu-
5. periorem, ad quem eſt appellatum, & ideò non poteſt

amplius

ampliùs ſecundæ appellationi deferre. *arg. l. qui arbitri. cum Gloſſ. ff. de arbitr. & l. judex poſtquam. de re jud.* uteleganter notat *Bald. in d. l. eos. §. apoſtolos. Verſ. quaro nunquid, ſicut poteſt ſæpiùs appellare &c. C. de appellation.* quem ſequitur *Angel. de Aret. in l. 1, §. libelli. in fin. ff. de appellat.* Et idem vult *Bald. in d. ſuo conſilio* 164. Et idem eſſet etiam, quando ſolùm judex detuliſſet primæ appellationi per *c. cum appellationibus frivolis. de appellat. in* 6. & ideò ſis cautus, ſi judex primam appellationem diceret, non eſſe legitimè interpoſitam, ut facis eum admittere, ut dixi.

CCXLIX. (194.)

Ne libellus poſſit emendari.

vid. ſupra 210.

Summa.

1. *Per litis conteſtationem libellus ineptus corrigi nequit.*
2. *Libellus obſcurus poſt eam poteſt declarari.*
3. *ſcilicet, ſi res ipſa non clarè oſtendatur, quæ petitur.*

Quando libellus contra te productus eſt ineptus; ita quòd ex eo non poſſit ſequi ſententia condemnatoria contra te, propter libellum malè conceptum juxta notata *in l. 1. ff. de aſſeſſ. & Gloſſ. ſingul. Inſt. de oblig. in princ. in verbo ſecundum noſtræ civitatis jura. in fine. & l. decem. in princ. cum ibi notatis. ff. de V. O. & notat. in l. licet. C. de procurat.* ſi benè cognoſcis, cautela eſt, quòd tu in continenti litem conteſteris. Quia per litis conteſtationem tollitur actori facultas emendandi vel corrigendi libellum; ut *l. edita. cum ibi notatis. Cod. de edendo.* & 1.

R 5 eſt

eſt *Gloſſ. ſingularis* de hoc in *l. qui familia. ff. fam. erciſc.* Nec poterit amplius ab illo judicio deſiſtere, ut in *Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando judex. ſe-*
2. *cundum ibi notat.* Et licet *Specul. in tit. de libellis conception. §. fin. verſ. cautus etiam ſis.* dicat, *quod quidam Advocati hoc faciunt.* quia videntes libellum ineptum, confeſtim litem conteſtantur, ne poſtea valeat emendari vel mutari; ut dixi, ſed quòd hoc non placet ſibi per *l. fin. C. de annal. except.* quia poterit res vel cauſa in proceſſu judicii declarari. ut in *c. Abbate ſanè. de re judicat. l. 6. & c. conſtitutum. de ap-*
3. *pellat.* Tamen teneo, quòd dicta cautela ſit optima, quando libellus eſt adeò ineptus, quòd per declarationem non poteſt fieri aptus; puta, quia eſt ſine actione vel cum actione inepta; ut habetur in *d. l. edita.* Sed quando libellus eſſet obſcurus, & non benè declaratus, puta; quia non exprimit rem clarè, juxta *l. ſi in rem. ff. de rei vendit.* tunc procederet opinio *Specul.* Et ideò in caſu prædicto, quando libellus eſt ineptus, ſolent procuratores rei conteſtari litem in continenti, dicendo: *nego narrata, prout narrantur* juxta notata per *Bart. in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fidejuſſ. ſalvo jure producendi in ſcriptis.* Et adde, quòd dicam in ſequenti cautela *Barth. Cæpoll.*

CCL. (195.)

Quando proſit litem quamprimùm conteſtari.

Summa.

1. *Poſt litis conteſtationem actoris conditio eſt melior.*
2. *„ rei deterior.*
3. *„ niſi fortè libellus actoris eſſet ineptus.*

Dixit

Dixit *Hubertus de Bobio*, quòd Advocatus actoris debet eſſe cautus, ut properet ad litis conteſtationem: quia ex hoc fit melior ejus conditio. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. l. in minorum. C. de judic. l. 1. ff. de novat. l. aliam. & de uſuris. l. videmus.* Advocatus verò rei debet, quam primùm poteſt, relevare, litis conteſtationem, quia per eam clauditur via multis allegationibus, & exceptionibus & refugiis. *C. de judic. l. apertiſſimi. & de procurat. l. ita demum. & de jurisdict. omn. jud. l. nemo. & ff. de judic. l. ubi ceptum.* & per eam ſubjicitur reus judici, & obligatur actori. *C. de procur. l. neq;. & de except. l. ult. ff. de adil. edict. l. adiles. §. idem ſciendum. & extra de re judic. can. inter monaſterium. in princ.* Ita notat *Spec. in tit. de litis conteſtat. §. quoniam autem. verſ. penult.* quod intellige, quando libellus actoris eſſet aptus, ſecus ſi eſſet ineptus; quia tunc cautius eſſet, quamprimùm poſſet litem conteſtari, ut dixi in præcedenti cautela.

1.
2.
3.

CCLI. (196.)

Pro Notariis, quando inſtrumentis renunciatio beneficij inſeritur.

Summa.

1. *Renuncians beneficio debet ejus utilitatem non ignorare.*
2. *Quid ergò, ſi Notarius, qui renunciationem ejusq; certiorationem factam ſcripſit, id ignoret?*
3. *Memoria hominis labilis.*

Notarius ſcripſit inſtrumentum, in quo dicitur, *quòd minor renunciavit beneficio reſtitutionis in integrum, & filiusfam. renunciavit beneficio SConſulti Maced.* 1.

Macedon. vel mulier renunciavit Vellejan. & in eodem inſtrumento dicitur *certiorari per me Notarium de juribus reſtitutionis in integrum & SCtum Maced. & Vellejan.* ſicut communiter fit ad hoc, ut valeat hujuſcemodi renunciatio: Quia renuncians debet ſcire id, quod renunciat; aliàs non valet renunciatio. *ut l. mirum. ff. de inoffic. teſtam.* & notat *Gloſſ. notab. in Auth. quomodo oportet Epiſcopos. §. igitur. in verb. juris gentium. coll.* 1. & notat *Gloſſ. in l. fin. §.*
2. *ſi mulier. ad Vellej.* Sed poteſt adhiberi cautela, quòd non valeat renunciatio, non obſtante dictâ aſſertâ certioratione; videlicet, quòd interrogetur Notarius, *quid ſit beneficium reſtitutionis in integrum vel Maced vel Vellej.* & ſi neſciat dicere, non præſumetur benè certioràſſe. Quia nemo poteſt aliquem certum reddere, quod ipſe ignorat. & ita dixit *Alberic. de Roſat. notat in d. l. fin. §. ſi mulier. ad Vellej.* addens, *quòd iſtam quæſtionem habuit de facto, & fecit interrogari Notarium, & quia neſcivit dicere, quid contineant dicta beneficia, fuit pronunciatum pro ipſo, ut renunciatio non valeret*; quod eſt benè notandum.
3. Sed *Raphael Fulgoſ.* ibi dicit, quòd hoc eſt periculoſum & perniciosè. Quia cum ſemel Notarius in inſtrumento confeſſus fuerit, dictam certificationem eſſe factam, & ſic jus fuerit quæſitum parti; videtur, quòd ejus primo dicto ſit ſtandum, & non ſecundo: aliàs de facili contrahens decipi poſſet Ad hoc faciunt notata *in l. eos. in fin. ff. de falſ.* Præterea poſſet etiam dici, quòd tempore contractus Notarius ſciebat & tempore, quo interrogatur in judicio, non: quia memoria hominis labilis eſt, ut *l. peregrè. in princ. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Et ideò tutius eſt, quòd dicatur in inſtrumento *certioratam per judicem*, ſi judex intervenit; vel meliùs & cautiùs eſt, ut in inſtrumento exprimatur, quòd contineat dicta beneficia.

Et ita ſemper obſervari feci; & vide in cautelâ ſequenti.

CCLII.

CCLII. (197.)

An credatur Notario, qui certiorationem à ſe factam ſcripſit.

Summa.

1. *Non creditur Notariis, niſi ab iis, qui à partibus injungantur.*
2. *Notarius eſt publica perſona.*
3. *Notario de ſe aliquid dicenti non creditur, ſi factum concernat ipſius commodum.*

Dictum eſt in præcedenti cautela, quando Notarius in inſtrumento atteſtatur, *ſe certioraſſe minorem vel mulierem*, ſed dubium eſt maximam, nunquid credatur ejus aſſertioni? *& Feder. de Senis in conſilio ſuo* 191. *quod incipit, Quæritur, an Dna. Margarita &c.* tenet, *quod non:* quia atteſtatur de ſuo facto proprio, per *l. omnibus. C. de teſtib.* & per *l. nullus. ff. eod. tit. cum ſimilib.* & eum ſequitur *Anton. de Butr. in c. quoniam contra falſam. in penult. colum. penult. chart. extr. de probat. & in c. cum cauſam. in 7. colum. verſ. dubium eſt de Notario. ibi: per quem dicit, quòd Notarius, qui gloſſavit &c. extr de teſtib.* & idem vult in effectu in *c. 1. extr. de fid. inſtrum.* ubi dicitur, quòd non creditur Notario, niſi de his, quæ ſunt ſibi injuncta à partibus, non de facto ſuo. Et idem tenet *Abba. Sicul. in d. c. cum cauſam. & Ludov. de Rom. in l. Sciendum. de verb. oblig.* Sed contrarium ibi tenet *Angel. in Repetit.* Sed *Feder. de Senis* non facit mentionem; & allegat iſtam rationem: quia ſufficit, quòd iſta ſolennitas certiorationis potuerit intervenire tempore inſtrumenti per Notarium. per *Bart. in d. l. ſciendum. & in l.* 1 *C. de fid. inſtrum. & jure haſt. fiſc. lib.* 10. & idem tenet *Ioh. de Imol.* per iſtam rationem *in Repetitione. c. cum contingat. in ult. colum. extr. de jurejur.* & idem tenet *Albert.*

Margin: 1. (beside "Dictum est...") 2. (beside "contrarium ibi tenet...")

Alber. de Roſat. in l. fin. §. ſi mulier. ff. ad Vellejan. Et pro hoc facit, quod notat *Bald. in l. fin. §. cum igitur in 5. colum. verſ. Item requiritur ſubſcriptio: ibi: nunquid ergò de tali commiſſione. C. de jure delib.* & quod notat *Bart. in l. hac ſententia. ff. de teſtam. tutel. & in l. jubemus. §. ſanè. C. de SS. Eccleſ.* & iſtud communiter tenetur. Pro quo adduci poteſt, quòd Notarius eſt perſona publica, & creditur ei de his, quæ ſpectant ad ejus officium; ſicut regulariter creditur nuntio, ſicut habetur in *l. magis puto. §. ne autem. ff. de reb. eor. & in l. neminem. C. de requirend. reis. &*
3. *in c. cum parati. de appell.* Nec obſtat ratio *Feder. de Senis.* Quia verum eſt, quod de facto proprio quis non debet eſſe teſtis. Nam intelligitur ad commodum ſuum. ita loquitur *d. l. omnibus. cum ſimilibus.* ſecus ſi ad commodum alterius, ut hic. Sed ut tollantur iſtæ dubitationes; cautius eſt, ut dixi in præcedenti cautela, quòd faciat certiorari per judicem, ſi eſt; vel per alium peritum de conſenſu partium: quia tunc ſine dubio creditur verbis Notarii.

CCLIII. (198.)

Utiliùs eſſe appellari, quàm ſententiam dici nullam.

Summa.

1. *Nullitas niſi evidens non impedit executionem ſententiæ.*
2. *At ſemper appellatio, niſi evidenter iniqua.*

1. Licet ſoleat dici, quòd ubi ſententia eſt nulla, non ſit neceſſaria appellatio. ut *l. 1. ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcind.* notat *Gloſſ. 1. in fin. l. 1. in princ. ff. de appell. & notat Gloſſ. in verb. errore. in c. per tuas. extr.*

extr.de ſentent.excom. Tamen conſilium eſt & utile, quod appelletur; ut dicit *Gloſſ.notabilis in c.per tuas,* quam ſequitur *Rapha. & Angel. de Aret. in d.l.1. in princ.* & aſſignat rationem. Quia, ſi ſola nullitas proponitur, & non ſit evidens; non impedit executionem ſententiæ, ut *l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re judic. & ibi Bart. & Dd.* ſecus ſi appelletur: quia tunc ſemper impeditur executio per *tit. ff.nil nov. appell. pendent.* niſi appellatio eſſet evidenter iniqua. 2.
ut notatur per *Gloſſ. & Dd.in dict. tit.nil nov. appell. pendent. in l.1.* & habetur in *l.ſciendum.ff.de appell. recip.* & qualis debeat eſſe forma dicendi nullam, & appellandi, vide per *Gloſſ. & Dd. in l.1. C. quand.provoc. non eſt neceſſ.* & per *Bart. & Dd. in l.ſi expreſſum. de appell.*

CCLIV. (198.)

Pro obtinendâ poſſeſſione.

vid. ſupr. 137.

Summa.

1. *Si duo contendunt de poſſeſſione, & æqualiter probent; quid juris?*
2. *Si potentior armatâ manu occupet poſſeſſionem, an alteri competat interdictum unde vi.*

Si duo poſſidere dicuntur, & neuter poſſidet ab 1.
alio vi clam vel precariò, juxta notata in *l.1.C.uti poſſ.* quid debet tunc judex facere? *Dn. Azo* dixit, judicem abſtinere debere: ſed *Dn. Roger.* Gloſſator, dum Placentiæ cathedram regeret, & duo ad invicem contenderent, ſe poſſidere: quia intendebant interdictum *uti poſſid.* & in omnibus & per omnia æqualiter probabant, & per tot teſtes, unus ſicut alius: dedit

dit conſilium clientulo ſuo (quia in cauſa ſua erat Advocatus) & dixit: *quis veſtrûm eſt potentior?* reſpondet clientulus: *ego ſum in decuplo.* Tunc conſuluit ei *Roger.* hoc modo: *Vocate Amicos veſtros, & eatis cras ad locum illum, de quo eſt contentio de poſſeſsione; & ſitis ibi, adverſario vidente*: quod fecerunt. Adverſarius autem hoc videns, timuit ire; quia ſuſpicabatur fortè ſe poſſe repelli, juxta *l. ſi id, quod. §. ult. ff. de acquir. poſſeſſ.* Et tunc ivit ad judicem, & propoſuit in continenti interdictum *unde vi.* & dicebat, *ſe illâ poſſeſsione ſpoliatum. Roer.* reſpondit, *ego te non ſpoliavi, ſed meâ ſum poſſeſsione uſus.* Et ſic clientulus eius fuit abſolutus, & ab interdicto *uti poſſ.* & *unde vi.* Ita dicit notab. *Rofre. Beneventan. in libellis ſuis juris civilis, in libello, ſi poſſeſſor alicujus rei immobilis vi turbetur &c.* vide etiam ſupra in 137. cautela, quæ incipit, *Nota diligenter tu Advocate,* ubi eſt ſimilis cautela, quam nota, & ſæpè de facto contingit.

2\. (margin, beside "ſuluit ei Roger.")

CCLV. (198.)

Pro hærede, qui gravatus eſt fideicommiſſo.

Summa.

1. *Hæres ſponte adeundo, ſi fideicommiſſarius nolit acquirere, tenetur creditoribus.*
2. *Secus eſt, ſi adeat invitus.*

1\. Si hæres inſtitutus & de reſtituendo hæreditatem alteri gravatus adivit ſpontè, & poſteà fideicommiſſarius ante reſtitutionem moritur vel recuſat hæreditatem ſibi reſtitui, hæres remanet inſtitutus cum effectu, & obligatus oneribus hæreditariis. ut *l. ita tamen. §. qui ex Trebell. cum l. ſequenti. & l. 1. in pr. ff. ad Trebell.* ſecus, ſi adivit coactus. *l. poſtulante. in princ.*

princ. eod. tit. Et ideò cautela eſt, quando hæres dubitat, ne hæreditas ſit damnoſa, ut non adeat ſponte, ſed permittat ſe compelli ad adeundum. Quia tunc, ſi non poterit reſtituere hæreditatem fideicommiſſa- 2.
rio, ipſe fideicommiſſarius remanebit obligatus cum effectu creditoribus ſeu aliis oneribus hæreditariis, & bona dabuntur creditoribus, & aliis habere debentibus, ut eſt caſus notabilis *in d. l. poſtulante. in princ. & ibi per Dd. & per Paul de Caſtr. in d. l in princ. eod. tit.* & adde prædictis. *l pen. cum ibi notatis. C. ad Trebell.*

CCLVI. (198.)

Vt pactum de hæreditate viventis valeat.

Summa.

1. *Per ſtipulationem promitti poteſt hæreditas viventis.*
2. ¶ *quare non per alium contractum?*
3. ¶ *reus tamen promittendi non tenetur, niſi quando hæreditas ad eum pervenit.*

Promiſſio ſeu pactum de hæreditate viventis re- 1.
gulariter non valet; quia inducit votum captandæ mortis, *ut l. fin. C. de pact.* & ibi per *Dd.* Sed poteſt adhiberi cautela, quòd per indirectum valebit; videlicet, quòd permittam tibi, ut tibi liceat habere talem rem Titii; & ſic omnia bona ſua, ſi ad me devenirent aliquo modo, puta jure ſucceſſionis vel aliter, tibi tenebor reſtituere ſeu tradere, ita, quòd tibi habere ea liceat, vel tenebor ad intereſſe, ut eſt caſus; qui hoc
optimè probat *in l. ſtipulatio iſta. §. quaſitum* & ibi 2.
hoc notat *Rapha. in fin. ff. de verb. oblig.* Et ſi tu diceres, etiam hoc modo poſſet fieri venditio, & quili-

S bet

bet alius contractus, etiam de bonis viventis, ſpecialiter ea numerando: facit ad hoc *Gloſſ.* & quod ibi notatur *in l.* 1. *C. de evict.* unde inter hæc non videtur eſſe differentia, quia utroque caſu, quod geſtum eſt, tenet. Veruntamen dicas, quòd iſtud remedium ſtipulationis magis providet: quia promittens virtute ſtipulationis *habere licere*, non tenetur, niſi cum res illius viventis factæ fuerunt promittentis:
3. & ſic de præſenti non tenetur; ut *d. §. quæſitum.* ſecus, ubi per alium contractum promitteret; quia ſtatim obligaretur, etiamſi nunquam haberet rem alienam. *ut l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* & ſic non eſſet benè cautus, qui ſuper re viventis aliter contraheretur, quàm per illam ſtipulationem *habere licere*, tamen ſi appareret, quòd eſſet facta in fraudem. *d. l. ult. cum materia ſua. C. de pactis.* non valeret; *ut l. non dubium. C. de leg.* & ita tenet etiam *Raph. in d. §. quæſitum. in fin.* quod nota benè.

CCLVII. (199.)

Ut valeat compromiſſum absque reductione ad arbitrium boni viri.

Summa.

1. *Difficulter fieri compromiſſum, ut ne liceat laudum reducere ad arbitrium boni viri.*
2. *Dolo futuro renuntiari non poſſe.*
3. *Formula renuntiationis.*
4. *Qui ſequitur conſilium ſapientis, non eſt in dolo*
5. *Reſtitutio in integrum non habet locum, ubi minor juravit.*
6. *An renuntiatio reductionis &c. invitet ad delinquendum?*

Difficile

Difficile eſt dare modum, per quem poſſit fieri 1.
compromiſſum in arbitrum vel arbitratorem ita,
quòd ab eius laudo ſeu arbitramento non poſſit peti
reductio ad arbitrium boni viri, ut notant *Dd. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & in l. cum antea. C. de arbitr.* & per *Dyn. in regula: ſcienti. de regul. jur. in 6. & per Canoniſtas. in c. quanta Vallis. extr. de jurejurand.* in tantum, quod *Bald. in dict. l. cum antea. & in l. ſi unus. §. illud. ff. de pact.* dicit, *quòd per quemcunque verborum cautela fieri non poteſt,* 2.
ut tollatur reductio ad arbitrium boni viri, per iſtam rationem, quia dolo futuro renunciari non poteſt, ne quis invitetur ad delinquendum; ut habentur in *d. §. illud.* ſed ſi tolleretur reductio, & arbiter vel arbitrator læderet, in maxima parte præſumeretur fuiſſe in dolo, ut notat *Bart. in d. §. arbitrorum. & in l. ſi quis cum aliter circa princ. ff. de verb. oblig. & in l. alio. in 6. col. de alim. & cibar. leg. & per l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Sed tu potes 3.
adhibere unam cautelam, per quam ceſſabit iſta ratio, & per conſequens valebit renunciatio; videlicet, quòd fiat compromiſſum, in quo dicatur, *quòd partes promittant ſtare ſententiæ ſive laudo, & promittant non contravenire de jure vel de facto & renunciatur reductioni ad arbitrium boni viri: Et ſi eſſet læſio in magna vel in maxima quantitate vel in toto; volunt quòd arbiter & arbitrator teneatur ferre ſententiam ſive laudum ſecundum conſilium ſapientis.* Ex quo 4.
autem cogitur de conſenſu partium ſequi illud conſilium, non poterit dici, quòd ipſe arbiter ſit in dolo vero vel præſumpto, immò nec in aliquâ culpâ, ut probatur in *l. ſi convenerit.* & ibi hoc notat *Bart. ff. de re judic.* facit *l. 1. §. & poſt operis. ff. de nov. oper.* Et ideò, cùm dolus imputari non poſſit arbitratori, & renunciatio ſit facta generalis, ut ſupra, valebit renunciatio. Et ita in effectu tenet *Rapha. in l. circa fin. princ. ff. de appell.* & putat conſilium eſſe veriſ- 5.

 ſimum.

ſimum. Et prædicta cautela procedit, niſi minor eſſet læſus, & tunc poſſet petere reſtitutionem in integrum. *l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de jurejurand.* vel niſi dolus partis intervenisſet ſecundum *Raphael. in d.l.* 1. *ff. de appell.* Sed adverte: quia illud de reſtitutione poſſet tolli, ſi juratum eſſet *de non contraveniendo, etiam ratione minoris ætatis, vel aliâ quâcunq; ratione,* ut in *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſus vendit.* & habetur in *l.* 2. *C. de reſcind. vend.*
6. *& in d. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Item videtur, quòd dicta cautela non ſit ſufficiens. Quia ratio, quare non valet renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri, eſt, ne quis invitetur arbiter & arbitrator ad delinquendum; ut ſuprà dixi. Sed per prædictam cautelam licet non invitetur arbiter & arbitrator ad delinquendum; tamen invitatur conſultor, qui ſciet, *non poſſe peti reductionem ad arbitrium boni viri.* Et ideò, ut omnis tollatur dubitatio; facias, quòd conſultor neſciat de iſtâ renunciatione, quo caſu teneo, quòd cautela ſit ſufficiens, aliàs ſecùs, per prædicta.

CCLVIII. (199.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Valet renunciatio reductionis &c. ſi partes ſibi invicem omnia jura cedant;*
2. *& quidem ſponte & ex certâ ſcientiâ.*

1. Poſſet etiam adhiberi alia cautela, ut cum effectu renunciatio reductionis ad arbitrium boni viri valeat; videlicet, *quòd partes ſibi invicem, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, cedant omnia jura, quæ habent, vel habituræ ſunt, quoquo modo, cauſâ & occaſione reductionis ad arbitrium boni viri, in caſu*

caſu, quo feratur ſententia ſive laudum per arbitros & arbitratores. Quæ ceſſio regulariter fieri poteſt, & valet, *ut l.* 1. *cum ibi not. C. de act. & oblig. & notat. in l. per diverſas. C. mandat.* Et facias, quòd in inſtrumento dicatur: *quas quidem ceſſiones fecerunt dicta partes ex ſua mera, pura & ſimplici ac ſpontanea voluntate, & ex certa ſcientia, quia eis ſic placuit*; ut docet *Bart. in d. l. per diverſas. in princ.* 3. *columm. C. mandat.* 2.

CCLIX. (199.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Alia forma renunciationis, quâ partes ſibi invicem donant, quod ex reductione alter ab altero obtinuerit.*

Tertia cautela circa prædictam renunciationem reductionis ad arbitrium boni viri poteſt eſſe hoc modo; quòd partes renuncient dictæ reductioni & ſibi invicem promittant, *quòd in caſu, quo per alteram partem petatur reductio ad arbitrium boni viri, & reducatur, & per judicem reductionis condemnetur in plus, vel in minus, quàm judicatum fuerit per arbitrum vel arbitratorem, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, totum illud plus vel minus donat liberè, ſponte & ex certa ſcientia alteri parti, contra quam judex fecit reductionem. arg. l. quidam decedens in fine princ. ubi videtur eſſe caſus. ff. de adminiſt. tut.* Sed *Bart.* & *Dyn. ibi* videntur reſtringere illum textũ ad culpam & dolum præteritum, non autem ad dolum futurum, de quo vide plenè per *Bart. in l. Aurelio. §. Cajus. ubi idem tenet. ff. de liber. leg.* 1.

CCLX. (199.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Compromittentes poſſunt eosdem arbitros eligere, ut judicent in cauſâ reductionis.*
2. *Judex primæ inſtantiæ ex conſenſu partium poteſt judicare in cauſâ appellationis.*

1. Quarta cautela poteſt etiam in hoc adhiberi, ut ſcil. dicatur in inſtrumento compromiſſi: *renunciaverunt reductioni etiam & in caſu, quo petatur reductio, & eſſet neceſſaria, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc communi conſenſu, ipſe partes elegerunt in bonum virum ipſos eosdem arbitros & compromiſſores*, eorundẽq; reductioni ſtare promiſerunt. In contrarium tamen videtur, quòd ille, qui fuit judex in causâ principali, non poteſt eſſe in causâ appellationis; ut notatur per *Gloſſ. in verbo provocatum. in d.l.eos. in princ. C. de appell.* & ibi per *Dd. & Gloſſ.*
2. *in c. querelam. in princ. extr. de elect.* tamen hoc non obſtante teneo, quòd dicta cautela procedat non obſtante *Gloſſ.* præcedenti. Quia non habet locum, quando utraque pars litigans conſentiret, quòd judex, qui fuit in causâ principali, ſit in appellatione. Quia tunc valeret dictus conſenſus, ut eſt caſus, qui hoc optimè probat *in c. accepta extr. de appell.* & *ibi per Dd.* Et vide, quòd notatur per *Gloſſ. fin. in l. filius ff. de inoff. teſtam.* & *ibi* etiam per *Dd.*

CCLXI. (200.)

Si major pars delegatorum nobis minùs faveat.

Summa.

Summa,

1. *Judices delegati, quando uni ex collegis poſſint vices ſuas ſubdelegare.*
2. *Subdelegatus ſolùm ex ſuâ judicat voluntate, non ex delegantis.*

Si duobus vel pluribus cauſa tua delegata fuerit, ſicut fieri poteſt & conſuevit. ut *in c. pen. in princ. extra de offic. deleg.* & *c. ſi duo ex tribus.* & *c. plures. eod. tit. in 6. cum ſimilibus.* & tu intelligis, quòd unus vel duo ipſorum ſunt vel ſentiunt contra te, & alter pro te; Cautela eſt, ut procures, ut illi, qui contra te ſentiunt, vel tibi non favent, delegent vices ſuas alteri conjudici, qui ſentit pro te, vel tibi favet. Quia hoc facere poterunt ſi cauſa fuerit eis commiſſa ſimpliciter, ſine clauſula, ut unus ſine altero poſſit procedere, ut eſt textus cùm *Gloſſ. not. ib. & ibi Dd. in can. quamvis. extr. de offic. deleg.* & poterunt etiam omnes, qui ſentirent contra te, cauſam alteri ſubdelegare, in quo ſperare poſſes victoriam, ut eſt caſus in *c. prudentiam in princ. de offic. deleg.* & habetur *l. à judice. C. de judic.* Nec poterit ille ſubdelegatus à collegis vel ab aliis fortè ferre ſententiam pro te ſecundum opinionem ſuam, & contra te ſecundum opinionem ſuorum collegarum, vel aliorum ſubdelegantium; ſed debebit ſecundum ſuam opinionem tantùm pro te judicare. *arg. c. ſi quis juſto impedimento. §. porrò. de elect. in 6.* quod nota; ut ſcias tibi providere, quando judices ſunt diſcordes, & omnes ſentiunt contra te. 1 2.

CCLXII. (201.)

De avaritiâ Monachorum.

Summa.

1. *Quomodo Monachi inhient hæreditatibus locupletium juvenum.*

Sæpè

1. Sæpè Abbates & Religioſi circumveniunt juvenes præſertim divites, ut intrent monaſterium, non in fructum animarum, ſed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes: ſi jurant tales circumventi in religione perſeverare coguntur, ut eſt textus 20. *qu.* 3. *can. conſtituit.* Sed nunquid eſt aliquod remedium, quod dari poſſit proximioribus ab inteſtato hæredibus. Videtur, *quòd non*: quia ſi valet ingreſſus: ergò bona debent Monaſterio remanere. *Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.*

CCLXIII. (201.)

Pro hæredibus contra dictos Monachos.

Summa.

1. *Hæredes legitimi poſſunt repetere bona eorum, qui per fraudem Monachorum Monaſterium ſint ingreſſi.*

1. Tu dicas contrarium, & cauti ſint hæredes, ut petant bona dicti ingreſſi ſibi reddi, quod fieri debet in odium circumvenientium; ut eſt caſus ſingularis, quem tene menti, in *d. c. preterea. & ibi hoc etiam dixi. extr. de offic. de legat.* & quod dixi de juvenibus circumventis, idem intelligas de quibuscunque hominibus; ut probatur in *d. c. conſtituit. ibi: quoslibet homines circumveniendo &c.* Et quando dicatur quis circumventus, collige ex *l. 1. in princ. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & l. 1. C. ſi ex falſis allegat. & l. 1. §. dolum. ff de dolo. c. pen. extr. quod metus cauſ. & c. cum olim. extr. de re judic.* & per *Dd. in dictis juribus. & maximè in d. c. cum olim.*

CCLXIV.

CCLXIV. (202.)

Pro creditore, qui vult vendere pignus.

Summa.

1. *Pignus poſt trinam denunciationem poteſt vendi, etiamſi aliter convenerit.*
2. *Si pignus creditori adjudicatur, quantum tempus exſpectandum, ut diſtrahi poſſit.*

Creditor, qui habet pignus debitoris, ſi convenit de eo non vendendo, poteſt facta priùs trina denunciatione vendere, ut habetur per *text.* & *Gloſſ. in l. ſi con venerit. ff. de pign. act.* & poſt dictas tres denunciationes debet expectare biennium per *l. ult. C. de jur. domin. impetr.* ut notat *Gloſſ in d. l. ſi convenerit.* quam tenet *ibi Bart.* & *Dd.* niſi de conſuetudine vel ſtatuto tempus eſſet abbreviatum. Sed ſi ſumus in civitatibus vel locis, in quibus ſervatur jus commune, conſilium eſt, ut facias condemnare debitorem, & poſt condemnationem adjudicari tibi pignus, & infra duos menſes facias ipſum vendere, ut *l. debitores. ff. de re judic.* & ſic abbreviabis tempus tempus ſecundum *Rapha. Ful. in d. l. ſi convenerit.* vel ut tollatur omnis dubitatio, poſt quatuor menſes, *ut l. fin. de uſur. rei judic.* 1. 2.

CCLXV. (203.)

Pro eo, qui agit interdicto, Uti poſſidetis.

Summa.

1. *In interdicto, Uti poſſidetis, quare dominium probandum.*

2. *quare excipiendum, quòd adverſarius clàm poſſideat re, eſtu poſſeſſionis noſtræ.*

3. *Quinam præferendus, ſi alter ſolam poſſeſſionem antiquiorem, alter recentiorem cum titulo probet?*

4. *Juſtus titulus poſſeſſionem quando juſtificet?*

1. In cauſa interdicti *uti poſſidetis* admittuntur poſitiones & articuli, & probationes de dominio, ut tenet *Iac. de Aren. Cyn. & Dd. in l.* 1. *C. uti poſſid.* & eſt textus cum *Gloſſ. in c. licet cauſam. de probat.* Ratio eſt, quia ſi probamus æqualiter de poſſeſſione; tunc apparebit juſtior poſſeſſio illius, qui eſt dominus; & ſic debebit vincere. Tu ergò Advocate, con-
2. tra quem fiunt articuli, ſeu capitula ſeu poſitiones, ſi ſuſpicaris adverſarium probare de proprietate, ſis cautus, ut facias exceptiones & articulos, *quòd ipſe poſſidet clam a te reſpectu poſſeſſionis tuæ.* Si enim diceres, *quòd poſſedit clam,* ſimpliciter, nil probabis Quia ſicut ſimplex conductio in dubio intelligitur reſpectu proprietatis *l. ſi rem aliquam. in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ſic in dubio ille, qui poſſedit clàm, intelligitur reſpectu proprietatis; niſi dicatur expreſsè, *quòd poſſidet clàm, reſpectu poſſeſſionis:* aliàs perderes. Et quòd ſic debemus dicere, probatur in *d. l. ſi rem aliquam. in fin.* Ita ſingulariter dicit *Bart. in l. ſi de eo. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quem ſequuntur ibi *Dd. & Ang. de Aret. Inſtit. de act. §. quadrupli. in pen.*
3. *column.* Quod tene menti in practica, quando agitur *uti poſſid.* & adverſarius tuus habet poſſeſſionem juniorem, & probat titulum; & tu habes ſolum poſſeſſionem antiquiorem: ut articuleris, *quòd ipſe poſſidet clam, reſpectu tuæ poſſeſſionis:* & ſic obtinebis, licet adverſarius probet de dominio vel titulo. Et ita intelligitur, quod notat *Bart. in l.* 1. *C. uti poſſid.* ubi videtur velle, quòd ille obtinebit interdicto *uti poſſid.* qui

qui probat de antiquiori poſſeſſione, licet alter probet de dominio vel titulo; ſed ſi non articularis, *adverſarium tuum poſſidere clàm*, vel etiam, ſi ſimpliciter articularis, quòd *poſſidet clàm*, nec adjiceres, *reſpectu tuæ poſſeſſionis:* tunc ſuccumberes, & obtineret adverſarius tuus; licet probes de poſſeſſione antiquiori. Quia poſſeſſio adverſarii dicitur propter ſuum titulum meliùs juſtificari. Et iſto modo intelligas *Bart. in d. l. ſi duo. in fin. princ. ff. uti poſſid.* & *Salyc. in l. unica. verſ. nunc revertar ad Gloſſ. & quæro ſexto. C. eod. tit.* qui volunt, *quòd ille, qui probat de dominio & poſſeſſione poſteriori, debet obtinere; licet alter probet de poſſeſſione antiquiori tantum.* Et quomodo debeat articulari, quòd adverſarius poſſidet clàm, vi vel precario; vide per *Bart. & Dd. in d. l. un. C. uti poſſ.*

CCLXVI. (204.)

Ut hæres eò faciliùs adeat hæreditatem.

Summa.

1. *Si hæres ſolutionem debitoris hæreditarij recipit, videtur adire hæreditatem.*
2. *Inventarium intra triginta dies debet inchoari.*

Quidam qui erat debitor meus in mille, moritur; & nullus vult eſſe ejus hæres: quale conſilium dabitur mihi creditori? Certè conſilium eſt, quòd ego mittam aliquem ad hæredem, qui ex teſtamento vel ab inteſtato deberet ſuccedere alicui, qui dicat: *accipe iſtos denarios*, puta 20. ducatos, *quia ego ſum debitor defuncti.* Et ſi accipiat, ſtatim erit obligatus ad debita hæreditaria ſolvenda, ut probatur in *l. cum debitum. C. de jur. delib.* quia ubicunque hæres facit aliquid, quod non poteſt fieri, niſi ſit hæres, 1.

videtur

videtur adire hæreditatem, *ut l. pro hærede. §. Papinian. in fine. de acquir. hæred.* & quia in dubio, accipiendo videtur recipere pro ſe & non pro alio, ut *l. Iulianus. §. ſi ſervum. eod. tit. l. & magis. ff. de ſolut.* Et not. *Gloſſ. in d. l. pro hærede. §. 1.* Et iſtud conſilium dedit *Ray. de For. in d. l. cum dubium. C. de jur.*
2. *delib.* Sed adverte; quia hoc debet fieri poſt triginta dies, qui dantur ad inchoandum inventarium, ut *l. 1. §. ſin autem dubius. eod tit* ad hoc, ut non poſſit poſtea inventarium conficere: & facias fieri dictam ſolutionem coram teſtibus ut probari poſſit. Ego tamen dubito, quòd iſta cautela non prodeſſet, ſi conſtaret me ſubmiſiſſe illum, qui ſic ſolveret, & ſic induxiſſet ipſum ad adeundum hæreditatem. *arg. l. ſi ſervus plurium. §. ſi quis ante.* ibi: *ſed ſi ſubjecit delatorem cum ibi notatis per Dd. de legat. 1. & in l. mancipia. verſ. ſane mancipium torqueri. C. de ſervis fugit.* & adde quod dicam in ſequenti.

CCLXVII. (204.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Confeſſio hæredis uni ex creditoribus facta prodeſt etiam aliis.*

1. Potes alio modo inducere hæredem ad adeundum, ſi facis unum creditorem in minimâ quantitate interrogare hæredem: *ſi eſt hæres*? quia ſi reſpondit, *quòd ſic*, talis confeſſio proderit etiam tibi & cuilibet alii creditori abſenti. *l. pro hærede. in princ. ff. de acquir. hæred.* Quod procedit, quando filius non abſtinuerat ſe priùs ab hæreditate paterna, vel alius hæres non repudiaverat, ut eſt *Gloſſ. in l. 1. ff. de interrog. act.* ſecùs ſi primò abſtinuiſſet vel repudiâſſet: quia tunc talis reſponſio & confeſſio non præjudicaret, niſi quoad

quoad interrogantem, ut eſt textus *in d. l. fin.* qui ita debet intelligi ſecundum *Gloſſ. fin. ibi.* quam ſequuntur *Dd.*

CCLXVIII. (205.)

Quomodo citari debeant ii, quorum intereſt.

vid. ſupra 97.

Summa.

1. *Qui idoneum citari curavit, poſtea inhabilitatem opponere nequit.*
2. *ſecus eſt, ſi id factum ſub conditione.*
3. *Statutum Paduæ circa jus Protimiſeos.*
4. *Poſt lapſum terminum citatus rejici nequit.*
5. *Statutum Treviſanum circa jus retractus.*
6. *Paria ſunt, exceptionem non competere & non poſſe opponi.*

Si facis aliquem citare, ut veniat ad contradicendum, ſi contradicere vult, *ne mittaris in poſſeſſionem talis fundi vel hæreditatis*, vel *ut tibi reſtituatur tale depoſitum*, vel, *ut veniat ad præſentandum, aut aliquid faciendum*; non potes regulariter poſtea ipſum repellere & opponere aliquid contra ejus perſonam. Quia cum citas eum, tanquam reum, ſtatim videris ipſum approbare; & facis ipſum habilem, quamprimum veniat ad judicium per ſe, vel per alium, ut ſingulariter notatur *Innoc. in can. cum interr. de except.* quem ſequitur ibi *Anton. de Butr. & Canoniſtæ.* & idem tenet *Anthon. de Butr. in c. exhibita. in antepenult. columm. de judic.* & *Bart. in l. cum mulier. & ibi Bald. & Dd. ff. ſolut. matrim.* & *Bald. in l. fin. in 2. colum. ad fin. & in 5. quæſt. C. de edict.* 1.

Div.

Div. Adrian. toll. & in *l. ſi ſuſpecta. in princ. ff. de inoff. teſtam.* & habetur *in l. 1. §. cum dicitur. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per L. Falcid.* Faciunt notata per *Bald. in l. ſi teſtamenta. in fin. C. de teſtam. & Angel. in d. §. hæc ſtipulatio. in 8. colum. in fin. & D. Bened. de Plumb. in l. ordinata. §. ſed & ſi quis. ff.*
2. *de liber. cauſ.* ſecus ſi citaveris reum, *ut appareat; ſi haberet jus comparendi, vel, ſi ſuâ putaverit intereſſe.* Quia tunc non videris ejus perſonam approbâſſe, ut ſingulariter notat *Bald. in d. l. fin. C. de Edict. Div. Adrian. toll.* & in *d. l. ſi ſuſpecta. & Ludov. de Rom. in l. de pupillo. in princ. de nov. oper. nunc.* Et ideò tu ſis ſemper cautus, quando in ſimilibus facias aliquem citare, ut non facias citare ſimpliciter, vel, *ut compareat ad contradicendum vel aliquid faciendum*, quia tunc non poſſes ipſum poſtea repellere; ex quo videris ipſum approbâſſe reum habilem; ſed debes ipſum citari facere ſub conditione, *ſi ſua putaverit intereſſe*, vel, *ſi quod jus habet contradicendi vel opponēdi,*
3. *aut faciendi, quod tamen non creditur.* Et propterea ea ſæpè inſtruxi Procuratores Paduæ in materia ſtatuti Paduæ de præſentatione, quòd vult, *ut propinqui & collaterales poſſint præſentare ſuper venditionibus & dationibus in ſolutum ad certum tempus, quo elapſo factâ ſibi denunciatione non poſſunt ampliùs præſentare.* Nam quando emptor denunciare facit propinquo ſeu collaterali; non debet dicere, *ut compareat ad præſentandum pecuniam, ſi vult poſſeſſionem*; vel etiam ſimpliciter, *ut compareat ad præſentandum*, ut faciunt procuratores minùs prudentes: quia tunc non poſſet ei opponere, *quòd non poſſit præſentare*, ex quo videris ejus perſonam approbâſſe. Sed debet dicere, *ut compareat, ſi ſua putaverit intereſſe*, vel,
4. *ſi quod jus habet ad præſentandum.* Et ex prædictis poteſt inferri deciſio multarum quæſtionum, & maximè ſi ſtatutum dicit, ſicut eſt Paduæ, *quòd propinqui & collaterales poſſint præſentare ſuper venditionibus*

nibus vel dationibus in ſolutum uſque ad certum tempus,& elapſo tempore denunciat alicui propinquo vel collaterali, *quòd ſi vult præſentare ſuper venditione, debeat comparere*: Et iſte propinquus comparet, & præſentat precium: emptor videns, quòd eſt facta præſentatio, opponit, *quòd non potuit præſentare, quia lapſa ſunt tempora comparendi*. Certè ipſe emtor ſuper hoc non debet audiri; quia ex quo citavit eum ſimpliciter, & non conditionaliter reputavit eum habilem ad præſentandum. Item ſi eſt ſtatutum, ſicut eſt Tervilii, *quòd propinqui ita demum admittantur ad præſentandum, ſi ſint cives*. Et ſubditi intelligantur eſſe cives, ſi ſuſtinuerint onera & factiones, emptor citavit quendam civem Terviſinum, hîc Paduæ commorantem; nunc autem iſto comparente opponit emptor, quòd comparens non eſt habilis ex forma ſtatuti. Dicendum videtur, per prædicta, quòd iſtam exceptionem inhabilitatis emptor non poteſt ſibi opponere. Quia paria ſunt, ſibi exceptionem non competere, & competere & non poſſe per ipſum opponi, qui per ſuam citationem habilitavit comparentem, ut eſt *Gloſſ. notab. in l. habebat. in fin. ff. de manum. teſtam.* Et in iſtis duabus primis quæſtionibus ita determinat ſolemnis *D. Franciſc. de Capitibus Liſtæ. in l. fin. circa med ſui commenti. C. de Edict. Div. Adrian. toll* qui dicit, ſe ita de facto ſæpiùs allegâſſe, quæ omnia perpetuò tene menti.

(margin: 5. beside "Item ſi eſt ſtatutum"; 6. beside "Quia paria ſunt")

CCLXIX. (206.)

Ut electio ſit nulla.

Summa.

1. *Contra mandatum ſuperioris eligentes an poſſint electionem perficere?*

Quando

1. Quando ſuperior vult prohibere inferioribus, ne eligant, & vult, quòd electio ſit nulla in caſu, quo velint eligere: cautela eſt, quòd dicat, *ut ſtatim, quando incipiunt eligere, ſint excommunicati vel inhabiles:* & tunc non poterunt eam perficere, ſed ſi inhabilitat eos, *ſi elegerint* tunc electio valebit; ſed poſtea efficiuntur inhabiles ad aliam electionem; ut probatur in *l. interdum. verſ. incipiunt. ff. quib. mod. uſufruct. amitt.* quæ eſt ſingularis ad hoc, ſecundum *Paul. de Caſtr. in l. filiuſfam. §. divi. 2. in penult. col. ff. de legat. 1.* qui dicit, quòd ita ſemel vidit fieri per *Petrum de Luna*, qui appellabatur *Papa* in partibus ultramontanis, ſuis exiſtentibus in Liburno pro congregando concilio. Nam inhabilitabat eos, cùm inciperent eligere. Et idem tu dicas in ſimilibus.

CCLXX. (207.)

Pro hærede, ne ſolvat legata in teſtamento.

Summa.

1. *Si teſtator ab hærede rogatus neget legata eſſe relicta, videtur adimere.*
2. *niſi contrarium ex conjecturis appareat.*

1. Si pater tuus fecit teſtamentum, in quo reliquit multa legata diverſis perſonis, & fortè nolit, quòd tu ſcias dicta legata eſſe relicta: ad hoc, quòd dicta legata non debeantur & tacitè videantur revocata, cautela eſt; ut tu filius interroges patrem coram 5. vel 7. teſtibus, ſi potes, *an fecerit aliqua legata in teſtamento ſuo.* Nam fortaſſe pater dicet, *quòd non,* cauſa tibi complacendi, vel, ut neſcias voluntatem ſuam. Et per iſtam reſponſionem, ſimpliciter factam, ipſe pater videtur adimere dicta legata; ita ut poſtea

poſtea tu hæres non poſſis ad ea conveniri, & ſi conveniaris. opponas exceptionem, quòd pater tacitè ea ademit per dicta verba, ut probatur per *Gloſſ. notab. in l. Verba teſtamenti. C. de teſtam. in Gloſſ. 1. ibi: obſtat tamen exceptio.* quòd tamen ego intelligo eſſe verum in dubio: ſed ſi poſſet conſtare ex aliquibus conjecturis, patrem noluiſſe per prædicta verba legata adimere, puta, quia pater poſteà dixit, *quòd illam reſponſionem filio fecerat, ut ei complaceret*, vel, *ut neſciret contenta in teſtamento ſuo*, tunc ſecùs eſſet. Et quod dixi in patre, idem in quolibet alio teſtatore, qui fuiſſet interrogatus ab hærede ſuo eâdem ratione. Et adde prædictis, quod notat *Paul. de Caſtr. in conſilio* 363. 2.

CCLXXI. (208.)

Pro emtore, ut emat ab invito.

Summa.

1. *Qui culpâ rem amiſit, tenetur ſolùm ad veram æſtimationem.*
2. *& ita videtur rem emiſſe.*

Si quis vellet emere rem ab uno domino, qui nollet eam vendere; poteſt procurare, ut illa res ſibi accommodetur, vel ad ipſum perveniat ex aliqua juſta cauſa, & poſteà fingat eam perdidiſſe, etiam ex culpa ſua, dummodò ſine dolo fuerit. Nam tunc tenebit domino rei vel illi, qui ſibi rem tradidit ad æſtimationem dictæ rei: ad aliud enim teneri non poteſt; poſteà fingat, ſe eam reperiſſe in aliquo loco vel apud aliquem; quo caſu erit ſua nec poterit amplius conveniri rei vendicatione à domino vel ab alio. 1.
Quia ſolvendo æſtimationem dictæ rei videtur ipſum emiſſe. Et hoc dico, quando culpa diceretur res amiſſa; ſecùs ſi dolo, ut eſt caſus notabilis *in l. ſi culpa. ff. de rei* 2.

ff. de rei vindicat. Quo textu & cautelâ non utaris ad malum: ſed quando ſubeſſet aliqua juſta cauſa, puta, quia tibi promiſiſſet vendere, & poſteà negaret, vel ex alia ſimili.

CCLXXII. (209.)

Quomodo impediatur executio Epiſcopi in teſtamento.

Summa.

1. *Si executor teſtamenti intra annum legata ad pias cauſas non praſtiterit, Epiſcopus habet jus exequendi.*
2. *niſi teſtator executori poſt annum alium ſubſtituerit.*
3. *Proviſio teſtatoris facit ceſſare proviſionem legis.*
4. *Executio Epiſcopi ſimpliciter prohiberi nequit.*
5. *Quæ in favorem teſtatoris introducta, ab eodem tolli poſſunt.*
6. *An tempus executoris ejusdem à teſtatore poſſit prorogari?*

1. Quia legimus nunc, i.e. die 11. Maij anno milleſimo quadricenteſimo ſexageſimo ſexto. *l. ſi fundum ſub conditione. §. Stichum. de legat.* 1. in quo *Bald. & Dd.* ponunt unam ſingularem cautelam; ideò hîc eam componere conſtitui. Si executor ad pias cauſas non exequitur legata infra annum, regulariter poteſtas exequendi devolvitur ad Epiſcopum, ut *l. nulli. C. de Epiſc. & Cler. & c. nos quidem. & c. hæredes. extr. de teſtib.* Sed cautela eſt, ut Epiſcopus nunquam poſſit ſe intromittere de legatis ſuis ſeu relictis

relictis ad pias cauſas, etiam poſt annum, ſi volueris; quia fortè non confidis de Epiſcopo. Nam debes in 2.
teſtamento tuo vel codicillo ita dicere: *relinquo talem*, puta Titium, *executorem meum, & volo, quòd exequitur intra annum omnia legata mea; quòd ſi non fecerit, tunc volo, quòd Sejus faciat prædictam executionem; & ſi Sejus non faciat prædictam executionem intra alium annum, volo, quòd eam faciat Sempronius.* Et ſic poteſt alios plures ſubſtituere de anno in annum. Nam ſi tuus primus executor non adimpleverat intra annum voluntatem defuncti, non devolvetur jus exequendi ad Epiſcopum, ſed ad Sejum, ſecundum executorem; & ſic de aliis ſurrogatis dicendum eſt, ut probatur in *d. §. Stichum.* Et
ratio, quare ſurrogatus per teſtatorem præfertur Epiſcopo, eſt, quia proviſio teſtatoris ceſſare facit proviſionem legis, *l. fin. C. de pact. convent.* & nota *in l. 2. C. de jur. Emphyt.* Ita ſingulariter dixit *Bald. in d. §. Stichum.* qui dicit, *quòd iſta eſt via, per quam teſtatores poſſunt ſibi providere de executoribus ſucceſſivè, ita, quòd nunquam executio veniat ad Epiſcopũ.* Et *Dd. ibi* ſequuntur eum; & idem tenet etiam *Bald. in l. 1. & in l. videtur ad litem. ff. de procurat. in Apoſtillis. & in l. 1. princ. in verſ. nota. ſecundo per iſtum text. C. de caduc. toll.* Nec obſtat *Auth. licet teſtator.* 4.
C. de Epiſc. & Cler. & in corpore, unde ſumitur. & in c. tua nos. extr. de teſtam. in quibus dicitur, *quòd Epiſcopi debent adimplere relicta in teſtamentis ad pias cauſas, etiamſi per teſtatorem ſit eis hoc interdictũ.* Quia illa jura loquuntur, quando teſtator ſimpliciter prohibebat non providendo de alio executore; secùs ſi providit de executore, ut dixi. Et hoc tenet *Oldrad. Bald. Raph. & Dd. in d. Auth. licet teſtator.* & probatur in *d. §. Stichum.* Pro hoc facit *l. ſi quis ita hæres inſtituatur excepto fundo. ff. de hæred. inſtituend.* conjuncta. *l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* ubi habetur, *quòd jus accreſcendi in hæreditate ſim-*

pliciter non poteſt prohiberi, ſed per dationem ſubſtitui ſic, ut ibi. Nec obſtat *l. nemo poteſt. ff. de leg.* 1.
5. quia loquitur in his, quæ concernunt ſolemnitatem actus, quam teſtator non poteſt tollere in teſtamento; ut dicit *Gloſſ. in d. l. nemo poteſt.* ſed ea, quæ ſunt introducta in favorem teſtatoris, poteſt tollere, ut *l. 2. & l. pen. C. ut in poſſeſſ. leg.* Sed circa prædicta dubitatur, quid, ſi ſubſtitutus eſt executor ſibi ipſi? videlicet, ſi teſtator dicat: *quando executor eſſe*
6. *deſierit, eundem ſibi ipſi ſubſtituo.* Iſta quæſtio formatur per *Bald. in l. 1. ante fin. princ. C. de caduc. toll.* & refert, quod quidam ſapientes dicebant, quòd iſtud erat factum in fraudem conſtitutionis Epiſcopalis; & ideò non valebit iſta cautela, ut *d. Auth. licet teſtator.* & benè, *ſecundum eum*, quia negligens abiit ab officio, & ideò non debet in eodem officio reponi, ut *C. de procurat. l. reum.* Argumentum tamen contra. *ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. ſicut in annos.* Sed dic ſecundum *Bald.* quòd ibi teſtator diſpoſuit de rebus ſuis, quod poteſt; hic de jurisdictione Epiſcopi, quod eſt de jure publico, quod non poteſt. *ff. de pact. l. jus publicum.* & hoc modo reſpondet etiam *ad l. ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de adil. edict.* quæ omnia tene menti.

CCLXXIII. (210.)

Pro mutuante, qui quantitatem probare nequit.

Summa.

1. *Qui probavit ſe creditorem, poteſt petere, ut ſibi juramentum de quanto deferatur.*
2. *cum moderatione tamen judicis.*

1. Aliquis mutuavit uni frumentum, & non potuit probare quantitatem, ſed benè probavit mutuaſſe,

aſſe per teſtes, vel debitor confeſſus eſt, *accepiſſe decem modios frumenti mutuò*: ſed creditor dicebat, *quòd immò fuerunt viginti.* quomodo conſuletur creditori, ſi non habet probationes de quantitate? Dic, quòd poterit petere, quòd ſibi deferatur juramentum, ut juret, quantum fuit, & ei credatur ſecundum *Rainer. de For. in l. 1. ff. de in lit. jurand.* qui dicit, *quòd ita fuit ſententiatum per d. l. & l. in actionibus. & per l. cum furti. eod. tit.* Et ideò poteſt dici, ſecundum eum, quòd ſi probo me creditorem, ſed non poſſum probare, in quantum; credetur ſacramento meo per *d. l. 1. & l. fin. C. de bon. auth. judic. poſſ.* Et idem in damno dato. *l. ſi quando. C. unde vi.* Sed credit, quòd judex poſſit tale ſacramentum juxta illud, quod videbitur ſibi veriſimile, & verum fuiſſe, refrænare. Et iſtud *ſacramentum* poteſt appellari *in litem veritatis*, quod eſt valde ſingulare, & millies de facto occurrit. Sed tu vide *Bart. in l. admonendi. in 11. colum. in fin. verſ. quæro quid ſi teſtis. ff. de jurejurando.* ubi videtur velle, quod etiam ſit neceſſarium, ut ſint aliæ conjecturæ; aliàs non poſſit deferri ſacramentum. Sed *Rainer.* etiam in effectu idem intellexit, dummodò, quòd judex poſſit refrænare, ſecundum quod erit veriſimile. Et ita etiam intelligo.

1. 2.

CCLXXIV. (211.)

Pro eo, qui vult ædificare Xenodochium.

Summa.

1. *Hoſpitale in dubio non præſumitur authoritate Epiſcopi exſtructum.*
2. *nisi in certis caſibus.*

1. Hoſpitale conſtitui poteſt & cum auctoritate Epiſcopi & ſine, ut in *c. ad hac. & c. de Xenodochiis extra de relig. dom. & Cler. quia contingit. eod. tit.* & in *Authent. ut nulli fabri. dom. circa princ.* & in *Auth. ut in privat. dom. circ. fin.* & vide text. cum *Gloſſ.* 18. *quaſt.* 2. *can. quidam.* & in dubio non præſumitur eſſe conſtitutum cum auctoritate Epiſcopi: quia ſolemnitas extrinſeca non præſumitur. *l. quacunque. ff. de public.* & habetur in *l. ſciendum. de verbor. oblig.* ſed eo ipſo, quòd in eo miſſa celebratur, præſumitur authoritate Epiſcopi factum, ut ſingulare eſt dictum *Archi. de conſecr. diſt.* 1. *can. nemo.* quod eſt incognitum Legiſtis ſecundum *Ludov. de Rom. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit. Tu Iacobe à Sta-*
2. *gnatis.* Et in caſu, quo non eſt factum hoſpitale auctoritate Epiſcopi, in eo nullam habet jurisdictionem. Et ideò cauti debent eſſe illi, qui volunt ædificare hoſpitale, ita ut Epiſcopus, tanquam ſuperior, in eo nullam jurisdictionem habeat; ut ædificent ipſum ſine auctoritate Epiſcopi, & non erigant ibi altare conſecratum, neq; campanulæ, neque cœmiterium. Quia tunc erit in plena poteſtate ædificantis, etiam laici. Sed ſi ædificarent ibi Eccleſiam vel altare conſecratum, tunc Epiſcopus eſſet ſuperior, & ſine ejus auctoritate ædificari non poſſit; ut probatur in *Cler. quia contingit. in fin. cum ibi notat. de relig. domib.* & patet ex prædictis, & adde omninò, quod notat *Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo* 294. quod benè nota. quia ita fuit ſervatum Veronæ.

CCLXXV. (212.)

Ut prohibita alienatio valeat.

Summa.

1. *Si pater in eventum alienationis bona Eccleſiæ adjudicaverit, valet nihilominus alienatio,*

natio, ſi fiat cum conſenſu Capituli.
2. *idem eſt, ſi pater in caſum alienationis bona reliquerit aliis.*

Si pater, qui habet fortaſſis filios diſſolutos, & jubet eos non alienare mobilia vel immobilia, ſalvo niſi in caſu redemptionis captivorum vel debiti, ante viginti quinque vel triginta annos; & ſi ſecùs facerent, illa bona ex tunc adjudicat & relinquit tali hoſpitali vel Eccleſiæ; an poſſit adhiberi aliquod remedium, & occurri tali prohibitioni? Dico, *quòd ſic*, videlicet, quòd filii alienent præcedente priùs repudiatione firmata pacto, vel ſtipulatione ſolenni, per locorum Præpoſitos, & dictam repudiationem fieri faciant ex cauſa transactionis appoſitæ illis verbis: *Viſis, inſpectis & cognitis verbis teſtamenti.* de quibus habetur in *l. de his. ff. de transact.* Ita dicit *Ang. in l. quotiens, C. de fideicomm.* qui dicit, *quòd ita multoties practicavit Buſii per illum textum.* Et idem tu dicas, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum, & in caſu, quo fiat alienatio, quòd bona tranſeant in nepotes vel alios ſuos conſanguineos. Quia ſi filii volunt alienare, faciant, quòd nepotes vel conſanguinei conſentiant, & valebit alienatio ſine pœna, ut eſt caſus in *d. l. quotiens.* Et ita aliàs fieri feci. 1. 2.

CCLXXVI. (213.)

Pro eo, qui emit à non domino.

Summa.

1. *Interdum creditor habet jus vendendi.*
2. *quo caſu expedit, venditionem à domino ratam haberi.*

Si venduntur bona per non dominum mihi, & ſit ca- 1.

ſit caſus, in quo ſimiliter tu emis adverſus dominum, puta, quia ille, qui vendidit mihi, vendidit jure creditoris, & habuit poteſtatem vendendi: ego poſſum ad majorem cautelam implorare judicis officium, ut dominus ratificet venditionem per publicum inſtrumentum: quia fortè non ſemper probari poterit, quòd ille habuit poteſtatem vendendi: Et ſic expedit
2. emptori, habere expreſſam ratihabitionem. Ita dicit *Bald. & Paul. de Caſtr. in Authent. ſi captivi. C. de Epiſc. & Cler. per text. ibi: captivi autem ſi redierint neceſſe habeant &c.* quod tene menti. quia eſt utile pro illis, qui emunt bona & poſſeſſiones à fiſco vendente rem alienam jure creditoris, & pro ementibus ab officio ſive à maſſario pignorum. Et ad hoc adde *Gloſſ. notab. in l. 2. §. nec cogitur. in* 1. *Gloſſ. mag. in fin.* & quod ibi notat *ff. ſolut. matrim.* & quod not. per *Bart. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damn. infect.*

CCLXXVII. (214.)

Pro officialibus Magiſtratuum, ſi modum excedunt, ne teneantur.

Summa.

1. *Officialis non tenetur, ſi probet, ſe juſſu Magiſtratus feciſſe.*
2. *Magiſtratus elapſo tempore Syndicatus non tenetur.*
3. *intellige, in loco officij; nam tenetur in patria.*

1. Officiales Prætorum vel aliorum Rectorum ſæpè ponunt aliquem ad torturam non præcedentibus indiciis, vel eis non legitimè probatis; vel ſi extant indicia ſufficienter probata, excedunt modum in torquendo. Si agitur contra eos in Syndicatu, duplex eſt cautela:

cautela: una, ut ipſi Officialiter non teneantur, ſi probant hoc feciſſe de mandato Prætoris vel alterius Rectoris ſui. Quia excuſantur ratione juſſus Superioris, ut probatur *in l. liber homo. 2. in princ. & ibi per Gl. & Dd. ff. ad L. Aquil.* & per text. *& Gloſſ. in l. ad ea. ff. de reg. jur. in ult. chart. & in l. is qui in puteum. §. qui tutoris. cum Gloſſ. ff. quod vi aut clam. & in l. furti. §. qui juſſu. & in l. liberorum. §. fin. ff. de his, qui not. infam. & in l. non videtur. §. qui juſſu. ff. de reg. jur. & in l. injuriarum actio. §. ſi quis. quod decreto. cum gloſſ. ff. de injur. & in c. quod quis mandato.* & quod ibi notatur per *Dyn. de reg. jur. in 6.*
Alia cautela eſt, ut Prætor vel alius Rector ſuperior non teneatur; videlicet, ut oblato libello in Syndicatu contra aliquem de familia ſua elapſo tempore ad dandum libellum contra Prætorem faciat Officialem ſuum culpatum probare, *quod fecit de mandato ipſius Prætoris*, & ipſe Prætor confiteatur; & tunc uterque erit ſecurus, videlicet Officialis, quia facit de mandato Superioris; & ipſe Superior; quia eſt elapſum tempus ſui Syndicatus juxta *l. unic. C. ut omnes jud. tàm civil. quàm militar.* Et ita tenet *Flor. in d. l. liber homo. in princ.* Adde tamen, quòd licet Prætor vel alius Officialis non poſſit conveniri in loco officii poſt tempus Syndicatus, tamen in patriâ propriâ poterit perpetuò conveniri; ut eſt *Gloſſ. ſingul. in l. 1. ff. ad l. Iul. repet.* ſecundum *Angel. in l. jubemus. C. eod. tit.* quam *Gloſſam ibi* intelligit, niſi fuiſſet in Syndicatu abſolutus. Quia tunc obſtaret exceptio rei judicatæ. Et ideò ſit cautus Prætor vel Officialis, ut nemine comparente tempore Syndicatus faciat pronunciari, *quòd ipſe ſe benè geſſerit, & quòd nullus poſſit de cætero amplius ipſum convenire.* Et adde, quod not. Doctores *in l. mancipia. C. de serv. fugit.* Et quod dictum eſt de tortura, idem dicas de aliis, quæ ſpectant ad officium Prætoris eâdem ratione.

T 5 CCLXXVIII.

CCLXXVIII. (215.)

Pro Aſſeſſoribus, ſi Magiſtratus ferat ſententiam iniquam.

vid. ſupr. 61.

Summa.

1. *Aſſeſſor eâdem pœnâ tenetur, quâ Magiſtratus.*
2. ✠ *unde & Repreſſaliæ contra utrumque concedi poſſunt.*
3. *Aſſeſſor, ſi non conſentit Magiſtratui, cavere debet, ne in actis ſcribatur de ſuo conſenſu.*
4. ✠ *ſed potiùs, ut proteſtatio inſeratur.*
5. *Exemplum in Vicario Senarum.*

1. Si Poteſtates terrarum ferunt ſententias iniquas vel injuſtas de conſilio judicum de Curia, eâ pœnâ, quâ tenetur Poteſtas, tenentur & omnes judices ejus, ut probatur *in Authent. ut nulli judic. §. quoniã. colum.* 8. & ibi hoc notat *Angel.* Et pro hoc optimè facit *textus* cum *Gloſſ.* & quod ibi notatur *in c. 1. de offic. deleg.* Et de conſilio judicum fieri dicitur, non ſolùm, quando dicitur, quòd eorum conſenſu vel deliberatione fertur ſententia; ſed etiam, ſi dicatur, *ſub examinatione talis judicis*, ut in *Auth. de litigio. §. omnem. ibi: Vel ſubdelegati judicis examine. colum.* 8. Et probatur in *l. ſi ille. ibi: ſub examine provincialis judicis. C. de decur. lib.* 10. Nam ſecundum *Angel. in d. §. omnem verò*, circa finẽ inquiſitionis & ſententiæ, quæ hodie formantur per Rectores terrarum ſub examine judicis maleficiorum, dicuntur ferri per judices ſicut per Rectores ipſos, & ſi injuſtitia facta

cta

ćta fuerit; ita tenentur judices maleficiorum, ſicut & ipſe Rector. Et quando Officiales ita expreſsè invitaverunt Rectorem ad aliquam injuſtitiam faciendam; ſicut contra Rectores, ita contra Officiales ſine dubio poſſunt concedi repreſſaliæ. *ut C. de advocat. diverſ. judic. l. per hanc. ibi: adjutores etiam eorum. ut C. de excuſ. muner. l. pen. lib.* 10. & ita notat *Bart. in ſuo tractatu Repreſſaliarum. in 2. qu. 6. quæſt. principalis.* Ideò ſint cauti aſſeſſores, ut Officiales Potestatum vel Rectorum, ut nunquam in actis faciant ſcribi, *quòd ſententia feratur de eorum conſilio vel deliberatione:* aliter poſſent conveniri tempore Syndicatus, & eandem pœnam ſuſtinere, quam Poteſtas vel Rectores, ſecundum *Angel. de Peruſ. in §. omnem verò.* vel, quòd non ſcribatur ſub examine talis judicis: quia eſſet idem per illum textum *in d. l. ſi ille.* Item hæc dicta verba non ſcribantur, ne ex tua taciturnitate videaris conſentire, ut injuſtitia adminiſtretur, & per conſequens Tu & Officialis tenearis; ſis ergò cautus, ut proteſteris & pertinaciter reſiſtas Poteſtati vel Rectori ſuo, & in actis ſcribi facias de tua aſſertione vel proteſtatione, quid jus in dicta cauſa dictat. Iſte eſt caſus in appellatione in cauſa civili, *in l. quoniam judices. C. de appell.* ergò idem & fortiùs in criminalibus; ut notat *Ang. de Aret. in ſuo tractatu maleficiorum in verbo: de conſenſu & deliberatione omnium judicum,* quem omninò vide, & idem dicit *Bart. in tractatu Repreſſaliarum in 2. qu. 6. qu. principalis. in princ.* ubi eleganter dicit diſtinguendo, an Officiales teneantur de juſtitia Rectoris & contra, eos poſſint concedi repreſſaliæ per *d. l. quoniam. C. de appell. & l. omnes. in fin. C. de decurion.* Conſulendum eſt ergò ſecundum eum Officialibus, quando talia occurrunt, quòd proteſtentur, *quod non conſentiunt & illa, quæ fiunt, non fiunt de jure:* & de hoc fiat inſtrumentum: hoc enim videtur requiri. ut *d. l. quoniam.* Et hâc cautelâ uſus fuit quidam Parmenſis

2. 3. 4. 5.

menſis Vicarius in civitate Senarum, qui dum Poteſtas vellet ſuſpendere unum Iudæum injuſtè, fecit proteſtationem in ſcriptis, qualiter contra jus volebat eum ſuſpendere, & quòd ipſe non conſentiebat, & vide, quæ dixi ſupra in 61. cautela, quæ incipit, *quando ſit proceſſus per Poteſtatem.*

CCLXXIX. (216.)

Pro eo, qui Eccleſiæ mutuò dat.

Summma.

1. *Si Procurator vel Syndicus Eccleſiæ cum ſpeciali mandato accipiat mutuò, Eccleſiæ creditor non tenetur probare, pecuniam in utilitatem Eccleſiæ eſſe verſum.*

1. Unus eſt modus mutuandi Eccleſiis & Monaſteriis, per quem relevatur creditor ab onere probandi, quòd mutuum ſit converſum in utilitatem Eccleſiæ vel Monaſterii; videlicet, quòd in Capitulo ſolenniter convocato conſtituatur procurator ſive Syndicus cum ſpeciali mandato & ſufficienti *ad recipiendum mutuò nomine Eccleſiæ vel Monaſterii tantam pecuniæ quantitatem à tali creditore & ad obligandam ipſam Eccleſiam & ejus bona, pro illa quantitate mutuò aſſumenda.* Tunc enim, ſi creditor mutuat tali procuratori vel Syndico uſque ad quantitatem in mandato comprehenſam, exoneratus erit à probatione, quòd ſit verſa in utilitatem Eccleſiæ, *arg. can. quod quibusdam. extr. de fidejuſſ.* & ibi hoc notat expreſſè *Gloſſ.* quæ incipit: *Iſtud eſt notabile. in fine.* & eſt *Gloſſ. notab. in Authent. hoc jus porrectum.* in *Gloſſ. fin. C. de SS. Eccleſ.* & pro hoc facit *Gloſſ. in l. certum. §. ſi quis. abſente. in verſ. domino. ff. de confeſſ. & Gloſſ. in Authent. de non alien. & emphyt. §. ſi verò quis aut Epiſcopo. in Gloſſ. quæ incipit: ſed creditoribus,*

ditoribus profecerunt. coll. 9. *& ibi videas Iac. de Belv.* & de iſtâ materiâ vide *Alber. de Roſat. & Dd. in d. Auth. hoc jus porrectum.* & quod notatur 12. *quæſt.* 2. *can. hoc jus porrectum.*

CCLXXX. (217.)

Quando matrimonium ſit præſumtum.

Summa.

1. *A matrimonio præſumto non licet diſcedere.*
2. *Quid interſit, ſi copula ſequuta ſit, ſponſalia vel ſi præceſſerit.*

Si contractum eſt matrimonium inter duos per verba de futuro, quæ verba propriè inducunt ſponſalia; & ſecuta ſit copula inter eos: iſta ſponſalia tranſeunt in matrimonium præſumtum, & non eſt licitum diſcedere ab eo; & ſi poſteà unus ipſorum cum aliâ contrahat, etiam per verba de præſenti; ſtatur primo matrimonio & non ſecundo, etiam ſi in ſecundo intervenerit copula carnalis; ut probatur in *c. is qui fidem. & in can. ſi inter virum. & in can. veniens.* 2. *& c. ſicut ex literis. extr. de ſponſ.* ſecus ſi præcedat copula & ſequatur ſponſalia, ut in *d. c. veniens.* nec ſufficeret probare ſponſalia & copulam, niſi probetur, quòd copula ſit ſubſecuta, ut *ibi*: Et ideò benè advertat ille, qui articulatur ſeu capitulat in hac materia; ut concludat, *quòd poſt ſponſalia ſecuta eſt copula,* ſi vult, quòd habeatur pro matrimonio præſumpto, & ei ſtetur. Nam ſi probaret ſponſalia & copulam ſimpliciter, non relevaret; quia potuiſſet copula præceſſiſſe ſponſalia, ſecundum *Dn. Anthon. de Butr. in d. can. veniens.* 2. *in princ. per illum textum.* Facit *l. ad probationem. cum ibi notat. C. de probat.* 1. 2.

CCLXXXI. (218.)

Pro eo, qui producit teſtamentum cum clauſula codicillari.

Summa.

1. *Agens ex teſtamento ante litis conteſtationem eligere debet, utrum illo utatur, ut codicillis, an verò ut aliâ ultimâ voluntate.*

1. Cautus Advocatus ſeu procurator, cùm producitur teſtamentum vel agitur vigore teſtamenti, in quo eſt clauſula codicillaris, juxta notata *in Auth ex cauſa. C. de liber. præter.* debet ante litis conteſtationem petere, an actor teſtamento, quod producit, velit uti, an verò ut codicillis, vel aliâ ultimâ voluntate? Nam cogitur eligere, & factâ electione non poterit variare, *ut l. fin. in princ. C. de codicill. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. & c. ad falſariorum. extr. de crim. falſ. prope princ.* & erit utile; quia alia ſolennitas requiritur in teſtamento, *ut l. hac conſultiſſimâ. C. de teſtam.* & alia requiritur in codicillis vel in aliâ ultimâ voluntate, *ut d. l. fin. C. de codicill.* & ita tenet *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſa. verſ. & nota. quòd cùm ultima voluntas.* Et ita aliàs obſervavi.

CCLXXXII. (219.)

De teſtibus domeſticis & conſanguineis.

Summa.

1. *Teſtes domeſtici non ſunt idonei;*
2. *niſi à partibus adhibeantur.*

3. *Teſtis*

3. *Teſtis rogatus ſemper eſt idoneus, etiamſi aliàs inhabilis.*
4. *„ ſive rogatus ſit à contrahentibus ſive à teſtatore ſive à judice.*
5. *Teſtes inhabiles ex certâ ſcientiâ adhibiti, reprobari poſteà non poſſunt.*
6. *Notarius quando poſſit adhibere teſtem domeſticum.*
7. *„ quando ſcribere inſtrumentum filij.*
8. *Teſtis repetatur idoneus, ſi partes ejus conditionem non ignorent.*
9. *Fratres legatarij poſſunt eſſe teſtes in inſtrumento.*

Licèt regulariter parentes pro liberis & liberi 1.
pro parentibus non ſint teſtes idonei, ut *l. parentes. C. de teſtib. & l. teſtis idoneus. ff. eod.* nec conſanguinei. *ut l. Iulia. ff. eod.* nec domeſtici aut familiares, ut habetur in *can. in literis. extr. de teſtib. & in c. inſinuante. extr. de offic. deleg. & l. idonei. ff. de teſtib.* nec procuratores vel advocati, juxta *l. fin. cum ibi notat. ff. de teſtib.* nec aliæ perſonæ ſimiles, ut notatur
in dictis juribus. tamen hæc regula fallit, quando 2.
tales teſtes fuiſſent adhibiti & rogati à partibus. Quia teſti, etiam non fide digno, adhibetur plena fides, quando eſt à partibus pro teſte adhibitus, ut eſt *Gloſſ. ſingul. in Authent. de teſtib. §. & licet. quæ incipit: innuit. coll. 7.* ſecundum *Bald. in l. parentes. C. de teſtib. & in l. ad teſtium. §. 1. ff. de teſtam.* quem ſequitur *Ludov. de Rom. in rubric. de arbitris. in 8. columm. ad fin.* & idem tenet *Alber. Mal. in ſuo tract.*
de teſtibus. in 4. columm. in princ. qui dicit per præ- 3.
dicta, *quòd ubi teſtis eſt rogatus, ſemper eſt idoneus, quantumcunque aliàs ſit inhabilis.* Et pro hoc poteſt

quis

quis uti cautelâ ſecundum eum; ut in contractibus eligantur potiùs fratres vel affines teſtes, ut & in teſtamentis, quàm alii: quia poterunt teſtificari rectiùs. Et ideò dicit, quòd in quæſtione facti, dum eſſet accuſatum teſtamentum de falſo, fuerit rogatus quidam affinis, ex quo teſtatur, eum rogavit; & ſubdit,
4. *quòd idem eſt generaliter, ſive ſit rogatus à contrahentibus, ſive à teſtatore, ſive à judice, ut ſemper ſit idoneus.* Et idem tenet *Bald. in d. l. data opera. in* 11. *column. Verſ. Item qui vocatur. C. qui accuſ. non poſſ.* qui dicit, *quòd ille, qui vocatur ad teſtimonium, eo ipſo videtur approbatus per eum, qui fecit vocari, & debet examinari.* ut not. 28. *qu.* 2. *can. in decima.* Et idem tenet ipſe *Bald. in c. In nomine Domini. extr. de teſtib.* & idem tenet *Ang. in l.* 1. *in ult. column. C. de teſtam.* qui dicit per illam *Gloſſ. ſingularem. in d. §.*
5. *& licet.* quòd ſi à contrahentibus teſtes etiam inhabiles ex certa ſcientia ad validitatem actus ſint adhibiti, inter eos teſtificari poterunt; nec poterunt reprobari. Pro hoc optimè facit, quod notat *Anthon. de Butrio. in c. ex literis. in* 1. *&* 2. *notabili. & penult. colum. Verſ. & pro hoc poteſt dici. Verſ. ſequ. extra de tranſact.* Facit *l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.* & quod notatur in *l. inviti. eod. tit.* Item pro hoc optimè facit, quod *notat Bald. in d. l. dictantibus. C. de teſtam. & in l.* 2. *Verſ. ſed quæro, quid ſi fuit domeſticus. C. de teſtib.* ubi dicit, quòd teſtificatio domeſtici valet, quando ſunt teſtes inſtrumentarii, & utraque pars eos adhibuit: allegat *l. ſciendum. & ibi optimam Glóſſ. ff. de uſur.* & quod notat *Bald. in l. inſtrumen-*
6. *ta. C. de probat.* ubi dicit ſecundum *Nicol. de Mat.* quòd, quando Notarius eſt rogatus de facto communi ab utrâque parte, puta de contractu, poteſt conficere inſtrumentum, etiam ſi ſit magis domeſticus unius partis, quàm alterius, & ei ſit majori affectione conjunctus. Ad idem vide *Bart. in l. ſi pater. in princ. ff. de Fal.* ubi dicit, quòd licet pater non poteſt

eſſe

eſſe teſtis pro filio, *ut d. l. parentes*; poteſt tamen 7.
Notarius inſtrumentum filii ſcribere, *ut d. l. ſi pater*.
Ratio, quia hoc inſtrumentum ſcribit de mandato
partium, & ſicut partes conſentiendo poſſunt patrem
judicem & arbitrum eligere. *ut l. quia etiam. ff. de
arbitr.* Ita poſſunt partes Notarium eligere. Et prædicta intellige vera, quando partes cognoſcebant conditionem teſtis, & Notarii, videlicet, quòd eſſet 8.
conſanguineus vel domeſticus unius partis, vel ex alia cauſa non idoneus, quia tunc videntur partes ei
plenam fidem adhibere. Et ita intelligitur *Gloſſ. in
d. §. & licet.* ſicut etiam intelligit *Angel. in l. 1. C. de
teſtam.* ut ſuprà dixi. Et ita aliàs habui de facto, in 9.
caſu, quo unus fecit teſtamentum, & adhibuit fratres
legatarii in teſtamento, & dum oriretur de legato
dubium, fuerunt producti fratres, & dicebant, quòd
erant idonei teſtes, ex quo teſtator dixerat Notario:
*ſi fratres iſti legatarij poſſunt eſſe teſtes, adhibeamus
eos*: Et Notarius affirmavit, *teſtatore volente*. Et licet
prædicta videantur eſſe contra jura, quæ loquuntur
ſimpliciter, & judices de Groſſeto hoc non crederent, tamen eſt verum.

CCLXXXIII. (220.)

De Compromiſſo vel Transactione generali.

Summa.

1. *Formula Compromiſſi generalis ſive Transactionis,*
2. *& quæ etiam referatur ad res certas & incognitas.*
3. *Formula Transactionis circa Teſtamentum.*
4. *Sola inſpectio teſtamenti non probat intelligentiam.*

1. Si vis facere compromiſſum vel transactione pleniſſimam & generalem, cautela eſt, ut dicatu *facimus compromiſſum pleniſſimum de omnibus ca ſis, litibus, quæſtionibus & differentiis Vertentibu & quæ Verti poſſent inter partes, quâcunque ratior Vel causâ; & quod intelligatur eſſe lis, quæſtio; co troVerſia & differentiâ de omni eo, ſuper quo fuit a bitratum* ſecundum *Angel. in l.1. ff. de transact.* D quo vide omninò ibi *Dn. Paul. de Caſtr.* & vide *A thon. de Butr.* & *Canoniſtas in c. expoſita. extr. de a bitr.* & addatur: *cum omnibus dependentibus, co nexis & emergentibus ab eisdem, quoquo modo*, juxt notata *in l. cum actum. in princ. ff. de negot. geſt*

2. Et hæc verba ideò addenda; quia de re clara vel de ciſa regulariter non poteſt fieri compromiſſum ve tranſactio. *ut d. l. 1. cum ibi not. ff. de transact.* Pro pter dicta verba valebit compromiſſum & transactio etiam ſuper rebus claris & deciſis, ſecundum *Angel. & Dd. in d. l. 1.* Item addatur; *quod dictum compromiſſum Vel transactio Vel quietatio ſiVe liberatio referatur ad omnia, tàm cognita, quàm incognita, etiam ſi dolo alicuius contrahentium erant incognita & in genere & in ſpecie; & etiam ad jura & obligationes quaſcunq; etiam ex futuro pendentes quacunque de cauſa aliàs ad iſta non referantur per l. tres fratres. cum ibi notatis. ff. de pact.* Et ibi hanc cau-

3. telam ponit *Angel.* Et in quantum fiat ſuper controverſiis & differentiis ex teſtamento pendentibus, ſemper adjicias hæc verba: *Viſis, inſpectis & cognitis Verbis teſtamenti Vel talis ultima Voluntatis, tàm per ſeipſos contrahentes Vel litigantes, quàm per alios juriſperitos*, ſecundum *Angel. in d. l. tres fratres*, qui dicit, *hoc modo eVitabis omnem errorum amaritudinem*, & hoc etiam per *l. de his. cum ibi not. ff. de transact.* Et, ſi litigantes vel tranſigentes ſunt literarum ignari, apponi facias hæc: *Viſis, inſpectis & cognitis Verbis teſtamenti, Vel ultima Voluntatis per juriſperitos*

vitos de eorum mandato, & in eorum notitiam inſinuantes plenariè in vulgari ſermone ad eorum plenam & claram intelligentiam. ut l. 1. § fin. ff. de verb. obl. ſecundum *Ang. in d. l. de his. in princ.* Etſi iſta ver- 4
ba non eſſent appoſita, tamen, ſi partes aſſeruerunt, *ſe habere plenam notitiam*, ſufficeret, partes legiſſe. Quia non habere ſignificatum, nihil aliud eſt, quàm negligere. Et quia ſignificatum huius verbi in ſola inſpectione non verificatur. *ut l. 1. §. ſed ſi leg. ff. de his, quæ in teſtam. delent.* ſecundum *Angel. in d. l. de his circa princ.* quæ omnia benè nota, quia quotidiana.

CCLXXXIV. (221.)

Pro tutoribus, ut abſolvantur pleniſſimè poſt redditas rationes.

Summa.

1. *Quinq; modi abſolvendi tutores.*
2. *Minor petere poteſt, ut tutor reddat rationes in genere.*
3. *& in ſpecie per libellum particularem.*
4. *Minor per ultimam voluntatem poteſt liberare tutorem.*
5. *quomodo inter vivos.*
6. *Formula iſtiusmodi liberationis.*
7. *cum appoſito juramento,*
8. *renunciatione reſtitutionis in integrum,*
9. *cum conſenſu cognatorum & authoritate judicis.*
10. *Quare cognatorum præſentia ſit utilis.*
11. *vel Amicorum,*
12. *vel aliorum bonorum virorum.*

13. *Quorſum proſit authoritas judicis.*
14. *Liberatione generali non continetur id, quod dolo vel latâ culpâ factum.*
15. *neque ea bona, quæ etiamnum ſunt apud liberatum.*
16. *aut quæ ſunt majoris quantitatis.*
17. *Quænam differentia inter liberationem & refutationem ſive remiſſionem:*
18. *inter ratum & gratum.*
19. *Juramentum minoris tantùm impedit reſtitutionem ob ætatem minorem.*
20. *Quare in quietatione addendum: causâ cognitâ vel incognitâ.*
21. *Quorſum faciunt iſtiusmodi clauſulæ, ſi minor non ſit læſus;*
22. *quorſum, ſi reverà ſit læſus.*
23. *quòd iniquiſſimæ ſint, ſi tutor malè adminiſtravit.*
24. *Juramenta minorum ſervari ſæpè poſſunt ſine diſpendio ſalutis quoad ipſos jurantes, non æquè quoad deferentes.*

1. Tutores ſemper deſiderant finitâ tutelâ ſe liberare ab adminiſtratione tutelæ, ita ut ampliùs minores vel facti majores non poſſint conqueri vel moleſtare eos de mala adminiſtratione. Ideò videamus de remedio, pro quo dic, quòd quinque modis poteſt tutor abſolvi. Uno modo per ſententiam arbitri, in quo factum fuerit compromiſſum, *ut l. 3. in princ. ff. de arbitr.* & ibi habentur per *Gloſſ. & Dd.* Secundo modo per ſententiam arbitratoris, de quo dic, ut per *Bart. & Dd. in d. l. ſocietatem. §. arbitrerum.*

rum. ff. pro ſoc. & per Canoniſtas *in c. quinta Vallis. extr. de jurejurand.* Tertio modo per ſententiam judicis ordinarii, cui arbiter æquiparatur. *ut l. 1. ff. de arbitr.* & hoc poteſt fieri duobus modis. Uno modo per viam libelli ordinarii, in quo petatur per minorem, quòd tutor vel eius hæres rationem adminiſtrationis tutelæ generaliter gerat juxta notata *in l. licet. C. de judic.* & hoc caſu poterit etiam peti vel per minorem vel tutorem & eius hæredes, *quòd eligantur calculatores ad videndum & examinandum omnes rationes dictæ cautelæ, & poſtea ad referendum judici*; vel & judici permittitur eligere dictos calculatores. Quia in cauſis, in quibus calculationes vertuntur, permittitur judici ponere arbitrum ſeu arbitros, id eſt, calculatores, qui prædictas calculationes diſcutiant & referant. *ut. C. de uſur. & fruct. leg. l. 2. & ff. ſi cui plus, quàm per L. Falc. & l. 1. & l. ſi reſiduum. C. de diſtr. pign.* Ita notab. dicit *Bart. in conſilio ſuo 9. quod incipit: Literas Magnificentiæ Veſtræ.* & idem notat *Angel. in d. l. 1. §. Marcellus. ff. ſi cui plus, quàm per L. Falc.* ubi vide. Qualiter autem calculatores ſe gerere debeant, & per quem vel quos relationem facere, vide omninò per *Angel. in d. l. 2. C. C. de uſur. & fruct. leg.* Alio modo poteſt procedi 3.
coram judice, ſcilicet per viam libelli particularis. Quia minor conqueritur de quibusdam particulariter & ſpecificè contra tutorem & eius hæredes juxta notata *in d. l. licet. C. de judic.* & tunc non eſt neceſſaria datio calculatoris; ſed ſolùm veniendum eſt ad probationes neceſſarias. Et hi duo modi poſſunt etiam obſervari coram arbitro vel arbitratore, qui æquiparantur judicibus. *ut l. 1. ff. arbitr. & l. non diſtinguemus. §. cum quidam. eod. tit.* Quarto modo 4.
poteſt principaliter tutor abſolvi in teſtamento minoris. Quia etiam adultus habens curatorem poteſt teſtari, ut eſt *Gloſſ. notab. in l. Aurelius. §. Cajus. in verſ. legitima. ff. de liber. leg.* & alia *in l. 1. §. fuit*

quaſitum. ff. ad Trebell. vel etiam in codicillis & p
viam liberationis & legati. Et iſta liberatio pot
relinqui tribus modis, ut not. *in d. §. Cajus. in Gl.*
magna. Et de iſto modo abſolvendi vide *text. Gl.*
& Dd. in l. ſi qui rationes. ff. de liber. leg. & l. q
dam decedens. de adminiſtr. tut. & in l. ſi ſervus
titus. de leg. 1. pleniſſimè per *Bart. in dict. §. Caja*
5. Quinto & ultimo modo poteſt abſolvi tutor, videli
per viam liberationis ſive etiam donationis inter v
vos, puta; quia minor abſolvit & liberat ſpontè ſin
redditione rationis olim tutorem ſuum vel eius ha
redes. Et iſte modus ad hoc, ut ſit ſecurus, debet f
eri cum præſentia agnatorum vel cognatorum ipſi
minoris, & cum præſentia alicuius judicis ordinar
auctorantis, & quòd dicti agnati vel cognati benè &
diligenter prius examinent ipſum minorem, an veli
facere liberationem ſeu abſolutionem ſpontè, liber
& ex certa ſcientia, non ductus aliquo errore juris ve
facti, non per metum vel minas, ſeu dolum vel cir-
cumſcriptionem; & hoc judici referant. Et ita et-
iam judex de præmiſſis diligenter examinet & inqui
6. rat. Quibus peractis minor dicat & affirmet, *ſe bene*
vidiſſe rationes ſuæ tutelæ, & quod abſolvit & liberat
dictum ſuum tutorem ab omni eo, quod ipſe admini-
ſtráſſet de bonis ſuis, ſive per negligentiam, ſive per
culpam levem & latam, ſive etiam, per dolum & de
omni eo, quod de bonis & rebus ſuis pervenißet ad ma-
nus dicti, & de præſenti eſſet vel reperiretur in ma-
nibus dicti tutoris vel ejus hæredis: & promittit eum
tutorem vel ejus hæredes ampliùs non inquietare vel
non moleſtare de jure vel de facto, prædictis rationi-
bus & aliâ quâcunque ratione ſeu causâ, & maxi-
mè, quia etiam intelligit dictum tutorem benè guber-
náſſe omnia bona ſua. Et ſi dictus tutor ſeu ejus hæ-
res teneretur ſibi vigore adminiſtrationis dictæ tutelæ
in aliqua re vel quantitate, quantacunque ſit illa res
vel quantitas, ex nunc facit ſibi refutationem, finem,
remiſſio-

remiſſionem, liberationem & donationem vel pactum de ulterius non petendo. Apponatur ei juramentum 7.
minoris, per quod promittat, *ſe omnia & ſingula ſupra ſcripta habere firma, rata, & grata, & attendere & obſervare, & nunquam in aliquo contravenire ſeu facere, de jure vel de facto, ratione minoris ætatis, ſeu ratione alicujus læſionis, quantacunque ſit vel eſſet læſio, etiamſi eſſet in magna ſeu maxima quantitate & alia quacunq; ratione vel cauſa, cognita vel incognita, quæ dici vel excogitari poſſet.* Promittat etiam, *non* 8.
petere reſtitutionem in integrum, quæ competit minoribus ex aliqua cauſa, nec reſtitutionem, quæ competit majoribus viginti quinq; annis ex quocunque caſu, maximè ex clauſula generali: ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur, juxta *l.* 1. *in fin. ff. ex quib. cauſ. maj.*
Et in dicto inſtrumento ſcribatur *conſenſus dictorum* 9.
agnatorum & cognatorum, & decretum ſive autoritas judicis, qui pronunciet omnia & ſingula ſupraſcripta ritè & rectè facta fuiſſe & valere & tenere Et quia iſte ultimus modus abſolvendi tutorem eſt plenior & tutior; ideò ipſum examinemus. Et primò dixi, *quòd debet fieri abſolutio & liberatio cum præſentia agnatorum vel cognatorum minoris.* quia pro- 10.
pter talem præſentiam eorum omnis metus & nimia reverentia ceſſare præſumitur. *ut l. tranſactionem. C. de tranſact.* ſecundum *Bart. Bald. & Dd. ibi.* & idē dicit *Bart. in l. frater à fratre. in ult. chart. circa princ. ff. de cond. indeb.* ubi etiam dicit, quòd tales contractus præſumitur factus bona fide, & præſumitur ceſſare omnis ſuſpicio. & *Bald.* idem dicit in *l.* 1. *in* 2. *colum. ff. ſi quis aliqu. teſtam. prohib.* Et idem tenet *Bart. in l.* 1. *C. de præd. cur. lib.* 10. ubi plus dicit, quòd *præſentia conſanguineorum vel amicorum operatur, ut quis non poſſit conqueri de dolo vel metu*, per illum textum. Facit, quod not. *Bald. in l. Polla. C. de his, quib. ut indign.* ubi dicit, *quòd ratione conſilij conjunctorū præſumitur à tutore abeſſe dolus & culpa*

11. quod eſt notatu dignum ſecundum eum. Sed ſi non eſſent agnati vel cognati ſeu conſanguinei minoris vel eius parentum, adhibeantur amici. Nam præſentia amicorum idem operatur, quod præſentia conſanguineorum, ut probatur in *d. l. transaction.* Et ibi not. *Bart. Bald. & Dd. & Bart. in d. l.* 1. *C. de prædiis cur. lib.* 10. facit *l. magis puto. §. inprimis. ff. de reb. eor. & l. hac autem. §.* 1. *Verſ. ſin autem non habeant. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & l. fin. ff. ubi*
12. *pupill. educ. deb.* Sed ſi amici minoris vel eius parentum non reperirentur, tunc aliud conſilium eſt, quòd eligantur duo vel tres boni viri à Prætore vel à judice, loco attinentium, qui videant & examinent dictum minorem, ſicut in conſanguineis dictum eſt. Pro hoc *d. l. hac autem. §.* 1. & de hoc ſunt ſtatuta in multis locis: ſed ſi non eſſent ſtatuta, tamen bonum conſilium eſt; quia operatur idem, quod præſentia con-
13. ſanguineorum. Item dixi: *debet adhiberi præſentia judicis ordinarij, qui interponit decretum ſuum, & c* Et eſt ratio, quia propter eius præſentiam & auctoritatem vel decretum ipſe minor non poterit conquer de dolo vel metu; ita notab. dicit *Bart. in d. l. frate à fratre. & Cardin. Zaba. in c. decreto. in* 1. *&* 2. *o pinione. extr. de transact.* ubi etiam dicit, *quòd aucto ritas judicis feciſſet ceſſare ſimoniam:* allegant. *c. ni de prabend.* Item operatur decretum judicis, ut qui non poſſit allegare, ſe deceptum ultra vel circa dim diam juſti pretij, ut ſingulariter not. *Bart. in d. l.* 1. *pe illum text. C. de præd. cur.* & *Bart.* & *Ang. in d. l.* 1. *de præſcript.* 30. *ann.* & *Ang. de Aret. Inſtit. de act. ſi quis agens.* Item operatur, ut omnes ſolennitat præſumantur adhibitæ, ut ſingulariter not. *Specul. tit. de empt. & vendit. §. nunc ſciendum. Verſ. & br viter ſcias.* & habetur per *Dd. in l. ſciendum. ff. verb. oblig.* & facit quod not. *in l. cum hi. §. ſi præt*
14. *ff. de transact.* Item dixi: *ſive per negligentiam ſi per levem & latam culpam & dolum.* Quia per a ſolutione

ſolutionem generalem non videtur quis liberatus ab eo, quod per dolum, vel per latam culpam abſolutè factum eſt, ut eſt text. *in l. ſi quis rationes. ff. de liber. leg.* & *in d. l. ſi ſervus vetitus. ff. de legat.* 1. *in ultima chart. & l. quidam decedens. & ibi per Gloſſ. & Dd. ff. de adminiſtr. tut.* & not. plenè per *Bart. in l. Aurelio. §. Cujus. ff. de liber leg.* Item dixi: *de præſenti eſſet & reperiretur in manibus dicti tutoris.* Quia 15.
abſolutio, quantumcunque generalis facta tutori vel alteri facta, non extendit ad bona, quæ apud abſolutum eſſent de bonis abſolventis; quia de illis non videtur cogitatum, niſi expreſsè dictum ſit. *ut in l. dominus Sticho. §. fin. de pecul. leg.* & ibi hoc not. *Bart. & in d. l. ſi quis rationes. & in d. l. quidam decedens. & in d. l. ſi ſervus vetitus. & per Dd. in dictis jurib.* & probatur in *l. tres fratres. & ibi not. de pact.* Item
16. dixi: *quantumcunq; ſit illa quantitas.* Quia ſi diceretur: *& ſi in aliquo teneretur &c.* intelligeretur de modico juxta not. in ſimili de venditione, *ut l. 2. C. de rei vend. & in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* & not. per *Canoniſtas. in c. quinta vallis. de jurejurand.*
Item dixi: *Et nunc facit finem, refutationem & re-* 17.
miſſionem. Quia licet non valeret ex aliquo capite liberatio, ex eo, quia videatur liberâſſe, tanquam benè geſſerit; valebit tanquam donatio & refutatio. Item ſum uſus iſtis verbis; quia verbum *refutatio* eſt verbum generale: ergò communiter iſta verba ſolent apponi in inſtrumentis per Notarios. Item di- 18.
xi: *habere rata, grata.* Quia non poſſet amplius minor venire contra de jure vel de facto. Nam ſi promittitur ſolùm *ratum habiturum*, intelligitur promiſiſſe de non contraveniendo de jure tantùm; ſed veniendo de facto tantùm, non teneretur; ut probatur in duabus gloſſellis *in l. id quod pauperibus. C. de Epiſc. & Cler.* & *ibi* hoc not. *Bart.* & *in l. metum. §. volenti. ff. quod met. cauſ.* & ad differentiam inter ratum & firmum facit. *l. generali. C. de SS. Eccleſ. & l.*

illud. ff. de jure patr. & *l. ſi pater. ff. de rit. nupt.*
19. Item dixi: *ratione minoris ætatis vel alia quacunq; ratione.* Quia juramentum ſimpliciter præſtitum ſolùm operatur, ut repræſentet eum majorem; ut not. in *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vend.* unde neceſſarium eſt addere, *vel alia quacunq; rati-*
20. *one vel causa.* Item dixi: *Cauſa cognita. &c.* per text. *l. qui jure militari. ff. de teſtam. milit.* per quem dixit *ibi Bald. & Angel.* quòd debitor, qui vult pleniſſimè liberari, ſit cautus, ut in inſtrumento faciat addi, quòd dicta quietatio etiam ad ignorata vel incognita porrigitur; & idem etiam not. *in d. l. tres fratres. de pactis.* & dixi in cautela præcedenti. Et adverte; quia iſtud non procederet in muliere vel minore propter eorum fragilitatem, ut dixit *Bald. & Ang. in d. l. qui jure militari.* per notata *in l. ſciendum. de verb. oblig.* & *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Hæ verò clauſula tantùm procedit in minore liberante
21. Sed adverte, quia videtur, quòd dictæ clauſulæ no ſint neceſſariæ, quia aut minor non læditur propte hanc liberationem, & non eſt opus tanta ſolennitat aut eſt læſus, & iſtæ ſolennitates videntur eſſe iniqua & propterea non apponendæ. Ad quod tu dica quòd dictæ clauſulæ quandoque ſunt neceſſariæ juſtæ, quandoque non. Nam ſi minor non læditu tunc multæ de prædictis ſunt utiles & neceſſariæ & j ſtæ, & omnes illæ, ex quibus tollitur omnis præſu ptio vel ſuſpicio metus, vel reverentiæ, vel doli, cujuscunque alterius fraudis vel malæ ſuſpicion Nam licet minor non ſit læſus, non poſſet conqu quòd dictam liberationem fecerit inductus dolo metu &c. & ſic poſſet reſcindi liberatio; unde l caſu dictæ clauſulæ ſunt neceſſariæ, vel ſaltem ut
22. & juſtæ. Si verò minor eſſet in veritate læſus ex cta liberatione, puta, quia tutor malè gubernav facta minoris; & tunc, aut intentio minoris eſ aliqua juſta cauſa, puta, quia eſt filius vel nepos t

ris, velle liberare ipſum quondam tutorem ſuum etiam de omni eo, quod malè gubernavit, & hoc vult facere ex certa ſcientia; & tunc idem valet, dictæ clauſulæ ſunt utiles & neceſſariæ, ac etiam juſtè apponi poſſunt etiam in foro conſcientiæ, dummodo declaretur prius minori virtus & potentia dictarum clauſularum, & in quo proſint vel noceant ſibi in cauſa, ſicut certioratur mulier de Vellejano, ut habetur in *l. jubemus. C. ad Vellej. & in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig.* Tu, qui es Notarius, poteris uti dictis clauſulis; ſed non aliter ut ſtatim dicam. Aut intentio minoris eſt, abſolvere olim tutorem ſuum, quia creditur, 23.
ipſum benè gubernâſſe, ſi aliter crederet, non liberaret eum; & tunc dico, quòd dictæ clauſulæ pro majori parte non ſunt honeſtæ. Immò iniquiſſimè, quia ſunt præter & contra intentionem minoris, & per eas injuſtè deciperetur. Et ideò hoc caſu Notarius nunquam apponat eas, per quas excludi poſſet à beneficio reſtitutionis in integrum; qui ſi poſſit doceri de ſua læſione & interitu, non apponat hoc caſu ſacramentum minoris; quod eſt fortiſſimum vinculum de jure Canonico, ut habetur in *c. cum contingat. & c. ſi verò. extr. de jurejurand.* quia poteſt ſervari ſine in- 24.
teritu ſalutis æternæ jurantis, *ut ibi*; ſed cum interitu animæ deferentis vel Notarii ſcribentis, vel Advocati aut procuratoris, vel alterius hoc conſulentis, vel alicujus auctorantis. Et hoc modo, & in hoc caſu intelligo, quod dixit *Cyn. in d. Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit. in 1. q.* ubi dixit, *quòd illa Authentica ſive conſuetudo, ut deferatur juramentum, eſt erronea, & multos miſit ad inferos, & multa patrimonia iniquè acquiſita exinanivit & deſtruxit.* Quod eſt neceſſarium, & benè notandum contra multos & maximè Advocatos, qui hoc conſulunt, ut videantur Sapientes; quod nunquam tu facias.

CCLXXXV.

CCLXXXV. (222.)

Vt valeat reſcriptum Principis contra rem judicatam.

Summa.

1. *Ubi appellare non licet ſolet ſupplicari.*
2. *Reſcriptum Principis contra rem judicatam non valet,*
3. *niſi habeat annexam clauſulam Non obſtante &c.*

1. Supplicatur ſæpiſſimè Principi, quando cauſa eſt deciſa & finita, à qua amplius appellari non poteſt: quia tranſivit in rem judicatam, puta, quia ſunt latæ tres ſententiæ conformes, *ut l.* 1. *C. nem. lic. in una eademq; cauſa tertiò provoc. & c. ſua nobis. extr. de appell.* vel quia non fuit appellatum, & ſic victu ei acquieviſſe videtur. *l. ab eo. C. quom. & quand. jud.* vel quia poſt ſententiam incepit ſolvere, vel terminum petiit ad ſolvendum. *C. de re judic. l. ad ſolutionem.* vel quia fuit appellatum, & deſerta eſt appellatio per lapſum anni, vel ex cauſa biennii, ut in *Auth. ei qui. C. de temp. appell. & c. cum ſit Romana de appellat.* & habet in *c. ex ratione. eod. tit.* & à Principe obtinetur reſcriptum, ut iterum cauſa audiatur & terminetur. 2. Et multi credunt, quòd tale reſcriptum valeat; ſed tu dicas contrarium; quia immò eſt ipſo jure nullum, ut eſt textus *in l. cauſas vel lites. C. de tranſact. & l. fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ. & l. fin. C. de errore Advocator.* Immò plus dico, ſi quis tale reſcriptum impetraverit, non ſolum erit nullum, & ſuo deſiderio carere debebit, ut *dictis juribus*: ſed etiam ignominiæ pœna notabitur, i. e. efficietur infamis, ut eſt textus multùm ſingularis *in l. fin. C*

lite pendent. qui textus procedit, ſive non ſit appellatum, vel appellatio ſit deſerta, *ut ibi dicitur in text.* ſive etiam bis ſit appellatum; & propter hoc non poſſit amplius appellari; ſive non poſſit appellare, quia fuit contumax juxta *l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appell. & l. 2. §. fin. cum ibi not. ff. quand. appell. ſit.* ut vult *Gloſſ. not. in d. l. fin. C. ut lit. pendent.* Sed ad hoc, ut 3.
dictum reſcriptum valeat; cautela eſt, ut dicatur *non obſtante. l. fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ. & l. fin. C. C. ut lit. pendent. cum ſimilib.* ut not. *Gloſſ. in d. l. ult. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* Facit, quod not. *Bart. in l. Vacuatis. C. de decur. lib.* 10. Et puto etiam, quod ſufficiat, ſi diceretur: *non obſtantibus aliquibus legibus vel ſtatutis in contrarium facientibus.* per not. *in Authent. hoc inter liberos. C. de teſtam. & l. ſi quis in principio teſtamenti, per Bart ff. de legat.* 1. *& l. fin. C. ſi contra jus vel utilit. publ. & per Canoniſtas in c. quæ in Eccleſiarum. extr. de conſtit.* & per *Anthon. de Butr. in c.* 1. *eod. tit.* Verius tamen, ubi jura civilia obſervantur, ſervatur contrarium; ſicuti hujuſmodi reſcripta ſervantur, quando ſunt impetrata ſervatis ſolennitatibus Venetiarum, etiamſi non addita ſit clauſula *Non obſtante.* quod nota; quia pauci advertunt.

CCLXXXVI. (223.)

Pro legitimatione liberorum.

Summa.

1. *Liberi naturales legitimantur per ſubſequens matrimonium.*
2. *non per reſcriptum Principis, niſi munitum ſit clauſulâ Non obſtante &c.*
3. *Comitum Palatinorum privilegia ante legitimationem inſpicienda.*

Habens

1. Habens filios naturales eos legitimare non poteſt, niſi per matrimonium tantum ſubſequens, quando eorum mater eſt talis mulier, quam pater poſſit uxorem commodè habere; ut eſt textus cum *Gloſſ. ſing. in authent. quib. mod. nat. effic. leg. §. ſit igitur licentia. quæ incipit. i. e. non permittimus. coll. 6.* & idem hoc tenet ibi *Angel. & Bald. in c. illud in fine. col. extr. de præſumpt.* Et ideò tu, qui vis legitimare filios tuos, ſis cautus, ùt advertas, ſi potes commodè contrahere cùm matre filiorum. quia oportet ut cum ea contrahas matrimonium; quia per ſubſequentiam matrimonii legitimabuntur. *l. cum quis & l. nuper. C. de natur. liber. & c. tanta. extr. qu*
2. *filij ſint legitimi.* Vel. ſi non vis eam capere in uxo rem, ſed ſolùm filios legitimare per reſcriptum Prin cipis, facias, quod dicatur in Reſcripto *non obſtant quòd eorum matrem poſſit pater commodè in uxore accipere*, vel, *non obſtante. d. §. ſi igitur licentia*; p ea, quæ dicta ſunt in præcedenti cautela. Ac etia ſis cautus ulteriùs, ſi faceres legitimare eos à Com te Palatino, habente poteſtatem ab Imperatore le timandi, ut inſpicias verba ſui privilegii juxta *c. p rò. extr. de privileg. & l. fidejuſſores. Magiſtratuu §. Aurelio. ff. de fidejuſſ.* ut, ſi in eo non reperis, qu habeat poteſtatem legitimandi naturales, etiamſi ter eorum poſſit matrimonium contrahere cum n tre, vel, ſi non eſt clauſula, *quòd poſſit legitimare obſtante d. §. ſit igitur licentia*, quòd non confidas dicto privilegio, per ea, quæ dicta ſunt. Item & tiò ſis cautus, quando vis impetrare hujuſmodi ſcripta ab Imperatore vel à Papa, ut in eis dic clauſulam apponi facias.

CCLXXXVII. (224

Pro hærede, ut ne ſtatim teneatur ditor hæreditariis & legatariis.

Sui

Summa.

1. *Intra tempus conficiendi inventarÿ hæres conveniri nequit.*

2. *ſ niſi fortè id ante tempus legitimum conficiatur.*

Inſtitutus hæres ſi vult habere dilationem aliquam, infra quam non poſſit conveniri à creditoribus hæreditariis vel legatariis poſt aditam hæreditatem, etiam quando hæreditas eſt ſolvendo: cautela eſt, ut conficiat inventarium & incipiat ipſum infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & compleat in fine trium menſium, ſi res hæreditariæ ſunt præſentes, & ſi abſunt, in fine anni juxta *l. fin. §. ſin autem dubius. C. de jur. delib.* & interim infra dictum tempus, quo inventarium conſcribitur, non poterit hæres conveniri à creditoribus hæreditariis vel legatariis, nec ab eis inquietari; nec ad judicium trahi nec poterunt etiam per hypothecariam res hæreditariæ vindicari. 1.
Et ſic habebit dilationem trium menſium vel unius anni invitis creditoribus & legatariis, ut eſt caſus in *l. fin. §. donec. C. de jur. delib.* & eſt *Gloſſ. in d. §. ſin autem dubius, in verbo, immiſceat.* quæ dicit, *per d. §. donec. quod interim, dum fit inventarium, hæres non tenetur alicui.* Et idem notat *Azo. in ſumma. C. de jur. delib. in verſ. effectus autem hujus inventarÿ.* Et adverte, quia iſtud beneficium dilationis durat, donec conſcribitur inventarium, ut dixi; & ideò ſis cautus, ut non compleas niſi in fine trium menſium vel anni. Quià ſi compleres priùs, poſſes conveniri ante lapſum dicti temporis, ut probatur *in d. §. donec.* & ita ſentit *Azo. in d. verſ. effectus.* 2.

CCLXXXVIII.

CCLXXXVIII. (225.)

Pro eo, qui ab hærede emit, ne conv- niri queat à creditoribus hære- ditariis.

Summa.

1. *Si hæres vendat pro ſatisfactione creditori iisq; pecuniam ſolvat, emptor ab his con niri nequit.*
2. *ſecus eſt, ſi ſimpliciter vendat:*
3. *non autem, ſi reverà creditoribus & le tariis pecuniam numeret.*
4. *Unde ſecurus erit emtor, ſi illis præſenti & recipientibus venditori det pretium.*

1. Quando quis emit aliquam rem hæreditari ab hærede, qui conficit inventarium ſolenniter, poteſt conveniri à creditoribus hæreditariis vel le tariis, *ut l. fin. §. & ſi præfatam. C. de jur. delib. ſec dum quod ibi notat.* quod intellige, quando h res vendidit dictam rem pro ſatisfaciendo credit bus vel legatariis hæreditatis, ut in *d. l. fin. §. licen* i. e. pro ſolvendis debitis vel legatis; & quando cunia ſoluta per emptorem fuit ſoluta per hære creditoribus vel legatariis, ut probatur in *d. §. ſi fatam. in fin. ibi: quarum precia in legata & c* ſi iſta duo concurrunt, res non habet dubium, *pe cta verba.*

2. Sed dubium eſt, quid ſi hæres ven ſimpliciter, non dicendo *cauſa ſatisfaciendi cred bus vel legatariis,* an tunc emptor poterit conve & videtur *quod ſic.* Quia quando quis vendit in dubio vendere videtur jure proprio & pro ſe not. *Bart. in d. §. & ſi præfatam. & Bald.* clari

l. m

l. mater. in fin. C. de rei vindic. unde non videtur vendidiſſe pro ſatisfaciendis creditoribus vel legatariis. Et ideò *Dn. Paulus de Caſtro in d. §. & ſi præfatam.* in fine dicit, quòd emptor non erit ſecurus, & propterea debet eſſe cautus, quando venditur ſibi, ut dicatur in inſtrumento, *quòd venditio ſit cauſa ſatisfaciendi creditoribus vel legatariis.* Quod teneo 3.
eſſe verum, quando pecunia non fuiſſet ſoluta creditoribus vel legatariis, per *d. §. & ſi præfatam. in fine.* & per *d. §. licentia.* Sed ſi pecunia fuiſſet ſoluta creditoribus vel legatariis; teneo, quòd ipſe emptor erit ſecurus. Et hoc tenet *Bald.* ſecundum *Odofr. in d. §. & ſi præfatam. in verſ. penult.* & maximè hoc procedit, quando immediatè recepta pecunia hæres ſolvit creditoribus vel legatariis. Quia ex iſto actu ſequenti declaratur voluntas hæredis, quod vendiderat cauſa ſatisfaciendi, ſicuti fecit per *l. ſi unius plurium. §. fin. de leg. 1.* Sed ſi hæres vendidiſſet pro 4.
ſatisfaciendo creditoribus vel legatariis, & in veritate non ſatisfeciſſet: nunquid emptor eſſet ſecurus? credo, *quòd non per d. §. & ſi præfatam. in fin.* Et ideò, ut tollantur iſtæ dubitationes, emptor ſit cautus, ut faciat apponi in inſtrumento venditionis, *quòd hæres vendit pro ſatisfaciendo creditoribus & legatariis.* & exburſet pecuniam ipſi hæredi præſentibus creditoribus & legatariis, & recipientibus dictam pecuniam ab hærede: & ita ſcribatur in inſtrumento venditionis ſive ſolutionis pecuniæ factæ per emptorem: & tunc erit ſecurus. Facit, quod not. in *Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. & 10. qu. 11. c. hoc jus porrectum. & l. ult. ff. de inſtit.*

CCLXXXIX. (226.)

Ut inventarium tutoris etiam ſufficiat pro pupillo hærede.

Summa.

1. *Inventarium tutoris & hæredis in plurimis diſcrepant.*
2. *Si tamen in tutoris inventario utriusq; ſolennitates adhibeantur, pupillus hæres altero non indiget.*

1. Duplex eſt inventarium, unum tutoris, de quo *in l. tutor. qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tutor.* aliud eſt hæredis, de quo *in l. fin. C. de jur. deliber.* Sed eſt dubium: Nunquid inventarium, quod facit tutor pro conſequenda adminiſtratione tutelæ profit pupillo hæredi, ut poſſit uti beneficio utriuſque inventarii? Dicas, *quòd non.* Quia iſta inventaria requirunt diverſas ſolennitates, & in multis diſcrepant inter ſe, ut patet ex his, quæ habentur in *d. l. tutor, qui repertorium. in princ. & in d. l. fin.* & ita tenet *Bart. in l. in ratione. §. quod Vulgo. in penult. colum. Verſ. quæro. tutor. ff. ad L. Falcid.* & *Bald. in d. l. fin. §. cum igitur. in penult. colum. ibi: etiam ſoluta eſt.* quod & idem tenet *Dn. Paul. de Caſtr. in §. & ſi præfatam. in fin. in e. d. l. 2. in conſilio ſuo 28 Verſ. ſuper ſecundo.*

2. In quibusdam tamen locis eſt conſuetudo, quòd inventarium tutorum ſufficiat pupillo hæredi, quæ conſuetudo ſervanda eſt. *arg. l. 2. C. quemadm. teſtament. aper.* dummodo probatur: aliàs judicandum eſſet ſecundum jus commune, ſecundum *Bald in d. §. cum igitur.* Verùm, quia pupillo eſſet magna expenſa, duo inventaria & bis bona ſua deſcribere: cautela eſt, quòd fiat tantum unum inventarium per tutorē; in quo ſerventur ſolennitates utriuſque inventarii, & ſufficit pupillo. Et licet dicatur in *l. fin. §. ſin autem dubius.* quòd inventarium debet inchoari poſt aditam hæreditatem; tamen poterit de voluntate etiam priùs inchoari & fieri, licet non de neceſſitate. Et ita pluries practicari feci.

CCXC.

CCXC. (227.)

Si ſtatutum ſit iniquum.

Summa.

1. *Lex, quantumvis dura, ſervanda.*
2. *Si ſtatutum tollit exceptiones, in ſubſidium adiri poteſt Iudex Eccleſiaſticus.*
3. *ſicuti & contra adverſarium agi poteſt per denuntiationem Evangelicam.*

Statuta quandoque diſponunt, ut contra inſtrumentum non poſſit opponi aliqua exceptio; quo caſu intelligitur, quòd non poſſit opponi etiam exceptio ſimulationis, ut not. *Bart. in l. 2. ff. quod vi aut clam.* & Bald. *in l. 1. C. plus valere, quod agitur.* Et aliquando expreſſè dicitur, quòd exceptio ſimulationis non poſſet opponi: quo caſu non eſt dubium, quòd non poterit opponi, ut not. *Bald. in l. fin. §. in computatione. in fin. C. de jur. delib.* quia lex quantumcunq; dura, ſervanda eſt, *l. proſpexit. ff. qui & à quib.* & quia paria ſunt, non habere exceptionem, vel allegare eam non poſſe, ut eſt *Gloſſ. ſing. in l. qui habebat. ff. de manum. teſt.am.* & not. *Bald. in l. ſi vic generalis. C. de ſent. paſſ.* Sed quod remedium eſt, ut prædictis ſtatutis non obſtantibus, poſſit de jure contraveniri, & opponi exceptio ſimulationis? Dic, quòd propter iniquitatem ſtatuti poteſt recurri in ſubſidium ad Eccleſiam. Secus autem, ſi ſtatutum non removeret exceptionem, ſed aſſignaret certum terminum. Nam tunc non dicitur iniquitas, ſed juſtitia poſitiva, *ut l. 1. §. pueritiam. in verbo, ratus. cum Gloſſ. ff. de poſtul.* ut ſing. not. *Bald. in d. §. in computatione. in fin.* Et intelligo, quòd poteſt recurri ad Eccleſiam in ſubſidium propter iniquitatem ſtatuti, non propter

 juſti-

juſtitiam limitatam à ſtatuto; & ſic poterit proce
coram judice Eccleſiaſtico de ſimulatione, juxta *c.*
cet ex ſuſcepto. & can. ex tenore cum ibi not. extr.
3. *for. compet.* Et poterit etiam procedi, ſi adverſari
propter hoc erit in pacto, per denunciationem Eva
gelicam, juxta not. *in c. novit. extr. de judic.* Et idé
dicas in ſimilibus, ubi ſtatuta eſſent iniqua, & n
trirent peccatum. Et tunc dictis duobus modis p
ſet ad Eccleſiam in ſubſidium recurri; quod ſingul
riter & perpetuò tene menti.

CCXCI. (228.)

Pro eo, qui verſatur in judicio; quan ſufficiat tacere, quando non.

Summa.

1. *Quod partes litigantes in judicio propon dicenti non prædicat, niſi ab adverſario ceptetur.*
2. *Ad verba judicis qui tacet, videtur con tire.*
3. *In ſententiis autem non ſufficit contradic eſſe, niſi etiam appelletur.*
4. *ſive id expreſſè fiat, ſive tacitè.*
5. *A definitiva valet appellatio ſine menti cauſæ, ab interlocutoriâ ſecus.*

1. Si ſit aliquis actus, vel aliquid dicatur aut o
ratur in judicio ab una parte, alterâ parte audien
tacente, & non acceptante; non præjudicat dic
vel facienti, aut offerenti. ut eſt textus cum *Glo*
notab. in l. 3. C. de repud. hæred. & ibi *Dd.* & m
mè *Bald.* qui dicit per illum text. *cum Gloſſ.* qu
qui non acceptat verba adverſarii, non poteſt ſe ex

Verbis juvare; idem ſi diſſimulat. Et ideò cautela eſt, quòd adverſarius faciat ſcribere: *tali præſente & acceptante, & in parte & partibus pro ſe facientibus, contra non conſentiente.* Sed ſi judex facit actum aliquem parte præſente, cui diſplicet, debet contradicere. Et ideò ſit cautus, ut in actis apponi faciat *parte præſente & contradicente.* Aliàs, ſi nihil diceret, videretur conſentire, ut probatur *in l. 1. C. de relat.* & ibi 2.
hoc notat *Bart. & Dd.* Idem not. *Bart. in Authent. ſi quis in aliquo documento. in fin. C. de edend. & l. fin. ff. quand. appell. ſit. & Abb. Sicul. in c. intimaſti. extr. de appell.* In ſententiis verò vel in interlocutoriis, ubi appellationi locus eſt, non videtur conſentire, niſi taceat per decem dies, vel per alium actum exprimat conſenſum. *ut l. ab eo. C. quomod. & quand. judex. & l. ad ſolutionem. C. de re judic.* & in *Auth. hodie. C. de appell.* ſecundum *Bart. in d. l. 1. C. de relat.* & non ſufficit, quòd pars, contra quam lata eſt ſententia, contradicat. Quia in actis judicialibus, in quibus poteſt appellari, non ſufficit ſimpliciter contradicere, ſed debet appellari; ut ſingulariter dicit *Innoc. in c. quod ad conſultationem. in fin. extr. de re judic.* quem ſequitur *Ioh. de Imol. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell.* & *Angel. de Aret. in §. præterea quaedam inſtit. de act. in materia actionis ad exhibendum.* Sed in contrarium videtur textus in 3.
Auth. ſi quis litigantium. in princ. C. de Epiſc. audient. in Verbo, contradicat. ubi videtur probari, quòd ſufficiat contradictio infra decem dies, ſecundum *Bald. & Paul. de Caſtr. ibi*: ſed dicas, quòd tunc contradictio ſufficit, & habetur loco appellationis, quando ex aliis cohærentiis apparet, contradictum animo appellandi; puta, *quia petiti ſunt apoſtoli*, vel *quia contradicens ſubmiſit ſe juriſdictioni ſuperioris*, ſecundum *Bald. ibi*, qui ita intelligit illum textum. 4.
Et poſſet hoc procedere in ſententia definitiva, à qua poteſt appellari ſolo verbo ſine expreſſione alicujus 5.

cauſæ. ut *l. 1. in fin. cum ſeq. ff. de appell.* Sed in in-
terlocutoria non procederet, niſi cauſæ gravaminis e-
ſent in contradictione, inſertæ. *l. appellanti. de appel.*
cum ſimilibus. Ideò ex prædictis poteris eſſe cautus
qualiter debeas facere, quando in judicio aliquid fi
apertè vel à judice, quod nota, quia quotidianum.

CCXCII. (229.)

Pro hærede, qui adiit hæreditatem, ſi velit iterum repudiare.

Summa.

1. *Repudiatio hæreditatis aditæ non præjudicat filiæ.*
2. *ſ præjudicat tamen renunciatio.*
3. *De intellectu l. ſicut. C. de repud. hæred.*
4. *Repudiatio hæreditatis jam aditæ valet in præjudicium repudiantis;*
5. *ſ ſicuti & ejus, ad cujus inſtantiam illa facta.*
6. *Nuda voluntate hæreditas repudiari poteſt.*
7. *Qui repudiat hæreditatem, nunquam videtur adiiſſe.*
8. *Improprius ſenſus admittitur, ne verbum nihil operetur.*
9. *Mulieres & minores ignorant proprietatem verborum.*

1. Qui adivit hæreditatem, non poteſt ipſam repudiando amittere, *ut l. ſicut. C. de repud. hæred.* quæ eſt bona lex pro puellis, quæ maritantur à fratribus, qui faciunt eas repudiare hæreditatem paternam vel maternam in locis, in quibus ſuccedunt filiæ, ſicut maſculi,

maſculi, ſicut eſt de jure communi, *ut l. maximum vitium. C. de lib. prater.* Nam ſi filia hæreditatem paternam vel maternam adiverat & poſtea, cum maritatur, ad inſtantiam fratris dicit: *repudio hæreditatem paternam vel maternam*; nihil valet repudiatio, & eâ non obſtante, poteſt partem ſuam avocare. Et ideò debes eſſe cautus frater, ut ſoror non dicat: *repudio*, ſed dicat: *renuntio & dono tibi partem meam, quam habeo, vel habere ſpero in hæreditate paterna vel materna.* quod perpetuò tene menti. Quia Notarii non intelligentes de facili poſſent errare in concipiendo verbo, ſecundum *Dn. Paul. de Caſtr. in d. l. ſicut.* Sed adverte, quòd iſta cautela eſſet neceſſaria, ſi *d. l. ſicut.* intelligeretur indiſtinctè, videlicet; 3.
quòd ille, qui adivit hæreditatem vel in ea ſe immiſcuit, non poſſit ipſam repudiare, nec quoad ſuum commodum vel favorem, nec quoad ipſius præjudicium prout intellexit *Iac. de Aret. & Cyn. ibi:* qui reprehendunt *Gloſſ. penult. ibi:* & pro hoc facit text. *in d. l. ſicut ibi: nec quòd confeſſos in jure pro judicatis habere.* Quia illa verba præſupponunt damnum confitentis. Sed ſi teneremus, quòd illa *l. ſicut.* intelligatur ſolùm, quòd dicta repudiatio non valeret in favorem repudiantis, (quia conveniebatur ille, qui adivit, à creditoribus hæreditariis) ſed in ejus præjudicium, ſic puta, quia conveniebatur ab illo, qui dicebat, *ſe eſſe haredem*; prout intellexit *Gloſſ. & Ang.* Tunc non eſſet neceſſaria iſta cautela, & pro iſta parte, quòd repudiatio hæreditatis jam aditæ valeat in 4.
præjudicium repudiantis, videtur tenere *Gloſſ. penult. & ult. in d. l. ſicut.* & facit ratio, quam allegat; quia dicta repudiatio habet vim cujuſdam renuntiationis. *l. poſtquam liti. C. de pact.* Item, quia iſta procedunt à pari, non poſſe adire, poſtquàm repudiavit; & non poſſe repudiare, poſtquàm adivit. *ut d. l. ſicut.* Sed ſi primò repudiaſſet, deinde interrogatus ab uno, *ſi eſt hæres?* reſpondet, *quòd ſic*, habetur pro hærede,

quantum ad ipſum interrogantem, ut eſt textus *cum Gloſſ. fin. in l. fin. ff. de interrog. act.* & dixi ſupra in
5. *cautela.* Ergò è contra videtur dicendum, quando priùs adivit & poſtea ad inſtantiam unius repudiavit, ut repudiatio ſibi noceat, quantum ad illum, & non quantum ad alios. Quia ſicut operatur propoſitum in propoſito, ita operatur oppoſitum in oppoſito. ut *l. fin. in fin. de leg. 3. & l. ſed & ſi contra tabulas. ff. de vulg. & pupill.* Et not. *Barthol. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. oblig.* Item, quia licet repudiatio non teneret, tamen non licet ſibi vel hæredi ſuo venire contra factum ſuum. *l. per fundum. ff. de ſervit. ruſtic. præd. & l. poſt mortem. ff. de adopt.* Item quia repudiando videtur hæreditatem habere pro derelicta. *l. 1. & 2. ff. pro derelicto.* & maximè, ſi nunquam habuit poſſeſſionem bonorum hæreditatis: quia tunc ceſſat. *l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de*
6. *acquir. poſſeſſ.* Item, quia nihil tàm naturale eſt, quàm eo vinculo unumquodque diſſolvi, quo ligatum eſt. *ut l. nihil tam naturale. ff. de regul. jur.* Sed ſola & nuda voluntate aditur & quæritur hæreditas. *l. pro hærede. in princ. ff. de acquir. hæred.* igitur debet ſola voluntate poſſe amitti, per *d. l. nil tam naturale. & per notata in l. 1. C. de pact.* Item hoc maximè videtur procedere, quando fuiſſet adita hæreditas per cohæredem; quia factâ repudiatione fuit habita pro derelicta & acquiſita cohæredi. *l. 1. §. his*
7. *ita. C. de caduc. toll.* Item, quia repudiando videtur fateri, ſe nunquam adiviſſe; vel, ſi aliquid fecit, propter quod præſumatur adiviſſe; nunquam tamen habuiſſe in rei veritate animum adeundi. Et ſic, quòd verè non adiverit, & ita contra confeſſionem ſuam ipſe vel hæres ſuus contravenire non poteſt. *l. de erunt. §. 1. de interrog. act.* Et ita reperio conſultum per *Bald. in conſilio ſuo 138. quod incipit: Iohannes, Simeonem & Petrum, filios ſuos. in fine. 5. column. verſ.*
8. *circa tertium repetam illud.* Et iſtam opinionem puto

puto veriorem; quia, licet quis non poſſit hæreditatem aditam propriè loquendo repudiare, *ut d. l. ſicut. C. de repud. hæred.* Tamen in ſui præjudicium poteſt, maximè, in caſu noſtræ quæſtionis, in quo verbum repudiatio, niſi aliquid operaretur, nihil valeret. Et ideò, ut potiùs valeat dicta repudiatio, quàm pereat; expone verbum repudiatio pro renunciatione. Nec eſt inconveniens, quòd unum verbum capiatur impropriè, ad hoc, ut aliquid operetur, ut *c. cum dilectus. extr. de conſuet.* & argum. *Gloſſ. notab. in l. & puto. §. 1. ff. famil. herciſc. cum ibi notatis.* Et præſertim, cum dicta verba repudiationis ſint prolata à muliere vel à minore, qui communiter ignorant vim & poteſtatem vocabulorum. Et pro hoc allego *Gloſſ. ſingularem in l. quotiens. C. fam herciſc.* ubi dicit, *quòd omnes teſtatores neſciunt dicere hæredem inſtituo.* Et ex prædictis concluditur, quòd cautela *Dn. Paul.* non eſt neceſſaria, tamen eſt utilis, ut evitentur opiniones. 9.

CCXCIII. (230.)

Pro creditore, ut probet confeſſionem debitoris privatim factam.

Summa.

1. *Confeſſio ſecretò facta quando per teſtes latitantes probetur.*
2. *Valeatne teſtimonium ejus, qui ipſe audit notam vocem, etſi loquentem non videt?*
3. *Rationes dubitandi.*
4. *Vocis ſonus non rarò mutatur.*
5. *Non valet teſtimonium, ſi teſtis non vidit teſtatorem.*
6. *Gloſſa quando interrogat, nihil determinat.*

7. In teſtamentis non idonei ſunt teſtes de a ditu.

8. ſ an in alia ultima voluntate?

9. ſ an in matrimonio & contractibus?

10. ſ an in delictis?

1. Quando quis non poteſt probare per teſtes inſtrumenta vel aliter illud, quod ſibi debetur ab u nec in præſentia teſtium debitor vult confiteri, & c ditor vult extorquere confeſſionem, ita ut poſſit e legitimè probare: Solet adhiberi iſta cautela, ut c ditor faciat venire aliquos teſtes in quadam cam juxta ſuam, in qua poſſit audire ea, quæ in alia dic tur, vel faciat eos ſtare ſuper lecto in eadem cam cortina exiſtente in medio, ut videri non poſſint, ſub lectica: Deinde ducat debitorem in dicta ſua mera, & interroget ſubtili modo, ſeu ingenio, q modo eſt debitor ſuus in tãta quãtitate: &, quòd p mittat ſibi neſcienti, qui interrogatus in præ tia teſtium non confiteretur, credens ab alio non diri, faciliter induceretur ad confitendum, & pro tendum debitum: & poſtea teſtes poterunt exa nari, qualiter ipſi audiverunt talem confitentem bitum & promittentem ſolvere; licet non vide eum, dum tamen habeant ejus loquelam notam
2. viderint ipſum ingredi domum. Et tale teſtim um valebit, & ad hoc communiter allegatur *Glo l. 2. §. idem. Labeo ait cum quæritur. in verſ. au runt. quæ incipit: ſic ergò dixerunt. ff. de aqua p arcend.* quæ videtur velle, quòd valeat dictum t de auditu, quando paries vel cortina eſt in medi ter teſtes & contrahentes. ut not. *Bart. & Dd. §. Labeo. & Cyn. & Dd. in l. ſi non ſpeciali. C. d ſtam.* & videtur eſſe textus cum *Gloſſ. in verb ditu. & ibi Dd. in c. præterea. extr. de teſtib.* & damentum eſt in hoc, quia regulariter valet teſt

nium de ſenſu proprio auditus verborum alterius, quando teſtis habet notam vocem loquentis, licet perſonam loquentem non videat. *ut l. teſtium. cum Auth. rogati. ibi poſita. C. de teſtib.* & 14. *qu.* 2. *can.* 1. & 3. *qu.* 9. *can. teſtes.* & ita tenet *Dn. Matth. de Matthesſilanis. in* 125. *not.* quod incipit: *Nota, quòd regulariter valet teſtimonium.* Sed in contrarium 3.
facit, quod not. *Franc. Accurſ.* & *Cyn. in d. l. ſi non ſpeciali.* ubi dicunt, indiſtinctè non valere teſtimonium, quia in teſte requiritur viſus. *C. de teſtib. l. teſtium. ibi. praſtò fuerunt.* Unde ſecundum *Bald. in d. l. ſi non ſpeciali.* teſtes, qui non poſſunt videre propter obſcuritatem noctis, non probant. Facit, quod not. *in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus cauſa.* & quod dicam in ſequenti cautela. Item in contrarium facit ratio: quia poſſet eſſe, quòd debitor propter infirmitatem vel aliam cauſam mutâſſet vocem ſuam communem. Et propterea teſtes, qui non viderunt eum loquentem, non poſſunt clarè deponere de ipſo. Ergò non videntur concludere. *l. non hoc. C. unde cognati. l. neque natales. C. de probat. cum ſim.* Item, quia poſſet eſſe ſuppoſitus ſuus, qui ejus dicitur debitor, & vocem ſilaret. Nam dicit *Cyn. in d. l. ſi non ſpeciali.* vidiſſe hominem, qui tàm benè transformabat ſe, & voces alterius & loquelam aſſumebat, qui ab uxore illius viri, quem repræſentare conabatur loquendo, putabatur verus maritus eſſe. Item in contrarium videtur textus *in d. l. ſi non ſpeciali.* ibi: 5.
in conſpectu teſtatoris. & *in l. ſi unus.* ibi: *vel coram teſtatore omnes eodem loco. C. de teſtam.* ubi probatur, quòd teſtes debent videre teſtatorem. Item videtur eſſe textus *cum Gloſſ. in d. c. præterea. extr. de teſtib.* ubi videtur probari, non ſufficere teſtes deponere de auditu, cortinâ in medio exiſtente, niſi alia adſint adminicula. Item quia *Gloſſ. in d. l. 2. §. idem Labeo.* non videtur probare id, ad quod allegatur. Quia 6.
Gloſſ. ibi: non videtur determinare, ſed loqui interrogativè,

rogativè, dum dicit, *quid enim ſi paries vel cortina eſt media inter teſtes & contrahentes & teſtatorem?* & ſic ſolùm quærere videtur, & non decidere. Et ita aliqui reſpondent ad illam *Gloſſ.* Ego autem in hac materia quotidiana & utili ita puto eſſe diſtinguendum. Aut loquimur in teſtamento, aut in matrimonio, aut in contractibus vel quaſi, aut in maleficiis
7. vel quaſi. Primo caſu, ſi loquimur in teſtamento, & tunc teneas, quòd non ſufficiat dicta cautela: quia oportet, quòd teſtes videant teſtatorem, per *d. l. ſi non ſpeciali.* & *l. ſi unus. C. de teſtam.* licet *Gloſſ.* dixerit contrarium *in d. l. 2. §. idem Labeo.* quæ communiter in hoc reprobatur *ibi per Dd.* & *in d. l. ſi non ſpeciali. per Cyn.* & *Dd.* Aliqui tamen volunt communiter ſalvare illam *Gloſſ.* dicendo, quòd illa *Gloſſ.* non decidit, ſed loquitur interrogativè, dubitando,
8. ut ſupra dixi. Secus fortè eſſet in codicillis vel donatione cauſa mortis, quia major ſolennitas requiritur in teſtamento, quàm in codicillis, vel donatione cauſa mortis. *l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* conjuncta. *l. fin. C. de codicill.* & *l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* Et hoc vult *Dn. Matth. de Matthef. in d. ſuo notabili* 125. *quod incipit, Nota, quòd regulariter valet*
9. *teſtimonium.* In matrimonio non credo, ut faciant plenam fidem; ſed cum aliis adminiculis, ſicut in *c. præterea cum Gloſſ. extr. de teſtib.* quam ita intelligo. In contractibus verò vel quaſi teneo, quòd probent ſufficienter, ut *not. Gloſſ.* 3. *qu.* 9. *can. teſtes.* & ita poteſt intelligi *Gloſſ. in d. §. idem Labeo.* & per notata *in §. ſi verò abſunt. in Auth. de hæredib.* & *falſ. col.* 1. & per *Cyn.* & *Iac. Butr. in l. teſtium. C. de teſtib.* & per *Specul. in tit. de teſte. §.* 1. *verſ. item quòd cauſa.* & per
10. *Ioh. de Imol. in d. §. idem Labeo.* & *ibi per Dd.* In maleficiis dic, ut dicam in ſequenti cautela, & intellige prædicta, quando teſtes habent notas contrahentium voces, ut not. per *Dd. in jurib. præalleg.* Item intellige, omnia prædicta eſſe ſubjicienda arbitrio judicis,

dicis, qui habeat conſiderare, ſi teſtes habebant verè notas voces, &, ſi decipi potuerunt *per prædicta.*

CCXCIV. (231.)

De probatione maleficij, quod noctu commiſſum eſt.

Summa.

1. *Qui aſſerit, ſe noctu aliquid vidiſſe, probare debet, eam tùm temporis illunem non fuiſſe.*
2. *Quæ de nocte & in multitudine hominum fiunt, juſtè ignorantur.*

Si aliquis fuit accuſatus, quòd de nocte commiſit aliquid maleficium, & teſtes deponunt, ſe vidiſſe; cautela eſt, ut inſpiciatur, ſi illa nocte luna lucebat. Quia ſi non erat lumen lunæ, poterit & debuit capitulari & probari, quòd illa nocte maximè illa hora, quâ dicitur maleficium commiſſum, luna non lucebat; & propter hoc teſtes non potuerunt benè videre; quia nox erat obſcura. Et ſi teſtes aliqui de maleficio dixerint, reprobabuntur; & probatur per *Gloſſ. notab. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ſuper. verſ. ignorantiam. in fin. ibi:* dum dicit, *cum talia fiunt de nocte vel in multitudine hominum. ff. quod metus cauſ.* ſecundum *Bald. & Ang. ibi:* & ita etiam tenet *Bald. in l. Arethuſa. ff. de ſtat. hom.* & in *c. 1. §. porrò. in tit. quæ fuit prima cauſ. amitt. bene. in uſib. feud.* ubi dicit, *Oldradum quendam accuſatum de maleficio commiſſo de nocte defendiſſe* per dictam *Gloſſ.* Et ideò ſi lumen lunæ fuiſſet, valerent dicta teſtium, qui deponerent de maleficio ſecundum *Bart. in ſuo tract. de teſte.* per *l. non minorem. C. de tranſact.*

1.

2.

CCXCV. (232.)

Si dubitetur, utrum electores habean[t] jus eligendi.

Summa.

1. *Electores incerti cum proteſtatione admitt[i] debent.*
2. ¶ *ne noceat electioni, ſi poſtmodum de inhabilitate nonnullorum appareat.*

1 Cum dubitatur, an aliqui debeant intereſſe electioni; & tempus inſtat, ita quòd commodè non poſſit recipi probatio, an de jure hoc eis competat: cautela eſt, ut admitti debeant cum proteſtatione: *ut eorum voces valeant, ſi & in quantum appareat poſtmodum eos debuiſſe intereſſe. ut c. Cumana de elect.* & in

2. *c. in Geneſi. eod. tit.* Non enim nocet electioni, aliàs legitimæ, ſi non habentes vocem fuerint admiſſi cum aliis; ita dicit *Abb. Sicul. in d. c. Cumana. in princ. verſ. ſextò. nota cautelam & practicam.* Quod tu nota pro electione ſummi Pontificis vel Rectoris ſcholarium; ut ſi dubitatur, an aliqui Cardinales poſſent dare vocem vel aliquis ſcholaris, ne deferatur electio; poſſent admitti cum dicta proteſtatione.

CCXCVI. (233.)

Si Notarius inſtrumentum formare non poſſit nolitvè.

Summa.

1. *Ipſi contrahentes Notario dictare poſſunt inſtrumenta:*
2. ¶ *quanquam ſatiùs ſit, ea fieri per ipſum Notarium,*

Multi

Multi Tabelliones reperiuntur, qui neſciunt dictare unum inſtrumentum in forma ſolenni; vel, ſi ſciunt, vellent evitare laborem in dictando. Ideò utuntur iſtâ cautelâ, quia faciunt formam inſtrumenti per aliquem contrahentium ordinari. Et ipſi poſtea ſcribunt, & in publicam formam redigunt. Quæritur, nunquid poſſint? dic, *quòd ſic, ut 12. qu. 2. can. cum redemtor.* ibi: *ſcribenda dictavimus.* Ipſe tamen Notarius per ſe poſtea diligenter conſiderabit ſingula verba. Et quod ei videbitur, emendabit. 1. 2.
Melius tamen eſſet, ſi ipſe per ſe faceret, cum ad hoc teneretur. ut eleganter not. *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. reſtat. verſ. quid de hoc, quod faciunt quotidie Tabelliones.* quem ſequitur *Abb. Sicul. in c. cum Pau. tabellio. in fin extr. de fid. inſtrum.* Quod nota, quia quotidianum eſt, & ſervatur in practica. Et per iſta ſolet defendi quendam Doctorem Medicum, accuſatum Venetiis apud officium Advocatorum communium ex eo, quòd dederat copiam literarum commendatitiarum ad Dn. Notarium Univerſitatis, qui de verbo ad verbum illam transſcripſit, & domino miſit.

CCXCVII. (234.)

Ut impediatur electio.

Summa:

1. *Si electus eſt inhabilis, pendente lite ad officium non admittitur.*
2. *Quod ſi eligendo ſub electionis tempus ſtatus quæſtio movetur, planè excluditur.*
3. *De pœna remotionis durante officio cognoſci poteſt.*

Si quis vult, ut aliquis non poſſit admitti ad officium, ſtante ſtatuto, *quòd quis non admittatur ad officium*

ficium, niſi ſit ciuis, facias, quòd unus moveat litem illi, quem tu vis non habere officium, quòd non ſit civis. Quia pendente illa lite, etiamſi eligatur, non debebit admitti ad illud officium, ut *l. ſi. ut proponis.*
2. *C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Et ibi hoc tenet *Bald. per illum textum.* & ſi tu vis, ut habeat effectum, opponas tempore electionis faciendæ; quia tunc non poterit expediri illa cauſa, & interim alius eligetur, & ſic remanebit excluſus. Sed ſi opponeretur ante, non haberet effectum; quia illa cauſa deberet expediri infra illud tempus, quo facienda eſſet electio ad hoc, ut poſſit eligi, ſi verè eſſet civis, per text. notab. *in l. 1. ff. de gland. legend.* & per ea, quæ ibi not. *Bart.* quòd non. Et facit *l. jubemus. C. ad L. Iul. repet.* & quod not. *Bald. in extravagant. de pace conſtant. in ult.*
3. *chart. in princ. verſ. & not.* ubi dicit, quòd quantùmcunque imponitur pœna remotionis, durante officio poteſt cognoſci de crimine; nam ſi expectaremus finem officii, fruſtra fieret amotio, *ut d. l. jubemus.* Sed non videtur curandum de iſta cautela; quia donec durat hæc contentio, non currit tempus officii per ea, quæ not. *Bald. & Dd. in l. contra majores. C. de inoff. teſtam.* & *Bart. in l. 2. §. non ſolum. ff. ad Tertull.* Sed potes dicere, quòd cautela procedit, quando de neceſſitate de præſenti debet fieri electio ſucceſſionis.

CCXCVIII. (235.)

Pro reparatione molendini everſi.

vid. ſupr. 198.

Summa.

1. *Si deſtructum eſt molendinum, proteſtatio fieri debet de retinenda loci poſſeſſione.*
2. *Quo caſu alius eo invito locum occupare nequit.*

Quia

Quia hoc manè legimus. *l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium tabularum. ff. de edend.* ubi *Gloſſ.* facit mentionem de molendino; propterea ponamus unam cautelam in materia molendinorum. Nam ſi aliquis habuit molendinum fixum in terra & ſub aqua, quod impetu fluminis vel aliter deſtructum eſt; ſi non reædificatur, perditur poſſeſſio, ut habetur in *l. fin. ff. de uſucap.* Et ideò cautela eſt, ut nunquam perdatur poſſeſſio; quòd fiat proteſtatio, de qua conficiatur publicum inſtrumentum, *quòd non obſtante deſtructione intendit tenere & poſſidere locum ad alveum fluminis*; & debet unum ſignum facere, puta apponere palos ligneos in aliquibus locis, vel partibus clauſuræ molendini. Nam ex illis lignis, vel antiquis molendini, vel etiam novis apparebit, ipſum retinere poſſeſſionem fluminis vel alvei pro molendino, maximè ſtante dicta proteſtatione; & tunc invito ipſo non poterit alius occupare dictum flumen, vel ibi ædificare; ut eleganter dicit *Ang.* quem ſequitur *Ioh. de Imol. in d. l. fin. ff. de uſucap.* de qua quæſtione vide latiùs per *Bart. & Dd. in d. l. fin.* & per *Bart. in d. l. quo minus. in 16. quæſt. ff. de flumin.* ubi plenè tractat materiam molendinorum. Et ego dixi plenè de iſta quæſtione *in tract. meo de Servit. in tit. de aqua duct. in 9. quæſt. principali circa princ.*

1.

2.

CCXCIX. (236.)

Contra judicem moroſum.

Summa.

1. *Judex ſuperior negligentem inferiorem compellere poteſt.*
2. *Litigans quoque ab ejus negligentia appellare.*

Si judex eſt moroſus in procedendo, aut ſimulat 1.

 procede-

procedere ad ulteriora, & tamen non facit, dic,quòd cautela eſt, ut pars vadat ad ſuperiorem illius judicis, & faciat ipſum compelli, ut procedat; ut habetur in *c, 1. extr. de ſupplend. neg. prælat.* Facit, quod not. *Bart. in tract. repræſſaliar.* & quod not. *Bald. in c. 1. in princ. in tit. de mil. vaſ. qui contum. eſt in uſib.*
2. *feud.* Et ita practica ſervatur quotidiè. Secunda cautela eſt, ut pars ipſa humiliter inſtet coram judice, ut debeat procedere ad ulteriora; quod ſi non facit; gravata poterit appellare. Et hæc duo remedia ponit *Ioh. Andr. in c. dilecto. de præbend. in novell.* & vide ad hoc *Bald. in fin. C. de ſentent. & l. 2. C. ut lit. pend.*

CCC. (236.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Judex negligens tenetur parti læſæ.*
2. *& punitur, etiam tùm, quando minuit pœnam ordinariam:*
3. *eâdem pœnâ, quâ delinquens erat afficiendus.*
4. *notatur infamiâ.*
5. *Contra negligentem judicem opus eſt proteſtatione.*

1. Si judex eſt negligens in judicando, vel differt judicare, ſcienter tenetur alteri parti læſæ, *ut Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto. in princ. & l. ex maleficiis. §. ſi judex. ff. de act. & oblig. & l. fin. ff. de var. & extraord. cogn.* & ibi hoc not. *Bart. Bald. & Ang.* & alii *in l. mancipia. C. de ſervis fugit.* & *Bart. in l. non quicquid. ff. de judic. & Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. quomod. & quand. judex. & Bald.* & alii *in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. & Bald. in l. obſervare.*

obſervare. §. proficiſci. in 18. *quæſt. ff. de offic. proconſ. & in c.* 1. *§. judices. in* 3. *colum. in tit. de pac. jurand. firm. Bart. Ang. & Imol. in l.* 4. *§. in eo. ff. de damn. infect.* & per *Ang. in Auth. ſcenicas non ſolum fidejuſſorum. coll.* 5. & per *D.d. in l. ſi quando. C. de teſtib.* & *l. ſi quis in ſcribendo. C. de pact. cum ſimilib.* Et licet ſit dubium, an hoc caſu faciat litem ſuam; an verò puniatur? ut habetur in dictis locis, & maximè per *Ang. in d. l. mancipia.* tamen dico, quòd punitur iſta negligentia, etiam quando judex eſt negligens in puniendo, & in faciendo dari pœnam parti, quæ ei dari debet per alteram, ex diſpoſitione juris communis; ut ſingulariter vult *Angel. in d. Auth. Scenicas non ſolum &c. in princ.* per illum textum, qui dicit, quòd facit litem ſuam. Et idem tu dicas, quando imponit minorem pœnam, quàm deberet, *ut l. nulli. in fin. C. ne ſacr. baptiſm. reiter.* Et in his duobus caſibus, quando eſt negligens in puniendo, vel minus punit, quàm debeat, minuendo pœnam ſine cauſa legitima juxta notata *in l. quid ergo. §. pœna gravior. ff. de his, qui not. infam. & in l. & ſi ſeverior. C. eod. tit.* eâdem pœnâ tenetur judex, quâ delinquens venit puniendus; ut eſt caſus ſingularis in *d. l. nulli.* Item etiam infamatur, ut eſt caſus unicus in *l. ſervos. in fin. C. ad L. Iul. de vi publ. & privat.* ſecundum *Hoſti. & Ioh. Andr. & Anthon. de Butrio. in can. de cauſis. de offic. deleg.* & ita etiam tenet *Ludov. de Roma. in ſingulari ſuo* 78. *quod incipit: Tu hæres.* Et adde, quod not. *Bald. in Auth. Statuimus. C. de Epiſc. & Cler.* Sed advertas, quòd in dubio judex non præſumitur fuiſſe in negligentia, niſi pars fuerit proteſtata; ut not. *Innoc. in d. l. damni. §. Sabini. in fin. ff. de damn. infect.* Ideò ſis cautus, ut, quando judex contrahit cauſam in longum; & proteſteris de pœnis juris, ſi non procedit in cauſa, vel ſi condemnat vel punit in minori ſumma vel pœna, qua debeat. Et ita alias obſervavi; & adde, quæ dixi in præcedenti cautela.

2.
3.
4.
5.

CCCI. (237.)

Pro debitore, ſi velit particularem ſolutionem admitti.

Summa.

1. *Particularis ſolutio debitori proficua, creditori minùs.*
2. *Debitor nomine unius fidejuſſoris creditori poteſt ſolvere;*
3. *& hoc pacto pignoris partem liberare.*
4. *Prædicta non procedunt, ſi fidejuſſores beneficiis ſuis renuntiârunt;*
5. *ſed ſi ſimpliciter aut pro parte ſint obligati.*

1. Creditor non cogitur recipere particularem ſolutionem debiti. *l. tutor. §. Lucius. ff. de uſur. & l. quidam exiſtimaverunt. ff. ſi cert. pet.* & ibi hoc plenè notat. Et eſt ratio, quia particularis ſolutio ſolet parere multa incommoda creditori, ut *l. plane. ff. famil. erciſc.* & not. *Gloſſ. in 16. quæſt. 1. can. revertimini. in princ. in verbo: expletis.* & habetur *in l. cum hi. §. in can. ff. de transact.* & econtra ſolet parere multa commoda ipſi debitori ſolventi; ad quod vide, quod notat *Bart. in l. 2. in princ. de debitor. civit. C. lib. 11.*
2. Sed cautela eſt, quòd creditor cogatur recipere particularem ſolutionem. Nam ſi ſunt dati fidejuſſores per debitorem; creditor tunc nomine unius fidejuſſoris cogetur recipere particularem ſolutionem. Et ideò debitor ſolvat nomine unius; quia poterit, ut eſt textus ſingularis *in l. in bis. §. ſi duos. ff. de fidejuſſ.* & ita notab. dicit *Angel. in l. qui pignori. ff. de pign. & in l. fin. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv.*
3. Et ſimiliter etiam ſis cautus, quando creditori tuo

pignorâſti;

pignorâſti plures res; quia, licet non teneatur unam relaxare, nec pignus pro ea re liberare, niſi ſoluto toto debito, *ut l. qui pignori. & l. quamdiu. C. de diſtr. pignor.* tamen ſi erunt dati fidejuſſores; ſolvendo pro uno, liberabitur una res pignorata pro illa ſumma ſoluta. Et prædicta intellige vera, quando fidejuſſores eſſent obligati ſimpliciter. Quia tunc haberent beneficium diviſionis, juxta notata in *Auth. præſente. C. de fidejuſſor. & in corpore unde ſumitur.* vel quando ſe pro certa parte obligârunt; ſecus ſi ſe obligâſſent in ſolidum, *renunciando beneficio epiſtolæ D. Adriani, & Authenticæ præſente de fidejuſſor. & beneficio de duobus reis debendi*, ſicut communiter fit per fidejuſſores. Quia iſto caſu quilibet fidejuſſorum teneretur in ſolidum; & hoc caſu, ſicut creditor non cogeretur recipere particularem ſolutionem ab uno fidejuſſore; ita nec etiam à debitore pro eo. Unde ſis cautus, quando vis poſſe ſolvi particulariter; des plures fidejuſſores, qui ſe obligent ſimpliciter, vel quilibet eorum pro certa parte.

4\.

5\.

CCCII. (238.)

Ut evitetur pœna ſecundarum nuptiarum.

Summa.

1. *Pœna ſecundarum nuptiarum.*
2. *Mater in bonis liberorum ex priore matrimonio fit tantùm uſufructuaria.*
3. *Ceſſat hæc pœna, ſi ſecundæ nuptiæ fiunt conſenſu liberorum ex primo matrimonio.*

Si mater tranſit ad ſecunda vota infra annum à morte primi viri, patitur multas pœnas de jure civili; de quibus habentur in *l. 1. C. de ſecund. nupt.* & ſi tamen 1.

ſit poſt annum, patitur pœna, de qua in *l. fœmina. C. de ſecund. nupt.* quæ eſt, ut, ſi moriatur unus filius ex primo matrimonio, mater quidem ſuccederet pariter cum filiis & fratribus defuncti utrinque conjunctis in plena proprietate pro virili portione, ut in *Authent. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 1. & in Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg.* & in *Auth. defuncto. C. ad Tertull.* ſed hoc procedit, ſi non tranſiviſſet ad
2. ſecunda vota; Nam ſi tranſivit, antequam ſuccederet filio, vel etiam poſt, efficitur de proprietaria in effectu uſufructuaria; & eâ mortuâ omne id, in quo ſucceſſit, acquiritur filiis primi matrimonii; nec de eo poteſt teſtari vel aliter diſponere; ut eſt caſus in *l. fœmina. C. de ſecund. nupt.* & in *Auth. de non eligendo ſecundò nub. §. 1. coll. 1. cum ſimil.* Et idem juris eſt in patre tranſeunte ad ſecunda vota, ut teneatur reſervare filiis primi matrimonii id, in quo ſucceſſit filio; ut not. *in rubr. prædicta de non eligendo ſecundò nub.* & not. *Azo in ſumma C. de ſecund. nupt.* & *Bart. in d. l. Fœmina.* & eſt communis opinio; &
3. ita ſæpè conſului. Sed ne pater aut mater teneantur reſervare prædicta bona filiis primi matrimonii, & quòd remaneant veri proprietarii; cautela eſt, ut tranſeant ad ſecunda vota filiis primi matrimonii volentibus & conſentientibus; ut eſt *Gloſſ. ſing. in Authent. de non eligendo ſecundò nub. §. 1. in verbo: copulantur*; quæ dicit: *invito filio*, & non plus. Et illam gloſſellam aliqui non habent, ſed debet eſſe; quæ vult à contrario ſenſu; *quòd filio non invito, ſed volente, ſecus eſſet*: de quo habetur per *Ludov. de Rom. in ſingulari 250. & in ſuo conſilio 218.* & habetur per *Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœn. nom.* & per *Ang. in Authent. de non eligendo ſecundò nub. §. 1.*

CCCIII.

CCCIII. (238.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Si defunctus ſuperſtiti licentiam dedit transeundi ad ſecunda vota, ceſſat pœna.*

Item eſt alia cautela, quòd, quando alter conjugum vult tranſire ad ſecunda vota; ut priùs petat licentiam ab altero; quam conceſſa, ſi tranſit ad ſecunda vota poſt annum à morte conjugis, non cadit in aliquam pœnam; ſecus ſi infra annum; ut ſingulariter not. *Bald. in l.* 1. *C. de ſecund. nupt.* de quo dicatis, *ut ibi per eum.* 1.

CCCIV. (239.)

Pro eo, qui metuit torturam.

Summa.

1. *Si judex infenſus minetur torturam, reus appellare poteſt.*
2. *Confeſſio hac ratione extorta eſt ipſo jure nulla.*

Si quis timet, ne contra jus ponatur ad torturam; puta, quia fortè judex comminatus eſt ei; appellet: poteſt enim appellare, quando judex injecit terrorem, *ut l. ſi quis provocatione. C. de appell.* & not. *Innoc. in c. cum ceſſante. extr. de appell. & Bald. in rubr. C. comminat. epiſt. & in d. l. ſi quis provocatione.* Quo caſu confeſſio ſecuta erit ipſo jure nulla. *l.* 1. *ff. nil nov. appell. pen.* Nec eſt in hoc articulo opus, ut ſuperior inhibeat; quia periculum eſt in mora. Ita eleganter 1. 2.

dicit *Bald. in d. rubr. in fin. penult. colum.* Et ideò, ſi vis, quòd confeſſio facta in tormentis & poſt ratificata non valeat; cautela eſt, ut priùs appellet, antequam ponatur ad torturam.

CCCV. (240.)

Vt fraudentur creditores.

Summa.

1. *Si debitor rem vindicans patiatur vinci, victoria præjudicat quoq; creditori.*
2. *nisi conſtet de colluſione.*

1. Ad hoc, ut debitor fraudet creditores ſuos, ut nihil habere poſſint; cautela eſt, ut deſinat poſſidere, & poſtea agat rei vindicatione contra poſſidentem & patiatur ſe vinci. Nam hoc caſu ſi creditor ſcivit, ſuper tali re moveri litem per debitorem, vel debitori, & patitur debitorem litigare, ſententia lata adverſus debitorem; in tali re nocebit etiam creditori. Tamen
2. ſi appareret de colluſione debitoris, nihil prodeſſet talis cautela. *l. ſi ſuſpecta. in princ. de inoffic. teſtam. & l. ſi proluſorio. in princ. ff. de appell.* aliàs ſic, ut *l. ſuperatus. circa fin. ff. de pignor.* Et hanc cautelam ponit *Ang. in d. l. ſi ſuperatus. & Bald. in l. pen. ff. de petit. hæred.* quam cautelam tibi non trado, ut ea utaris ad malū; ſed ut ſcias cavere à volenti uti contra te.

CCCVI. (241.)

Pro eo, qui ex turpi cauſa aliquid promiſit.

Summa.

1. *Res ob turpem cauſam data repeti nequit.*

2. *pignus*

2. ✻ *pignus tamen vindicari poteſt.*
3. *Spoliatus non auditur, ſi agat condict. ob turp. cauſ.*
4. *Maritus ratione dotis interdum non habet beneficium competentiæ.*
5. ✻ *& hæres ante inventarium confectum conveniri poteſt.*
6. *Quod per dantem repeti non poteſt ob turpem cauſam, cedit fiſco.*
7. ✻ *ſcilicet ſi tranſlatum eſt dominium.*
8. *Quod pro ſuffragio obtinendo datur; repeti non poteſt.*
9. *Pignus in turpi cauſa datum à fiſco non vindicatur.*

Legimus hodie. *l. jurisgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pact.* ubi eſt una *Gloſſ. notab.* quæ dicit, quòd ſi aliquid eſt datum uni ex cauſa turpi ex parte utriuſque, ſcil. tàm dantis, quàm recipientis, puta, ut homicidium faciat juxta *l. generaliter. & l. ſi plagij. ff. de verb. oblig.* vel datum eſt aliquod officiali, qui tenetur denunciare maleficia, ne denunciet maleficium commiſſum, quod eſt turpe ex parte utriuſque, *ut l. ſi à reo. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de fidejuſſ.* vel ſi eſt data pecunia judici pro ſua indemnitate in caſu, quo condemnetur in Syndicatu ſi malè judicaverit. Quibus caſibus illud, quod eſt ſolutum, repeti non poteſt. Quia in pari cauſa turpi melior eſt conditio poſſidentis; ut eſt caſus in *l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & notat. per *Gloſſ. in d. §. ſi ob maleficium.* Sed ſi ſunt data pignora pro dictis cauſis, vel aliqua earum, etiam ſecuto implemento ex parte recipientis; poteſt ille, qui tradidit pignus, agere rei vindicatione contra detinentem pignus, tanquam 1. 2.

contra quemlibet extraneum poſſidentem vel reti-
nentem rem non ſuam juxta *l. officium. ff. de rei vind.* ut dicit *Gloſſ. in d. §. ſi ob maleficium.* per *l. de eo. §. penult. & fin. ff. ad exhibendum.* licet non poſſet repetere per condictionem ob turpem cauſam, ut dixi. Et ſic eſt jus in modo agendi pro repetitione: ſicut dicitur in ſimili, quòd licet ſpoliatus ſit ante omnia re-
3. ſtituendus. *l. ſi quis à ſe fundum. C. ad L. Iul. de Vi.* etiam ſi eſſet prædo. *c. in literis. extr. de reſtit. ſpol.* tamen ſi intentaret condictionem ob turpem cauſam, non debeat audiri, ut notat *Bart. & Dd. in d. l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & ſicut dicitur in ſimili
4. de marito, qui ſi convenitur actione de dote, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt. *l. ſi maritus. ff. ſolut. matrim.* ſecus ſi conveniatur rei vindicatione, ut habetur in *l. Neſennius. §. fundum. ff. de re judic.* & in *l. ex diverſo. ff. ſolut. matrim.* Similiter dic.
5. de hærede conficiente inventarium, quòd non poteſt conveniri infra tempora conficiendi inventarium, ſecus ſi conveniatur actione reali; ut habetur in *l. fin. §. donec. C. de jur. delib.* Et licet non poſſit repeti quod datum eſt, pro condictione ob turpem cauſam quando turpitudo eſt etiam ex parte utriuſque, ut *l. penult. ff. de condict. ob turp. cauſ.* tamen, ſi data ſunt
6. pignora, poſſunt vindicari; & fiſcus auferre poteſt ab indigno, ut dicit *Gloſſ. in d. §. ſi ob maleficium in fi.* quod intellige ſecundum *Bald. ibi.* quando fuit translatum dominium & acquiſitum indigno, juxta notat.
7. *in l. 1. C. de hæred. inſtit.* & ita loquitur *l. Lucius. ff. de jur. fiſc.* ſecus, ſi non tranſivit dominium, ſicut eſt in pignore dato. *l. pignus. C. de pign. act.* Et ideò ſi ſcholares faciunt conventiculas illicitas, puta de caſſando aliquem Doctorem legentem abſque legi-
8. tima cauſa, ſi dant pecuniam, vel libros vel aliam rem, ut promittatur ſibi vox vel ſuffragium; non poteſt repetere ille, qui dedit: quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. Sed fiſcus poteſt auferre ab illo

illo indigno recipiente, & applicabitur ipſi fiſco, ut *d. l. Lucius. ſecundum Gloſſ. in d. §. ſi ob maleficium.* Sed ſi dedit pignora, ex quo non tranſtulit dominiũ, 9.
poterit illa repetere per rei vindicationem *per prædicta*; nec fiſcus poterit auferre ab indigno dante vel recipiente. Et ideò cautela eſt pro promittente, ut potiùs det pignora, quam det rem transferendo dominium; quia dando pignora ſine periculo poterit recuperare, ſed transferendo dominium non poterit, nec recipiens poterit retinere; quia auferetur ab eo, & applicabitur fiſco, quod eſt notandum.

CCCVII. (242.)

Pro eo, qui metuit futuram litem, quando ſibi deficiunt probationes.

Summa.

1. *Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari non poſſunt, ſi nobis lis non movetur.*
2. *ſed tùm, ſi adverſarius diffamet, aut nobis ſit obligatus.*
3. *Juriſdictio contentioſa requirit contradictorem.*
4. *Interdum licitè ſubornatur, qui nobis dicam ſcribat.*

Si poſſideo quandam rem, quæ mea eſt, & de 1
dominio meo habeo teſtes, ſed timeo, ne moriantur; & timeo de Sempronio, ne his mortuis moveat mihi quæſtionem dominii; quia fortè rés illa quondam fuit ſua, vel ſuorum majorum, ut *C. de probat. l. ſive poſſidens.* Quomodo mihi ſuccurretur, adverte. Quia licet teſtes poſſint examinari ad perpetuam rei memoriam, ut in *Authent. ſi quis ab aliquo. C. de teſtib.* & not. per *Gloſſ. & Dd. in l. in L. Aquil. ſi debitum ff. ad L.*

ff. ad L. Aquil. & in *c. quoniam frequenter. extr. ut lite non conteſtat.* & iſte proceſſus ſit extraordinarius, tamen cum aliquo fundari debet. *ut l. inter litigan-*
2. *tes. ff. de judic.* Aut ergò mihi movetur de hoc quæſtio, puta diffamando, *quòd res non ſit mea*, habeo adverſarium fundatum ex diffamatione, ut *l. diffamari. C. de ingen manum.* & *l. cum Titia. ff. de accuſ.* & *athletas. ff. de falſ.* & in *c. licet. extr. de accuſ.* Eodem modo, ſi habeo adverſarium fundatum ex aliquo antè geſto, qui poſſet mihi movere quæſtionem, puta, quia jam fui ſibi obligatus; licet fecerit mihi pactum de non petendo. Aut nulla materia extat quæſtionem; tunc iſtud judicium non poteſt fundari; quia non eſt, cum quo fundari poſſit: & ſic
3. portet ſilere. Et ideò, ubi nec ex ſpeciali materia, puta, ex contractu vel quaſi, delicto vel quaſi, eſt vel eſſe debet adverſarius certus; nec ex generali materia eſt adverſarius veriſimilis: tunc non poteſt fundari proceſſus examinis teſtium ad perpetuam rei memoriam: quia non eſt, cum quo ſeu contra quem. Quia natura jurisdictionis contentioſæ requirit adverſari-
4. um. Unde cautela poteſt eſſe, quòd per interpoſitam perſonam quis faciat ſe diffamari; tunc cum illa perſona fundaretur judicium; & occaſione illius poſſet citari facere cœteros, qui volunt contradicere, ut *C. ſi minor ab hæred, ſe abſtin. in Auth. ſi omnes.* & habes ſimile. *ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum me abſente.* ut dicit *Bald. in Authent. ſi quis ab aliquo C. de teſtib. in 2. colum. verſ. ſed hîc dubitatur de tali quæſt.* quod nota pro illis, qui habent poſſeſſionem & non habent inſtrumenta de dominio; & alii, quorum antiquitùs fuerunt, habent inſtrumenta de ſuo quodam dominio antique.

CCCVIII. (243.)

De ſimulatis contractibus.

Summa.

1. *Tres ſpecies ſimulationis prohibitæ.*
2. *Ruſticorum imaginariæ venditiones, ut evitent onera.*
3. *Contractus modico tempore duraturus eſt ſimulatus.*
4. *Statutum Veronenſe de Advocatis.*
5. *De ſimulationum ſpeciebus remiſſivè.*
6. *Licitum eſt pro mutuo ſimulare depoſitum.*
7. *Qui ex cauſa dotis eſt debitor, poteſt ſe obligare, ut depoſitarium.*
8. *Valet ſimulatio, quæ mihi prodeſt, alteri non nocet.*

Tres ſunt ſpecies ſimulationis. Una, quando 1.
um agitur tacitè inter contrahentes, & aliud exprimitur. Et de iſta loquitur *tot. tit. C. plus valere, d agitur, quàm quod ſi.* & *c. ad noſtram. extr. de mpt. & vend.* & *c. illo vos. de pignor.* & *l. juris gentium. §. dolo malo. in fin. ff. de pact. cum ſimil.* Se- 2.
unda ſpecies eſt, quando aliquid ſimulatè exprimiur, & nil in effectu agitur inter partes. Exemplum, i ruſticus donat vel vendit quotidie poſſeſſionem ſum civi, ut evitet onera & factiones; tamen tacitè agitur, quòd contractus ſit nullus. Quia non intendunt, quòd ſit donatio vel venditio; & de iſta loquiur *l. nuda, C. de contrah. ſtipul.* & *l. imaginaria. ff. de reg. jur.* Tertia ſpecies eſt, quando partes inten- 3.
dunt verè aliquid agere, ſed contractus modico tempore eſt duraturus; & propterea præſumitur ſimulatus

tus. Exemplum, quod mihi Bononiæ conting dum ibi eſſet bellum maximum, & unus, qui habebat ſalvum conductum pro perſona & rebus ſuis, volebat portare ſub ſalvo conductu libros meos; & volebat, quòd ſibi donarem verè ad hoc, ut poſſet jurare libros eſſe ſuos; & poſtea dum eſſet Ferrariæ, mi-
4. hi reſtitueret. Quod tamen facere nolui. Nam ſi feciſſem, fuiſſet tertia ſpecies ſimulationis. Vel pone aliud exemplum, quod vidi de facto: *ſtatutum eſt in civitate Veronæ, quòd nullus poſſit intrare collegium Doctorum, niſi inter alia habeat ſummam Azonis & omnes lecturas Bart.* Unus, qui non habet lecturam *Azonis* vel omnes *Bart.* facit iſtam ſimulationem. Quia dicit amico: *Dones mihi tuam ſummam Azon. & Bart. pro die tantum ex animis meis; & quod donatio non duret ultra, ad hoc, ut poſſim jurare cum veritate me habere ſummam Azon. & Bart. poſtea tibi*
5. *reſtituam.* Nam hæc eſt tertia ſpecies ſimulationis, de qua loquitur *l.4.§. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. tu. generali.* Et de iſtis tribus ſpeciebus ſimulationis vide *in elegante conſilio Bart. quod incipit: Petrus Nic.* & per *Paul. de Caſtr. in d. l. juris gentium. §. dolo malo.* Et iſtæ tres ſpecies ſimulationis fiunt de actu prohibito ad permiſſum, & ſunt de jure prohibitæ, ut pa-
6. tet ex prædictis. Poteſt addi quarta ſpecies ſimulationis quæ fit de contractu permiſſo ad contractum permiſſum: quia de uno tacitè agitur, qui erat permiſſus, & exprimitur alius, qui ſimiliter eſt licitus: ſed nolo, quòd fiat inſtrumentum de mutuo, ſed depoſito ad hoc, ut faciliùs poſſim te convincere per *l. fin. C. depoſ.* Certè talis ſimulatio eſt licita, ex quo fit de permiſſo ad permiſſum. Vel pone aliud exem-
7. plum. Maritus, qui non habuit totam dotem, fecit inſtrumentum de tota dote recepta ſolenniter: ſed quia verè deficiebant aurei puta centum, voluit, quòd ſocer confiteretur, *ſe habere in depoſitum centum aureos*, cum in veritate eſſet debitor ex cauſa dotis. Certè

Certè valet iſta ſimulatio, ut probatur in *l. Lucius Titius cum haberet. ff. depoſit.* & not. *Bald. in rubric. C. eod. tit.* Et ideò ex prædictis ſis cautus, quando viscontrahere cum uno verè, & ex illo contractu non eſſet tibi ſufficienter, vel faciliter ſuccurſum, ut tu poſſis inſtrumentum facere, vel de alio contractu, qui habeat faciliorem expeditionem, ſicut eſt contractus depoſiti, ut dixi. Quia nullus contractus eſt prohibitus, & nemo decipitur. Et ita ſæpiùs obſervatur. 8.

CCCIX. (244.)

Ut valeat pactum legis commiſſoriæ in pignoribus.

Summa.

1. *Quare illud pactum jure noſtro improbatum.*
2. *valet, ſi fiat ex intervallo.*
3. *aut ſi pignus emtum ſit juſto pretio.*
4. *quid, ſi caveatur, pretium certis arbitratoribus æſtimandum?*

Pactum pignoris & legis commiſſoriæ factum à parte debiti eſt reprobatum à jure; quando ſcil. datur pecunia debitori; vel etiam efficitur debitor ex aliâ re; & debitor dat pignus creditori cum pacto, *quòd ſi non ſolvit debitum infra certum tempus, pignus ſit emptum pro precio debiti.* Quia lex præſumit, quòd debitor, qui indiget aliâ re, & non poſſet ſolvere, daret pignus multò majoris precii, quàm ſit debitum; & ſic faciliter deciperetur. Ideò lex vult, ut non valeat, *ut l. 1. 2. & fin. C. de pact. pign. & l. commiſſ.* Quod fallit, quando illud pactum pignoris fieret ex intervallo poſt debitum contractum: quia non præſumitur eſſe in tanta neceſſitate, *ut L. Titius. ff. de conſtit.* 1. 2.

conſtit. pec. & ibi hoc not. *Bart.* & alii *Dd.* & idem not. *Bart.* & omnes *Dd. in l. quamvis.* aliàs incipit, *Callippo. ff. de ſolut.* & *Bart. in l. ſi fundus. §. fin. ff. de pignor.* Item fallit, quando pactum eſſet, *ut pi-*
3. *gnus eſſet venditum juſto precio*; quia tunc ceſſaret omnis deceptio præſumpta, ut eſt caſus notab. *in d. l. ſi fundus. §. fin.* & ibi hoc not. *Bart.* & hoc caſu fieret æſtimatio per judices; ut habetur per *Bart. in l. 2. & fin. C. de pact. pign. & l. eod. & l. fin. C. de jur. dom. impetr. & d. l. ſi fundus. §. fin. & in d. l. quamvis.* & *in d. l. Titius.* Et ex hoc infertur cautela, qua utuntur fœneratores Bononienſes ex conſilio Advocatorum & procuratorum antiquorum: videlic. quòd fiat pactum pignoris & legis commiſſoriæ; *ut, ſi non ſolvatur pecunia, pignus ſit emptum pretio æſtimando per talem, & tales arbitratores, quos ex nunc partes eligunt.* ut notab. dicit *Bart. in d. l. fin. C. de pact. pign.*
4. *& l. eod. & in d. l. ſi fundus. §. fin. de pign.* Nam poterunt convenire primo caſu coram illis arbitratoribus ſeu æſtimatoribus de æſtimando pignus pro pretio debiti, licet multum plus valeret. Sed ſi de iſta conventione conſtaret, diceretur fieri fraus legi; & non valeret per *l. fraus. cum ibi notat. ff. de legib. & l. non dubium. C. eod. tit.* conjuncta. *l. doli. §. diverſum. ff. de novat.*

CCCX. (245.)

Ne filius teneatur ex ſtatuto ad ſolutionem æris alieni à patre contracto.

Summa.

1. *Valet ſtatutum, quòd filij teneantur ad debita patris, etiamſi non ſint hæredes.*
2. *& id quod non extendendum ad exhæredatos,*

Lites

Licet regulariter filius pro debito vel facto patris 1.
non teneatur, ut in *tot. tit. C. ne fil. pro patre.* & habetur per *Gloſſ. ord.* 1. *q.* 4. *in ſumma.* & per *Gloſſ.* 24. *q.* 3. *in ſumma.* & in *c. non debet. de re iud. in* 6. & per *Salic. in l. quiſquis. §. filij. C. ad Leg. Iul. Maieſt.* In quibus locis habetur, in quibus caſibus filius teneatur pro patre, vel non. Tamen, ſi ſtatutum eſt, *quòd filij mercatoris tenentur ad debita patris, etiamſi non probentur hæredes, vel conſtet, quòd repudiaverunt hæreditatem patris*; illud ſtatutum valet, licet ſit durum. Quia valeret factum inter eos iuxta notata in *rubr. C. de decret. decurion. lib.* 10. Et procedit etiam illud ſtatutum regulariter, etiamſi filii non eſſent hæredes patris, ut ſentit *Gloſſ. in l. dotis tua. C. de iur. dot.* ſecundum *Bald. ibi.* Sed remedium eſt, quòd filii non 2.
teneantur, videlicet, ut pater exhæredent eos. Nam exhæredati habentur pro mortuis, & inviti repelluntur ab hæreditate paterna; unde non debet intelligi ſtatutum de illis, ſed ſolum de illis, qui de iure XII. tabb. erant ſui neceſſarii, *arg. l.* 1. *§. pen. ff. de contra tabul.* ſecundum *Bald. in d. l. dotis tua. in fin.* facit *l.* 2. *ff. quòd cum eo.* Quod ego intelligo. niſi exhæredatio eſſet facta in fraudem, in cauſa ficta & non vera, *arg. l.* 1. *§. is quoq;. in fin.* ibi *ſi ſine fraude hoc factum ſit. ff. de collat. bon.* & *l. fraus cum ibi notat. ff. de legib.*

CCCXI. (246.)

Ut liberi teneantur ex mutuo à patre contracto.

Summa.

1. *Quando pater pecuniam acceptam convertit in alimenta liberorum, hi creditoribus tenentur.*

1. Quid, ſi pater eſt pauper, & accepit pecuniam mutuo? Nunquid ſit aliqua via, per quam filii poſſint conveniri ex illo contractu? tu diceres, *quod non. per tit. ne filius pro patre.* dicas; *quod ſic.* Quia ſi pater convertit illam pecuniam in alimenta filiorum, qui poſtea ſunt effecti divites, tenebuntur ad illud debitum patris. Ita ſingulariter notat *Bart. in l. his ſolis. arg. illius text. in libro meo eſt. ff. de condict. indeb. & ibi. Doct.* quem ſequitur *Ludov. de Rom. in ſuo ſingulari* 213. *quod incipit: Pater erat pauper.* Et ideò tu creditor ſis cautus, ut dicatur in inſtrumento, *quòd mutuas pecuniam illam, vel bona, ut pater poſſit alere filios,* ad hoc, ut res ſit magis clara, *arg. l. fin. ff. de exercito.* quod nota. Quia ſæpè evenire poteſt de facto, tempore, quo eſt neceſſitas victus.

CCCXII. (247.)

Pro exhæredato, ut poſſit ex bonis paternis quid conſequi.

Summa.

1. *Pater poteſt prohibere, ne exhæredatus aliquid conſequatur.*
2. *non autem, ne alimenta petat.*
3. *quæ judex ſub certa aſſignatione debet decernere.*
4. *Limitationes ſuperioris regulæ.*

1. Si pater habens duos filios, unum exhæredavit juſtè, & alium hæredem univerſalem inſtituit, & ei in teſtamento expreſsè prohibuit, *ut nullo unquam tempore daret vel concederet aliquid de bonis ipſius teſtatoris ſibi relictis filio exhæredato, fratri ſuo; & ſi unquam daret, vel concederet, quòd cadat à dicta hæreditate applicanda communi ſeu Cameræ fiſcali, vel pauperibus,*

peribus, niſi in quantum dictus frater inſtitutus eſſet coactus, vel de jure teneretur aliquid dare de dictis bonis: An poſſit remedium aliquod adhiberi, ut filius 2.
exhæredatus poſſit aliquid petere vel habere de dictis bonis paternis à fratre ſuo, non obſtante dicta prohibitione, ita ut frater non cadat in aliquam pœnam? Et dicas, quòd cautela poteſt eſſe, ut filius exhæredatus petat à fratre ſuo alimenta coram judice, quoniam judex tenebitur ſibi decernere alimenta etiam in bonis patris. Nam frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, quantumcunque malè merentem reſpectu patris. Ad hoc enim tenetur ex perſona ſua, ut *l. cum plures. §. in primis. & l. tutor ſecundum dignitatem. §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* & nota in *l. non omni. C. de adminiſtr. tut.* Nec poteſt pater hoc interdicere; quia talis patris prohibitio eſt contra jus naturale, quod eſt immutabile. *Inſtit. de jure nat. gent. & civil. §. ſed naturalia.* Et propterea judex 3.
aditus ſuper alimentis debebit condemnare fratrem locupletem pauperi ſuper proteſtatione alimentorum, & aſſignabit aliquam poſſeſſionem ad alimenta, quæ afferat reditum ſufficientem ad ipſa alimenta, ut *l. ſi quis argentum. C. de donat.* Et iſta erit alienatio neceſſaria, quæ non prohibetur, ut *l. alienationes. ff. famil. erciſc. & l. peto. §. prædium. de legat. 2.* & ita conſulendo tenuit *Bald. in conſilio ſuo* 253. *in ordine meo incipiente: Verb. teſtib. præmiſſis diſponentis &c.* Ego autē intelligo hoc eſſe verum, quando fi- 4.
lius inſtitutus non haberet alia bona propria, quàm paterna. Quia tunc non cogeretur præſtare alimenta de dictis bonis prohibitis, per jura & rationes, de quibus ſupra. Sed ſi frater haberet alia bona, quàm paterna; non teneretur, nec poſſet de bonis paternis alienari prohibitis præſtare alimenta fratri exhæredato; quia ceſſaret fundamentum. de quo ſuprà. Item intelligo, niſi frater exhæredatus ex opera ſua commodè victum lucrari poſſet. *arg. Gloſſ. not. in l. ſi*

quis de liberis. §. ſed ſi filius. quæ incipit: *operari. ff. de lib. agn. & Gloſſ. in l. ſi maritus. in id. ff. ſolut. matrim. & Gloſſ. in l. ſi quis argentum. in §. pen. C. de donat. & Gloſſ. in Authent. de trien. & ſemiſſ. §. pen. in verbo, Idonei. coll.* 3. & per ea, quæ not. per *Dd. in dictis juribus.*

CCCXIII. (248.)

Si prohibitum ſit in favorem banniti aliquid proponere.

Summa.

1. *Nihil ſit contra prohibitionem, ubi primariò intenditur utilitas publica.*
2. *Illuſtratur exemplo.*
3. *& præjudicio.*

1. Si ſtatuto cavetur, ut nullus poſſit aliquid rogare vel proponere, quod ſpectet ad favorem alicujus banniti, ſub aliqua pœna: an ſit dare aliquam cautelam, ita, quòd poſſit proponi vel rogari pro bannito, ſine pœna? dic, *quòd ſic.* Una eſt, quando fieret principaliter in favorem rei publicæ, licet ſecundario tenderet in favorem banniti. Quia principalis intentio debet atendi, ut probatur in *l. ſi quis nec cauſam. in princ.* conjuncta *Gloſſ. in l. fin. ff. ſi cert. pet.* & in *l.* 1. *§. unde quærit Offilius. ff. de exercit.* & in *l. ſi is, qui. §. quod ſi ſervus. ff. de acquir. rer. dom.* & per id, quod *ibi* not. *Bart. & per text. cum Gloſſ. & ibi Bald. in l.* 1. *§. hujus ſtudii. ff. de juſtit. & jur.* & per not. *in l. qui exceptione. ff. de condict. indeb.* & per *Bald. in l. non ſolum ff. de in integr. reſtit. cum ſimil.*
2. Et ita in ſpecie hujus cautelæ tenet *Iac. Butr. & Salic. in d. l. ſi quis nec cauſam. in fin. princ.* & ponunt exemplum, de quo ſuprà. Et dicunt, quod, ſi contingit,

tingit, dum tractaretur de nominando unum bonum capitaneum pro guerra: quidam nominant aliquem pro bono & ſufficienti, qui erat bannitus; propter quod dicebatur nominans incurriſſe, pœnam ſtatuti. Sed *Iac. Butr. & Salic. ibi* dicunt, *quòd non.* Quia principale propoſitum fuit favore rei publicæ, non autem pro bannito loqui principaliter, ſed conſecutivè: quod principale propoſitum, & non conſecutivum, debet attendi per prædicta. Et ita fuit aliàs 3.
obſervatum Venetiis in quodam nobili Veneto bannito, poſtea electo pro Capitaneo in bello navali. Tu verò potes ponere multa alia exempla hujusmodi; videlicet, ſi eſſet prohibitum abrogare vel loqui in aliquo collegio, puta, contra aliquod ſtatutum ſub certa pœna, poterit loqui contra illud ſtatutum, ſi intentio loquentis eſt loqui principaliter in favorem collegii. Et idem dicas in ſimilibus; quod perpetuò tene menti, & adde, quæ dicam in duabus cautelis ſequentibus.

CCCXIV. (249.)

De ſtatuto, quod prohibet ſuſpenſionem vel abrogationem.

Summa.

1. *Statutum Florentinum contra rebelles.*
2. *Autor ſtatuti quando pœnam poſſit ſuſpendere.*

Alia cautela ſimilis præcedenti poteſt adhiberi. 1.
Puta, dicit ſtatutum communis Florentiæ, *quòd in favorem rebellium nihil poſſit proponi vel ſtatui, vel per ſtatutum ſuſpendi, & ſi ſecus fiat, ſtatuentes eo ipſo ſint rebelles, & eorum bona ſint Cameræ fiſcalis.* Nunquid poterunt cives ſuſpendere contra ſtatutum prohibens ſuſpendi? Dic, *quòd ſic.* ut *l.* 2. *C. de ſerv.*

export. quia ante pœnam commiſſam commune Florentiæ eſt ſuæ rei moderator & arbiter, *l. in re mandata. C. mandat. & ff. de ſerv. export. l. ſi quis hac l.*
2. Nam ſuum negocium eſt, non Eccleſiæ, & ante pœnam commiſſam licitum eſt ſtatuere ſuper principali; ergò & ſuper pœna. *ff. de eo, quod cert. loc. l. fin.* commiſſa autem pœna ſecus eſſet. Unde auctor contractus vel ſtatuti ante pœnam commiſſam, poteſt eſſe auctor totius diſtractus, ut ſingulariter notat *Bald. in d. l. 2. C. de ſerv. export.* quod perpetuò tene menti. Et adde, quæ dicam in ſequenti cautela pro complemento & ampliori declaratione iſtius.

CCCXV. (249.)

Ejuſdem argumenti.

Summa.

1. *Collegium non poteſt ſibi legem dicere, ut non liceat ab eadem recedere.*
2. *Prohibitione de ſuſpenſione ſtatuti ſuſpenſa, ipſum ſtatutum ſuſpendi poteſt.*
3. *Si prohibita ſit ſuſpenſio ſtatuti, primùm illa clauſula ſuſpendi debet.*
4. *Statutum Paduanum de Profeſſoribus Academicis.*
5. *Quomodo contra illud electio facta.*
6. *An valeat, quod ſit contra ſtatutum?*
7. *Statutum, quod reſpectu certæ perſonæ eſt prohibitorium, non infirmat actum contrarium.*

1. Poteſt tertia cautela etiam adhiberi in materia legis vel ſtatuti, prohibentis aliquid proponi vel rogari in aliquo caſu, ſub pœna & ſub annulatione actus,

actus, etiamſi ſtatutum diceret, quòd non poſſit ſuſpendi ipſum ſtatutum. Videlicet, quòd primò proponatur per aliquem de conſilio vel collegio, quòd illa pars ſtatuti, quæ dicit, *quòd ſuſpendi non poſſit*, ſuſpendatur ſaltem pro illa vice tantùm; quod fieri poteſt impunè. Quia illi de conſilio vel collegio non potuerunt ſibi legem imponere, de qua nullo modo recedere liceret. *l. ſi quis in princ. teſtamenti. in princ. de leg.* 3. & nota *Canoniſtæ in c. dilecto. extr. de præb.*
Qua ſuſpenſione facta remanebit ſtatutum ſine prohibitione ſuſpenſionis; & tunc ſecundo loco debebit ſtatutum ſuſpendi, vel in totum vel in parte, prout voluerint quis convenire; quod fieri poteſt, prout eleganter vult *Paul. de Caſtro in l.* 1. *in princ. in* 2. *col. ff. ad L. Falcid.* allegando *Bart. in l.* 1. *C. de pet. bon. ſub. lib.* 10. licet in meo Bartolo nihil dicatur de ſuſpenſione. Sed dictum eſt in ſe verum, per ea, quæ ſupra dixi. Et facta dicta ſecunda ſuſpenſione de dicto ſtatuto prohibitorio, poterit quis loqui contra ſtatutum in totum vel in parte; quia pro tunc nullo modo obſtabit, ex quo interim eſt ſuſpenſum, & reformatione facta contra ſtatutum, donec ſtabit ſuſpenſum; valebit dictum ſtatutum. Et ita vult *Paul. de Caſtro in d. l.* 1. *in princ. ff. ad L. Falcid.* Et ſi in ſtatuto eſſet una alia clauſula, videlicet, *quòd non poſſit ſuſpendi illa pars ſtatuti, quæ dicit, ſtatutum non poſſit ſuſpendi*: tunc eſſet neceſſe, quòd primo loco ſuſpenderetur illa clauſula; & facta ſuſpenſione de ea, poſtea deberet ſuſpendi illa, quæ diceret, quòd ſtatutum non poſſet ſuſpendi; & ſic ſucceſſivè, ut ſupra dictum eſt, etiamſi eſſent mille prohibitiones, quæ prohiberent ſuſpenſionem. Quia non poſſunt tot opponi prohibitiones etiam ſuſpenſionis, quin poſſint illæ ſuſpendi, ut ſupra dictum eſt. Quia nemo poteſt ſibi imponere legem &c. ut ſupra dixi, quod perpetuò tene menti; quia habui de facto in collegio Doctorum Paduæ, ubi erat ſtatutum, *quòd*

Margin numbers: 2. (beside "Qua ſuſpenſione…"), 3. (beside "de Caſtro in d. l. 1…"), 4. (beside "quod perpetuò tene menti…")

quis non poſſit eſſe de collegio, ſi habuerit ſeptem ſuffragia in contrarium; nec poſſit poſtea ſibi fieri gratia intrandi collegium, niſi poſtea habuerit omnia ſuffragia; & , quod dictum ſtatutum non poſſit tolli vel ſuſpendi ſub certa pœna, & nemo poſſit loqui contra dictum ſtatutum ſub eadem pœna. Ego dixi, ſi volebant, ut poſſit habere gratiam intrandi, & ſufficerent ſibi ſuffragia majoris partis collegii, juxta *l. quod major. ff. ad municipalis. cum ibi not.* & juxta not. *in c. cum omne. extr. de conſtit.* remedium erat, ut primò ſuſpenderetur illa particula ſtatuti, quæ dicit: *quòd ſtatutum non poſſit ſuſpendi.* Secundò facta illa ſuſpenſione ſuſpenderetur poſtea totum ſtatutum. Tertio loco reciperentur ſuffragia ſingulorum de collegio, quia tunc ſufficeret major pars per *d. l. quod major. cum ſimil.* Et ita factum & obtentum fuit.

5. (margin number beside "dictum ſtatutum")

6. Sed ſi iſta cautela non obſervaretur, & ſtatutum ſimpliciter aliquid proponi vel peti prohibet; & dubitaretur, an ſi eſſet facta reformatio contra ſtatutum, valeret vel non? diſtinguendum eſſet. Aut prohibetur petitio ſeu propoſitio reſpectu rei; & tunc reformatio non valebit: quia illa videtur etiam eſſe prohibita, & ita debet intelligi. *d. l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. cum Gloſſ.* quæ dicit: *cujus prohibetur petitio, ejus prohibetur conceſſio.* & ad hoc allegat concordantes.

7. Aut prohibetur perſonam petere ſeu proponere. Pone exemplum ſecundum *Ang. in l. 1* Si diceret ſtatutum, valeret; *quòd nullus Magnus poſſit arrogare.* Nam ſi arrogaret, & arrogatio affirmaretur, valeret per *l. univerſa. C. de prec. Imperat. offer.* Hoc tamen, quod dixi de perſona prohibita arrogare, non haberet locum in perſona excommunicata per *c. 1. de reſcript. in 6.* ſecundum *Bart.* qui ita eleganter dicit *in d. l. 1.* quem ſequitur *ibi Ang. & Paul. de Caſtr. in d. l. 1. in princ. ff. ad L. Falc.*

CCCXVI.

CCCXVI. (250.)

Pro agnatis, qui impugnant legitimationem liberorum.

Summa.

1. *Legitimatio per ſubſequens matrimonium non valet, ſi cum concubina alias nuptiæ eſſent prohibitæ.*
2. *Matrimonium inter nobilem & fœminam viliſſimæ conditionis moribus improbatur.*
3. *Si agnati probent, concubinam non fuiſſe dignam matrimonio, legitimatio non valet.*
4. *& maximè ſi probent, illam turpiter vixiſſe.*

Debes ſcire, quòd, ſi quis habet concubinam, 1. & ex ea filios procreavit; ſi poſtea ipſam ducat in uxorem, & conficiantur dotalia inſtrumenta; per illud ſubſequens matrimonium legitimantur. *l. cum quis. & l. nuper. C. de natural. lib. & Inſtit. de nupt. §. fin. cum Gloſſ. & c. tanta. extr. qui filij ſint legit. cum ſimil.* Sed audi unam ſingularem limitationem: quoniam iſtud debet intelligi, ſi talis mulier erat matrimonio digna; ſecus ſi digna non fuiſſet matrimonio: ut quia fortè meretrix erat, vel mulier viliſſimæ 2. conditionis, & pater nobilis & dives. Quia cùm iſtud matrimonium non potuerit cum honeſtate contrahi, non legitimantur filii ante matrimonium nati & concepti. Quoniam tale matrimonium ob mores improbatum eſt, & ideò non ſortitur effectum legitimationis filiorum. Ita dicit ſingulariter *Ang. in Authent. quib. mod. natur. effic. legit. §. ſed aliud. per illum text. coll. 6.* & dicit, quòd habuit de facto. Et ideò tu ſis benè cautus, qui vis infringere 3. legitimationem, & patri tanquam agnatus vel cogna-

tus ſuccedere, excluſis filiis, tanquam non benè legitimatis, ut videas, ſi illa concubina erat digna illo matrimonio: quod faciliter poterit tibi contingere. Quia ut plurimùm concubinæ non honeſtè vivunt. Nec videntur eſſe dignæ matrimonio propter earum
4. utilitatem. Sed adverte: quia *textus in d. §. ſed & aliud.* videtur ſolum loqui de concubina, quæ peccavit, puta, quia meretrix, vel turpiter & inhoneſtè vixit. *ut ibi, quæ etiam ſemetipſam injuriavit. & inſt. ibi: in ſecundo verò. per id, quod illa peccavit &c.* Et prædictis adde *Gloſſ.* notab. *in Auth. quib. mod. natur. effic. leg. §. ſit ergò licentia. in princ. in verb. non permittimus. coll. 6.* quæ dicit, *quòd filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium, niſi ſit talis mulier, quæ poſſet commodè in uxorem haberi.* & idem vult *Bald. in c. illud. in fin. pen. col. extr. de præſumpt.* & adde, quæ dicta in ſequenti cautela.

CCCXVII. (251.)

De legitimatione, quæ fit per nominationem filij.

Summa.

1. *Si pater in publico inſtrumento naturalem nominat ſimpliciter filium, videtur legitimare.*
2. *Si unum ex fratribus ita appellavit, etiam reliqui legitimantur.*
3. *Et hos uſus obſervat, ſi copia Imperatoris aut Comitis Palatini non ſit.*
4. *ſ modò cum matre eorum nuptiæ conſiſtere potuerunt.*
5. *Declaratur exemplo & autoritatibus.*
6. *An nominatio illa procedat, ſi exſtent legitimi?* 7. *an,*

7. *ꝰ an, ſi non ex liberrima voluntate patris ſit facta?*
8. *Ex nominatione patris præſumitur matrimonium;*
9. *ꝰ non item ex nominatione matris.*
10. *An filius naturalis non aliter niſi per ſubſequens matrimonium poſſit legitimari?*
11. *Affirmat Gloſſ.*
12. *Negat Cæpolla.*
13. *De hac legitimatione remiſſivè.*

Legitimatio fieri poteſt multis modis, de quibus per *Ang. in Auth. quib. mod. natural. effic. ſui in §. fin. in fin. & in §. quid vero. eod. tit.* Et inter alios modos unus eſt; Si pater habens filios naturales de libera muliere, quæ ejus uxor eſſe poterat, nominat illos ſuos ſimpliciter, non dicendo naturales, in teſtamento vel in ſcriptura inſtrumenti publici, ſive propria manu ſubſcripti, habente ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum, vel ſub geſtis monumentorum, i. e. in figura judicii. Quia per iſtam nominationem iſti filii naturales efficiuntur legitimi, & eodem jure utuntur, quod legitimis confertur; ut eſt textus *in Auth. ut licet matr. & avia. §. hoc autem & illud. coll. 8. & transſumptivè habetur in Auth. ſi quis. C. de natur. liber.* & not. *Gloſſ. magna. circa fin. Inſtit. de libertin. §. fin.* & eſt text. *cum Gloſſ. in verbo. ſimul. in Authent. quib. mod. natur. effic. leg. §. ſi verò ſolummodò. & Gloſſ. in §. fin. eod. tit.* & not. *Ang. in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. fin. in fin.* Facit in ſimili textu *in l. 1. §. ſimiliq; modo. C. de Lat. libert. toll. & c. ſi aliquando. cum Gloſſ. extr. de ſent. excomm.* 1.

Et idem eſt, ſi pater unum ex filiis naturalibus appellavit filium,: quia per hoc intelligitur omnes legitimare, ut eſt textus in *d. §. hoc autem & illud.* 2.

illud. & *in d. Auth. ſi quis in fin.* quod *Bald. ibi* dicit eſſe mirabile & nota. Et ideò ſit cautus filius naturalis, natus ex concubina, ut, ſi poteſt, procuret, quòd pater appellet ipſum filium ſuum in teſtamento, non dicendo naturalem vel alio modo nominando, ut ſupra dixi. Quia tunc efficeretur legitimus &
3. ſimiliter pater, ſi vult hujuſmodi filios naturales legitimare, & non poteſt habere copiam Imperatoris vel Comitis, habentis poteſtatem legitimandi, vel ſi non vult expendere aliquid pro legitimatione, ut nominet filium eo modo, ut dictum eſt. Et ita aliàs vidi obſervari Veronæ per quendam Bertherum Placentinum Notarium valdè peritum; dum ſcriberet teſtamentum unius, qui habebat filium naturalem
4. tantùm. Sed tu, qui vis opponere illi legitimationi, ſis cautus, ut reſpicias, an mater filiorum naturalium fuerit digna matrimonio, habito reſpectu ad conditionem ſuæ perſonæ, & ad conditionem amaſii ſui patris eorum. Quia ſi non erat digna, non legitimabuntur filii per ſimplicem nominationem filiorum: ſicut nec legitimantur per ſubſequens matrimonium, ut dixi in cautela præcedenti. Et ita vult ſingulariter *Ang. in Authent. quib. mod. natur. effic.*
5. *leg. §. 1.* Et idem vult etiam *Ang. in d. Auth. ſi quis.* qui dixit, quòd tunc legitimantur filii per nominationem, quando non erat turpe tali patri concubinam in uxorem capere. Et ponit exemplum, quia concubina erat viliſſima, Amaſius autem erat magnus, nobilis & dives. Non enim erat veriſimile, voluiſſe facere illud, quod honeſtè non poterat. *ut l. filius. ff. de condit. inſtit.* Facit *l. nepos Proculo. cum ibi notat. ff. de verb. ſign.* Et idem conſuluit *Bart.* & *Franciſc. Tigrini. de Piſ.* & *Ang. de Melia.* & *Hugo Peloni.* ut refert *Ang. in d. §. ſed & aliud.* qui dicit, quòd idem tenet *Ioh. Andr. in c. per tuas. extr. qui filij ſint legit.* qui vult, *quòd tunc legitimentur filij, quando per patrem fuerint filij nominati in teſtamento.* & *c. ſi*
mater

mater eorum tunc rebus ſic ſtantibus poterat contrahere matrimonium ſimul cum patre. & idem tenet *Ang. in d. §. Sed & aliud. circa ſin.* & idem tenet *Bald. in d. Authent. ſi quis. in fin. per illum text. in verbo: poterat.* quod debet intelligi de jure & de facto, ſecundum naturam & bonos mores. Allegat. *ff. qui & à quib. in l. ſi rogamus.* debuit allegare. *l. ſi rogatus. §. matrimonij. ff. de manum. vindic.* aliàs non fieret legitimatio. Et dicit, *quòd ita conſuluit Bart.* in quo conſilio limitavit illam *Authent. ſi quis. multis modis.* Item adverte etiam: quia quoad hoc, ut filii naturales legitimentur per dictam nominationem; requiritur, quòd non extent filii legitimi & naturales: quia ſi extarent, non efficerentur legitimi: & ita tenet *Gloſſ. in Auth. ſi quis. ſub dubio fortè. licet ſecundum eum hoc non reperiatur in corpore,* unde ſumitur, *quando extant legitimi vel non.* Et iſtam opinionem tenet *Ang. in Authent. quib. mod. natur. effic. legitim. §. ſi quis ergò. per illum text.* & idem vult *in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi quis igitur fuerit. & in §. fin. in fin. eod. tit.* Item prædicta intelligo eſſe vera, niſi pater nominaſſet filium propter importunitatem filii, hoc petentis, *arg. l. 1. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10.* cum ibi notat. & per not. per *Ang.* & alios in *l. fin. C. ſi quis aliq. teſtari prohib.* Item quando pater eſſet multùm occupatus circa alia. *arg. c. ſi aliquando cum ibi notat. per Gloſſ. & Dd. extr. de ſent. excomm.* Item quando eſſet in articulo mortis cogitatione turbatus, juxta *l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſtam. fac. poſſ.* niſi aliter appareret de ſpontanea voluntate patris, per *notata in dictis juribus. & in l. jubemus, C. de teſtam. cum ſimil.* Item, quòd dixi, oportere, ut iſta concubina poſſit eſſe uxor digna; intellige tunc, cùm amaſius pater verba protulit. Præſumitur enim cum ea contrahere matrimonium: & ideò legitimantur filii, & mulier, quia ſtetit in habitu concubinæ, præſumitur

6.

7.

8.

tur conſentire ſecundum *Angel. in d. Auth. ſi quis.* qui dicit, *nota ſingulariter iſtum caſum pro baſtardis.*
9. Sed quid erit de amaſia ſeu concubina, quæ in teſtamento ſuo, vel in inſtrumento publico *filium ſuum* naturalem nuncupaverat, ſine iſta adjectione *naturalem?* an intelligatur eum legitimare per iſta verba: *Ang. in d. Authent. ſi quis.* dicit, *quod non.* Quia iſta legitimatio inducitur ex matrimonio præſumpto, *ut dixi.* Sed non eſt ita veriſimile, quòd ama-
10. ſius velit amaſiæ matrimonio conſentire. Sed iſtud, quod dicit *Ang.* de matrimonio præſumpto, non videtur poſſe procedere per id, quod notat idem *Angel. in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. §. ſi quis ergo. in fin.* qui dicit ſingulariter per *Gloſſ. ibi. quæ incipit. i. e. non permittimus naturales.* juncto *text. ibi.* quod filius naturalis nullo modo poteſt legitimari per patrem, niſi per ſubſequens matrimonium, confectis dotalibus inſtrumentis, quando matrimonium con-
11. trahi poteſt. Et ideò ſubdit, quòd ſit cautus Advocatus, ut videat, ſi tempore, quo pater fecit teſtamentum, in quo voluit filios ſibi effici legitimos ſucceſſores, vel eos in teſtamento vel alia legitima diſpoſitione ſolenni filios ſimpliciter appellaverit; ſi vivebat mater filiorum naturalium, nec ne? Nam ſi vivebat, & pater dicto tempore poterat cum illa contrahere matrimonium; per illa verba non inducitur legitimatio filiorum. Quia ex quo cum muliere prædicta poterat contrahere matrimonium, non potuerunt filii legitimari, niſi per matrimonium ſubſequens. Et pro iſta opinione dicit eſſe caſum in *§.*
12. *ſi verò. eod. tit.* Sed ego teneo, non eſſe verum; immò per iſtam nominationem legitimantur filii, i. e. declaratur, *fuiſſe matrimonium contractum inter ipſum & matrem filiorum, quæ videbatur concubina ſeu amaſia*, & per conſequens declaratur, *filios eorum legitimos.* Quia ex illis verbis inducitur matrimonium præſumptum per prædictam nominationem

matrimo-

matrimonii inter ipſum & matrem filiorum; ut probatur in *Auth. ut licet matr. & avia. in §. ad hac autem & illud. ibi: ex hoc enim & cum eorum matre monſtratur matrimonium fuiſſe legitimum, col. 8.* De quibus omnibus vide pleniſſimè per *Andr. de Roſellis in ſuo tractatu legitimationum lib. 1. in tit. de matrimonio præſumptivo*, ubi latiſſimè examinat materiam hujus cautelæ, ubi omninò vide, & habetur plenè per *Bart. in conſilio ſuo*, quod incipit *Habens filium.* & in alio, quod incipit, *Nerudius Coraduci. &c. Et Iac. de Bel. in d. §. ad hac autem. & Bart.* & omnes *Dd. in d. Auth. ſi quis. C. de natur. liber.* & per *Gloſſ. & Ioan. Andr. & Canoniſtas in c. per tuas. extr. qui filij ſint legit. §. fin. & per Goffr. in ſumma. eod. tit. & in §. octo modis.* & vide omninò *Gloſſ. magnam in fin.* & quod ibi notat *Bald. in 2. colum. in princ. in verb. nono imponitur. & ibi etiam Raph. C. quib. res judic. non nocet.*

CCCXVIII. (252.)

Pro iis, qui Monacho volunt relinquere.

Summa.

1. *Monacho relinqui poteſt uſusfructus cum conditione, ne Abbas illi moleſtiam creet.*
2. *an ergò pœna committatur, ſi Abbas jure id faciat?*
3. *Pœna facto impoſſibili impoſita non valet.*
4. *Abbas quo caſu vindicare nequeat uſumfructum Monacho relictum.*

Eſt quæſtio; ſi unus reliquit Monacho uſumfructum alicujus rei, & ſi Abbas faciat ei quæſtionem, 1.
vel

vel eum moleſtet, talis reliquit extraneo vel ſub conditione, ſi Abbas moleſtaverit eum, ut caderet à legato? Nunquid, ſi Abbas movet quæſtionem Monacho, vel eum moleſtet, quia non vult Monachum habere uſumfructum, dicendo, *quod non poteſt habere proprium*, juxta *Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.*
2. *& c. 2. extr. de ſtatu Monacho.* an cadat à legato? *Gloſſ.* format iſtam quæſtionem in *l. Lucius. §. tres hæredes in Verbo: de omni*, quæ incipit *quid ergò. ff. ad Trebell. & ibi. per Bart. & alios. & per Cyn. in l. quotiens. in fin. C. de his, quæ ſub modo.* & per *Bart. in Authent. excipitur. in fin. C. de bonis, quæ lib.* & plenè per *Bart. Bald. & Ioh. de Imol. in l. ſi alienum. in princ. ff. de hæred. inſtit.* & per *Bart. in ſua diſp.* quæ incipit, *Quidam donavit.* ubi diſputat iſtam quæſtionem. *& Bald. plenè in l.1. in 7. quæſt. & 5. opp.*
3. *C. de his, quæ pœna nomine.* Sed ut ceſſent dubitationes in iſta quæſtione, cautela eſt; ut teſtator non diſponat per viam pœnæ; quoniam impoſitio pœnæ, quando procedit factum impoſſibile de jure vel de facto, non valet. *l. cerdonem. ff. de oper. liber.* & in *l.1. C. de his, quæ pœna nomine.* Sed dicat: *relinquo quousq; Abbas facit quæſtionem, & ex tunc non relinquo.* Ita dixit notab. *Bald. in d. l. 1. in 7. quæſt. & Paul. de Caſtr. in d. §. tres hæredes.* Dicunt tamen,
4. quòd Abbas pro eo, quod habuit Monachus ante controverſiam, poterit controverſiam facere & illi auferre. Sed in hoc erit utilis cautela; quia ante controverſiam poterit Monachus uti & gaudere uſufructu; quod eſt notabile pro parentibus & amicis, qui volunt aliquid relinquere Monacho vel Monachæ, ut eo gaudere poſſit aliquo tempore.

CCCXIX.

CCCXIX. (253.)

De ſtatuto, quod jubet probationem fier i per inſtrumenta.

Summa.

1. *Debitor hoc caſu tenetur creditori conficere inſtrumentum debiti.*
2. *ſi nolit aut neget debitum, probatio per teſtes non eſt prohibita.*

Statuta quandoque diſponunt, *quòd ultra viginti libras vel aliquam certam ſummam debiti non poſſit probari debitum, neq; ſumma debiti per teſtes, ſed per inſtrumentum.* Sed cautela poteſt adhiberi, ut probatio per teſtes facta proſit: Videlicet, ut ego, qui tibi mutuavi centum & ultra ſummam à ſtatuto limitatam, agam contra te, ut mihi conficias inſtrumentum debiti, de quo in *l. plures apochis. C. de fid. inſtrum. & in l. 2. C. de ſuſcept. & arcar. lib.* 10. & ſi tu negas, *te debere mihi aliquid*, potero probare per teſtes; & ſi tu opponas mihi *de ſtatuto prohibente probationem fieri per teſtes*, replicabo, *illud eſſe verum, quando ex probatione teſtium reſultat condemnatio ſienda ad reſtitutionem ejus, quod petitur.* Sed in caſu noſtro non reſultat condemnatio: ſed ſolummodo, ut conficiatur inſtrumentum; quod eſt diverſum à diſpoſitione ſtatuti. Ita ſingulariter dixit *Bartholomæus de Sal. in l. Sancimus. §. fin. in fin. C. de donat. in fin.* & hanc cautelam perpetuò tene cordi, ſecundum eum. 1. 2.

CCCXX. (253.)

Ejusdem argumenti.

Summa.

1. *Si adverſarius non opponat de inhabilitate probationis, fieri illa poteſt per teſtes.*
2. *Spoliatus non reſtituitur, ſi admittit quæſtionem dominii.*
3. *Contra præſumptionem juris, & de jure probatio ſubſiſtit, ſi ab adverſario admittatur.*
4. *idem in cauſa criminali, ſi non excipiatur contra procuratorem.*
5. *Qui juravit pecuniam ſibi numeratam, an & quando habeat exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
6. *Multa per exceptionem invalida ſunt, quæ aliàs non ſunt inutilia.*

1. Stante ſtatuto, de quo in præcedenti cautela; *quòd non poſſit debitum probari per teſtes, ſed tantum per inſtrumentum.* ſi quis tamen teſtes produxit ad probandum debitum, & non fuerit ei oppoſitum per adverſarium, *quòd non debet audiri,* vel non fuerit repulſus; probatio tenet, ut not. *Bald. & Ludov. de Rom. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum pet.*
2. Facit *c.* 1. *extr. de reſtit. ſpol.* ubi dicitur, quod licet ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, nec admittatur quæſtio dominii, *ut ibi. & l. ſi quis à ſe fundum. C. ad L. Jul. de vi.* Tamen ſi ſpoliatus eſt paſſus de dominio quæri, debet ſuccumbere; ut eſt caſus *in d. c.* 1. *& ibi Dd.* & not. *Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 6. combinatione. ff. de acquir. poſſ.* & in *l.* 1. *§. ſi is cui. ff. de nov. oper. nunc.* Item ad hoc ad-
3. duco doctrinam *Innoc. in c. fraternitatis. extr. de frig. & malefic.* qui dicit, quòd, licet contra præ-

ſumptio-

ſumptionem juris & de jure non debet admitti probatio in contrarium, *l. antiquæ. C. ad Vellej.* & *l. 1. C de arbitr. tut.* niſi per confeſſionem partis, ut eſt *Gloſſ. notabilis in l. in contractibus. in princ. C. de non num. pec.* & habetur in *Auth. ſed jam neceſſe. C. de don. ante nupt.* & per *Gloſſ. in corpore unde ſumitur.* & per *Bald. in rubr. C. de probat. cum ſimilib.* tamen ſi fuit admiſſa probatio, valet. Et idem vult etiam *Innoc. in c. cum Bartholdus. de re judic.* & *Io. de Imol. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig.* & *Ang. de Aret. Inſt. de act. §. ex maleficiis.* Item pro hoc allego *Gloſſ. notab. in l. quamvis indubitati. C. de adulter.* quæ vult, quòd licet in cauſa criminali non admittatur procurator vel alia perſona; *ut l. ſervum quoque. §. publicè. ff. de procurat.* & *l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. jud.* & *c. tua. extr. de procur.* Si tamen fuit admiſſus procurator, valet judicium, & idem *Gloſſ. ordinaria in terminis. in v. criminalis. in c. 1. de judic. in 6.* & *ibi Dd.* & *Spec. in tit. de procurat. §. 1. verſ. ſed pone, qua in tali cauſa.* & *vide Abb. Sicul.* qui dictam *Gloſſ.* ſingulariter inducit ad multas quæſtiones, *extr. de offic. deleg.* Item allego ad hoc, quod not. *Bald. in l. ult. ante fin. verſ. quid ſi juramentum. C. de non num. pec.* qui dicit, quòd ſi juramentum non opponitur ſolutioni, ſed veritati. Quia jurat quis, *ſibi verè fuiſſe numeratam*, non habet locum *d. l. ult.* quia non poteſt allegare, ſe perjurum. Facit *l. non aliàs. cum ibi not. ff. de jurejur.* Si tamen admiſſus eſt ad probandum negativam, & probaverit eam; quia tunc perjurium eſt detectum, poteſt ipſum allegare juxta not. *in d. l. non alias.* Et per prædicta ſit cautus ille, qui non poteſt admitti, ut procuret, ut admittatur; & quod judex vel pars ſibi non opponat, & ſimiliter adverſarius ſit cautus, ut opponat & proteſtetur, quòd non debet admitti ad probandum, vel audiri ut procurator; aliàs valeret probatio & judicium. Idem dicas in ſimilibus caſibus; quod bene

4. 5. 6.

nè nota in practica, & adde, quæ dicam in ſequenti cautela.

CCCXXI. (254.)

Si juratum fuerit de probando per inſtrumentum.

Summa.

1. *Pactum, ne probetur debitum, niſi per inſtrumentum, non valet.*
2. *ſi tamen juramento ſit confirmatum, teſtes nihilominùs officio judicis recipi poſſunt.*
3. *Poſt publicationem teſtium quomodo ſine ſuſpicione ſubornationis alij producendi.*

1. Dubitari poteſt, an valeat pactum, *quòd non poſſit probari debitum, niſi per inſtrumentum?* Et *Gloſſ. notab. in Auth. ut ſine prohib. matres debit. & credi. §. quia verò. in Gloſſ. magna, poſt medium. coll. 7.* tenet expreſsè, *quòd non.* & eum ibi approbant *Angel. Cyn. Bart. Bald. in l. pactum inter haredem. ff. de pact.* & ibi etiam per *Dd.* Et idem tenet *Florian. in l. in L. Aquil. ſi deletum. ff. ad L. Aquil.* Et idem tenet *Alber.* gloſſator *in ſua margarita.* & idem tenet *Specul. in tit. de probat. §. videndum eſt. in verſ. Sed quid ſi*
2. *debitor juravit.* qui ſubdit, quòd, ſi debitor juravit, ſe non probaturum, niſi per inſtrumentum tale juramentum erit ſervandum per *c. ſi verò. extr. de jurejurand.* Et hoc caſu dicit conſilium eſſe, ut creditor procuret, *teſtes recipi officio judicis.* & ſic vult, quòd ille, qui non poteſt probare per teſtes, poterit procurare, ut officio judicis examinentur. Et ſimilem cautelam dedit *Bald. in l. ampliorem. in fin. principij. C. de appell.* Videlicet, quando non poſſunt produci te-
3. ſtes; quia alii teſtes ſunt publicati; ut tu non produ-

cas

cas teſtes, quia non poſſes propter timorem ſubornationis, ut habetur in *l per hanc. C. de temp. appell.* & *in c. fraternitatis. extr. de teſtib.* & *in Clem. teſtibus de teſtib. cum ſimil.* Sed cautela eſt, ut des nomina teſtium judici, & te abſentes; & quòd judex ex officio ſuo eos examinet. Quia ceſſabit cauſa timoris ſubornationis. Et de iſta cautela *Bald.* dixit in *l. ſi quid eſt. C. de except.* quod perpetuò tene menti in practica. Et iſta cautela fortè procederet & proficeret etiam, quando ſtatutum prohibet fieri probationem per teſtes, eadem ratione; & adde, quæ dicam in ſequenti cautela.

CCCXXII. (255.)

Quomodo in criminalibus Procurator admitti poſſit, & judex innocentem ex officio abſolvere.

Summa.

1. *Procurator accuſati poteſt judici offerre nomina teſtium, ut examinentur de innocentia rei.*
2. *Judex defenſorem innocentis rei audire debet.*
3. *& ſupplere negligentiam rei, ſi conſtet de evidenti calumnia actoris.*
4. *Quanquam vigore ſtatuti contumax habetur pro confeſſo, tamen judex innocentem damnare nequit.*
5. *Executio corporalis fieri non debet contra innocentem, etſi condemnatum.*

1. Similem cautelam ſoleo adhibere, quando quis eſt accuſatus vel inquiſitus de crimine capitali, & citatus non vult comparere, fortè propter timorem torturæ; nec procurator poteſt pro eo admitti, ut *l. ſervum quoque. §. publicè. ff. de procur. & l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. jud. cum ſimilib.* ut tu ejus procurator vel Advocatus des ſecretò judici maleficiorum nomina teſtium, qui ſciunt de ſua innocentia & judex ex officio ſuo examinet eos, quod facere poteſt per *l. 2. ſi non defendatur. ff. de pœnis. & l. 2. C. de abolition.* & hoc vult *Bart. in l. 1. §. ſi quis vult. ff. de quæſtionib. & Bald. in l. 2. in fin. penult. colum. cum ſeq. C. de edend. & Salycet. in d. l. 2. C. de abolition. & Paul. de Caſtr. in l. 4. §. ſi tibi. in fin. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & ita etiam vult *Bart. in l. 4. §. hoc autem judicium. in 4. quæſt. ff. de damn. infect.* & *in ſua diſput. quæ incipit: Iudex maleficiorum. & in l. penult. §. ad crimen. in 3. colum. ff. de public. judic.*

2. Item pro hoc facit: quia, licet in cauſa capitali non admittitur procurator, ut dixi; tamen admittitur ad inſtruendum & informandum judicem de innocentia; & judex debet eum audire, & de veritate inquirere, *l. 2. ff. de liber. cauſ.* & ibi hoc not. *Benedict. de Plumbin. in fin.* qui etiam ad hoc allegat *l. fin. ff. ad L. Iul. de annona.* & quod ipſe dixit in *d. §. ad crimen.* & vide ad hoc, quod not. *Anth. Roſellus 2. qu. 6. can. ſi quando. §. cum autem. in 7. colum. in fin. & in 12.*

3. Item, quia judex poteſt ſupplere pro reo, ſi conſtat de calumnia evidenti actoris vel accuſatoris; ut eleganter notat *Innoc. in c. 1. de offic. Vicar.* quem ſequitur *Bald. in l. 1. in 2. colum. in fin. C. quomod. & quand. jud.* qui dicit, hoc procedere non ex vi exceptionis, ſed ex vi notarii, ut not. *Cyn. in l. reos. C. de accuſat.* Et ideò, ſi probationes non concludunt judici reus eſt abſolvendus, licet ex forma ſtatuti denegetur defenſio, ut ſingulariter not. *Bald. in rubr. C. de manu vindic.* & idem vult *Bald. in conſilio* 228. quod incipit:

A Dno.

A Dno. Cyno in ult. colum. in princ. qui dicit ſingulariter, quòd, quando liquet judici evidenter, abſentem non eſſe culpabilem, vel, nullum delictum commiſiſſe, licet ſit contumax, ut habeatur ſecundum formam ſtatuti pro confeſſo; tamen judex non poterit eum condemnare, per *d. l. 2. ſi non defendantur.* & per *l. non tantum. ff. de appell.* & per *l. aditos. C. de appell.* & *Authent. qui ſemel ibi: pro quaſita veritate. C. quomod. & quand. jud. & l. ampliorem. in fin. princ. ibi nihilominus judicem per ſuum vigorem. &c. C. de appell.* Immò plus dixit *Innoc. notab. in c. ſignificanthus. in fin. de purgat. vulg.* quòd, ſi plus confeſſionem & condemnationem liquet de innocentia rei, non debet fieri executio corporalis; & hoc tenet etiam *Bald.* ſequendo *Innoc. in l. unic. in ult. colum. C. de confeſſ.* non tamen poterit judex latâ ſententiâ ipſam revocare, ſed debet Principi ſcribere; ut eſt caſus notabilis in *l. 1. §. fin. ff. de quaſtion.* & ibi per *Gloſſ. & Dd.* quod nota perpetuò, quia habui de facto, & feci liberare unum poſt confeſſionem & ſententiam latam. 4. 5.

CCCXXIII. (256.)

Pro emtore rei alienæ, ut non amittat pretium.

Summa.

1. *Qui emit bonâ fide, & poſtea cognoſcit rem alienam, non poteſt agere de evictione.*
2. *Monebit ergò dominum, vel alium ſubornabit, qui rem petat.*
3. *Dilatoria exceptio omitti poteſt.*
4. *Quomodo in dicto caſu emtor, qui ſubornavit, jurare poterit de calumnia.*

5. *Juramentum calumniæ tacitè remitti poteſt.*

6. *Si venditor eſt in malâ fide, tenetur de evictione, etiam re nondum evictâ.*

1. Si quis emit bona fide rem alienam, poſtea cognoſcit, *rem eſſe alienam*, & dominus non movet ſibi litem; ſcis, quòd non poteſt agere de evictione contra debitorem, etiamſi rem reſtitueret vivo domino, *l. ſi rem quam. §. 1. ff. de evict.* Quomodo ergò ipſi emptori conſuletur, ut non ſtet in peccato retinendo ſcienter rem alienam? *c. fin. extr. de præſcript.* & non
2. perdat precium? dic, quòd cautela eſt, ut moneat verum dominum, ut illam rem ab eo petat, vel ſubmittat aliam perſonam, quæ petat ab ipſo emptore illam rem, nomine domini, ut evincat ab eo, *ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum me abſente.* quo caſu, ſi evincatur, petere poterit à venditore precium, aliàs non, ut dicit ſingulariter *Gloſſ.* 34. *quæſt. 2. can. ſi Vir-*
3. *go.* Sed remanet dubium, quare non oppoſuit exceptionem contra petentem ſine mandato domini. Sed dicit ibi *Gloſſa*, *quòd poſſum omittere exceptionem dilatoriam, ut l. ſi fidejuſſor. ff. mandat.* Item
4. aliud dubium poteſt eſſe, quomodo emptor jurabit de calumnia, cum ſciat, ſe malam fidem habere? reſpondet *Gloſſ.* quòd poteſt dici, quòd ſub hac forma jurabit: *Iuro, quòd veni ad litigandum cauſam mei juris conſervandi. ff. de oper. lib. l. ut jurisjurandi.* Vel poteſt confiteri, quòd res non ſit ſua: quia pudori ſuo tenetur parcere, *ut ff. mandat. l. quintus.* Poterit etiam emptor dicere, quòd non vult jurare de calumnia. Quia eſſet juramentum captioſum, ut not. *Bart. in d. §. cum me abſente. & in l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de jurejurand.* Facit ad hoc, quod eleganter not. *Dominic. de ſancto Gemin. in c. cupientes. in principio. in verb. malignantium. de elect. lib. 6.*

Sed

Sed quomodo poterit actor jurare de calumnia, ex 5.
quo fuit perſona ſuppoſita ab emptore? *Gloſſ. in d. c. ſi virgo. in fin.* 34. *quæſt.* 2. ponit iſtam dubitationem & non reſpondet. Sed poteſt dici, quòd reus, qui eſt emptor, & ſuppoſuit actorem ad agendum, non petet hoc juramentum de calumnia. Nam valebit judicium. Quia juramentum calumniæ poteſt tacitè omitti, licet non expreſsè, ut habetur in *l.* 2. *§. ſed quia veremur. C. de juram. calumn.* & in *c. fin. eod. tit.* & de prædictis vide *text. Gloſſ. & Dd. plenè. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de negot. geſtor.* Adde tamen unum ſingulare circa prædicta. Vide- 6.
licet, quòd cautela ſupradicta eſt neceſſaria, quando venditor rei alienæ fuit in bona fide. Sed ſi fuiſſet in mala fide, quia ſcienter vendidiſſet rem alienam, poſſet emptor, re ſibi non evictâ ab aliquo agere contra venditorem de evictione; ut eſt caſus ſingularis in *l. ſervus quem. §. fin. ff. de act. empt.* ſecundum *Dd. ibi.* & ſecundum *Bart. & alios in d. §. cum me abſente. in fin.*

CCCXXIV. (257.)

Pro creditore, qui plures in ſolidum habet obligatos.

Summa.

1. *Qui ab uno ex debitoribus ſimpliciter recipit partem debiti, non videtur eam liberare de reſiduo.*
2. *ſecus eſt, ſi recipiat pro quota.*
3. *nam & ita tacitè videtur obligatio eſſe inter reliquos diviſa.*
4. *Creditor ut partem debiti recipiat ſalvo jure ſolidi.*
5. *vel cum proteſtatione, quòd non intendat, &c.*

1. Quando quis habet tres vel quatuor debitores obligatos in ſolidum, puta in centum; Si recipit ab uno, puta viginti quinque ſimpliciter, non videtur propter hoc ipſum ſolventem liberaſſe à reliquo, nec diviſiſſe debitum inter debitores. Quia poterit non obſtante receptione partis, ipſum, vel alios in ſolidum convenire pro reliquo; ut probatur in *l. inter eos. §. 1. ff. de fidejuſſ.* & in *l. ſi ſtipulatus.* quæ eſt in
2. prima charta. *ff. de ſolut.* Sed ſi creditor diceret, *quòd recepit illa 25. pro parte ſua*, ſcil. ſolventis; videtur tacite ipſum liberaſſe à reliquo; & ſic quantum ad viginti quinque erit liberatus ipſo jure, *Inſt. quib. mod. toll. oblig. in princ.* quantum ad alia, uſque ad centum, videtur liberatus vi taciti pacti. Quia dicendo creditori, *recipio pro parte tua*, videtur tacitè paciſci, quòd non teneatur ultra, & quòd illa viginti quinque tantùm ſit pars ſua, ut eſt caſus in *l. ſi creditores.*
3. *C. de pactis.* & ibi hoc notant *Dd.* Immò plus, ex illa receptione pro parte ſua ſolventis, videtur tacitè facta diviſio inter alios debitores. Videlicet, ut quilibet eorum teneatur ſimiliter tantùm pro parte ſua in viginti quinque vigore taciti pacti, quod prodeſt etiam abſenti, *l. 2. C. de pact.* Et de hoc eſt caſus ſecundum unam lecturam, quæ eſt vera, *in d. l. ſi creditores.* ſecundum *Dd.* ibi maximè *Alberic. de Roſat. Bald. & Paul. de Caſtr.* quod eſt menti tenendum. Quia prima facie quilibet diceret contrarium: videlicet, quòd quilibet haberet remanere obligatus in
4. ſolidum. Et ne incidamus in iſtud periculum vel dubium; cautela eſt, quòd creditor recipiat ſimpliciter partem debiti ab uno, vel, ſi diceret, *pro parte ſua* debet addere, *ſalvo jure ſolidi.* ut dicit *Alberic. & Paul. in d. l. ſi creditores.* qui dicunt, ſe hoc habuiſſe de facto. Et ſubdit *ibi Paulus*, hoc eſſe notandum; quia multi ignorant, quid ſignificent illa verba: *ſalvo jure ſolidi.* Vel poteſt creditor ſibi providere, ne propter ſubtilitatem *d. l. ſi creditores. & ſimilium.* ſibi præju-

præjudicetur hoc modo proteſtando, *quòd per receptionem partis non intendit dividere, ſed jus ſuum ſibi ſalvum fore.* & ita ſibi reſervatur, *ut ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. ſi debitor. §.* 1. ſecundum *Bald. in d. l. ſi creditores. in fin.* qui ſubdit, quòd ita dicunt omnes *Dd.* ſuper iſto puncto de reſervatione. Quod nota tu, qui es creditor plurimorum debitorum in ſolidum: vel habes plures libellarios in ſolidum obligatos, quando recipis partem ſolutionis ab uno.

CCCXXV. (258.)

Pro mandante aliquem occidi.

Summa.

1. *Non ſolùm mandatarius, ſed & mandans & perſuadens tenetur pro homicidio.*
2. *ſ niſi mandatum ſit revocatum.*
3. *Revocatio inſinuari debet mandatario.*
4. *ſ & ſufficit, ſi poſtea diſſuaſerit mandatum.*

Si quis mandat aliquem occidi vel verberari, tenetur nedum occidens vel vulnerans; ſed etiam ille, qui mandavit, *l. non ideò minus. C. de accuſat.* & habetur per *Bart.* & alios in *l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de injur.* Et non ſolum mandans tenetur, ſed etiam ille, qui dedit conſilium ad hoc; ut habetur in *l. furti. §. conſilium. ff. de furtis. & in §. ope. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſc.* & per *Bart. in l. ſæpè. in fin. ff. de verb. ſign.* ubi hoc declarat: & tenetur etiam ille, qui perſuaſit aliàs non facturo, ut *l. 1. §. perſuadere. cum ibi notatis. ff. de ſervo corrupto.* & habentur per *Gloſſ. in d. §. ope.* Sed ponamus, quòd ille, cui mandatum eſt, vel conſultum vel perſuaſum, diu poſt deliquit, an dictus mandans perſuadens & dans conſilium teneatur. Iſtam ponit *Innoc. in c. ad au-* 2.

ad audientiam. extr. de homicid. qui dicit, quòd ſemper tenetur, niſi mandatum ſit revocatum tacitè vel expreſsè; ut quia fecit poſtea pacem cum inimico ſuo vel parentela, *arg. l. 4. ff. de adimend. legat.* & hoc ſequitur *Bart. in d. §. ſi mandato. in 3. colum. in princ. verſ. quaro mandavi tibi.* Idem *Paul. de Caſtr. in l. ſancimus. C. de teſtam.* Facit, quod not. *Bart. in l. qui alienam. §. is putat. ff. de acquir. hæred.* & *Ludov. de Rom.* tenet ibi contrarium per *Gloſſ. in d. §. ope.* qui tamen loquitur ſolummodo in perſuadente, de quo vide per *Dd. in d. c. ad audientiam. extr. de homicid.*
3. Cautela eſt ergò, ut omninò mandatum revocetur expreſsè, & notificetur illi, qui debebat committere delictum ſecundum *Innoc.* & *Dd. in d. c. ad audientiam de homicid.* Sed dubitari poteſt circa prædicta: ſi mandatum eſt ad maleficium committendum, aut datum conſilium, vel perſuaſum; quomodo poterit revocari, & cui debet intimari? dicit *Innoc. in d. c. ad audientiam. de homicid.* quod periculum eſt, ne intimetur ei, de cujus morte tractatur. Et ideò dicit, quòd cautela eſt, ut intimetur ſibi, tamē perſona non eſt nominanda. Et hoc etiam tenet *Bald. in l. mandatum. in penult. quæſt. in fin. C. mandat.* Facit ad hoc text. *cum Gloſſ. in c. ſi ſacerdos.* & *quod ibi not. extr. de offic. ord.* & *Gloſſ. ſing. in Clem. 1. in*
4. *verb. detrahant. de privilegiis.* Sed de conſilio & perſuaſione, quæ eſt menti mandatarii impreſſa, quomodo poterit revocari, cum jam fixa ſedeat in animo. Dic, ſatis eſt, diſſuadere, in quantum diſſuaderi poteſt: nec ulterius conſulens vel perſuadens tenebitur, ſi poſtea delinquatur; ut notat eleganter *Innoc. in d. c. ad audientiam. extr. de homicid.* & *Bald. in d. l. mandatum. prope fin. C. mandat.* & *Canoniſtæ in d. c. ad audientiam. extr. de homicid.*

***

INDEX II.

INDEX II.
AUTORUM, qui
præter Gloſſam
à
CÆPOLLA
in
hoc opuſculo allegantur.

A.

ABbas Panormitan. *Vid.* Nicol. de Todeſchis.

Franc. Accurſius jun. *cautel.* 293. Scripſ. *Margaritam Legum & Annotat.* ſup. *Inſtitut.* &c.

Albericus de Maletis. *cautel.* 282. Scr. *de Teſtibus*, &c.

Albericus de Roſate. *caut.* 76. 129. 155, 3. 170. 251. 252. 321. 324. Scr. *Commentar.* ſup. univerſ. jus. *de Statutis Dictionarium juris*, &c.

Iacob. Alvarottus, ſeu de Alvarottis. *caut.* 38. 39. 40. 42. 43. 131. 132. 178. Scripſ. *ad Ius Feudale. Conſil. Feudal.* &c.

Petr. Anchoranus. *caut.* 89. 156. 163. Scripſ. ſuper *Canonũ ſtatuta. Decretal. Sext. & Clementin. Conſil. diſputat.* de Materia Montium & delicto Laici, &c.

A.

Angelus Aretinus. *caut.* 6. 13. 15. 16. 30. 57. 59. 71. 101. 121. 123. 147. 149. 152. 175. 210. 212. 247. 248. 253. 265. 278. 284. 291. 320. Scripſ. *Commentar. ad Inſtit. ff. Vetus & inſortiat. ad libb.* 3. *Cod. ad tit. extr. de probat. ad l. Ventre. ff. de acquir. hæred. Tract. Maleficior. Caſus, qui impediunt execution. Conſil. de Teſtamentis*, & *Appellationibus*, &c.

Angelus *de Meliâ. caut.* 317. Scripſ. *Conſilia*, &c.

Angelus de Peruſio. *caut.* 5. 6. 7. 16. 18. 19. 24. 28. 29. 35. 37. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 55. 57. 58. 60. 61. 62. 72. 73. 78. 80. 83. 86. 91. 94. 97. 98. 99. 100. 102. 105. 109. 121. 123. 130. 134. 144. 164. 165. 170. 172. 180. 182. 185. 186. 187. 195. 198. 201. 203. 209. 214. 217. 234. 236. 247.

247. 252. 253. 268. 277. 278. 282. 283. 284. 292. 294.298.300.301.305.315. 316.317.321. Scripſ. ad univerſ. jus, & maximè *ad Authentic. de Syndicat. Official. de Inquiſitionib. de Inventario. Conſil. Diſputation. Singular.* &c.

Antonius de Butrio. *caut.* 18.23.89.90.91.93.96. 97. 102. 112. 114. 130. 133. 141.145.156.166.204.252. 268.280 282.283.285 300. Scripſ. *ad Decretales. Repetit. in cap. Tua Pietas. extr. de habitat. Cleric. de Schiſmate. de Notorio. Conſilia,* &c

Antonius Roſellus ſeu de Roſellis. *caut.* 13. 155, 2. 317.322. Scripſ. ſup. *Decretum. Recollecta in lib. 1. Decretal. Repetit. ad L. Titia teſt. ff. de leg. 2. ad cap. cum interdum. extr. de Iurejur. ad cap. illud verò. extr. de Pœnitent. ad cap. cùm in contemplationibus. extr. de regul. ration. Tractat. de Monarchiâ. de Indulgentiis. de Concilio. de Legitimatione. de Ornatu mulierum. de Vſuris. de Succeſſione ab inteſtato. de Indiciis & Torturâ,* &c.

Archidiaconus. *vid.* Guid. de Bayſio.

Azo Bononienſis *caut.* 144. 254.287. Scripſ. *Summâ in Inſtit. & Cod. Repetit. in cap. Humanum genus. diſtinct. 1. in can. in aliquem. can. ut ſine judicio. can. Igitur. cauſ. 2. quaeſt. 1. Brocardica,* &c.

B.

Iacobus Balduini. *caut.* 139. Cuius ſcripta nõ exſtant, niſi allegatione *Odofredi* diſcipuli.

